Wilhalmsdorf . . . . .	—58
Wilmar . . . . .	—61
Wilreut . . . . .	—61
Winterberg . . . . .	—41
Wurtemberg . . . . .	—61
Wurzburg . . . . .	—72, —73
Ypfhofen . . . . .	—66
Znojem . . . . .	—22, —35
Zornstein . . . . .	—42
Zukmantel . . . . .	—39
Zuentefryd . . . . .	—66
Žitavia . . . . .	—37
Žleb . . . . .	—56

### **Tomus I.**

Pars unica, aetatem Premyslidarum continens. Pragae. 1867.  
II, 447 et XII. . . . . fl. 3·20

### **Tomus II.**

Pars 1., continens documenta Juris publici saec. XIVmi (1306—1378)  
Pragae VIII et 616. . . . . fl. 3·20

Pars 2., complectens Jus terrae atque Jus curiae regiae saec. XIVmi  
Pragae 1870. II et 416. . . . . fl. 2·70

Pars 3., continens scripta ad rempublicam administrandam spectantia  
saec. XIVmi. Pragae 1889. IV et 368. . . . . fl. 3·20

[Pars 4., exhibens monumenta juris municipalis saec. XIVmi.]

### **Tomus III.**

[Pars 1. Documenta juris publici saec. XVmi.]

Pars 2., complectens Jus terrae saec. XV. (1420—1500). Pragae  
1873. VI et 210. . . . . fl. 2·—

Pars 3., exhibens mag. Victorini a Všehrd opus bohemicum: „De  
jure terrae Boemiae libri novem“. Pragae. 1874. IV et 482. . . fl. 5·—

[Pars 4. Legum extranearum versiones bohemicae saec. XV.]

### **Tomus IV.**

Pars 1. sectio 1. Jura et constitutiones regni Bohemiae saec. XVI.  
Pragae. 1882. IV et 704. . . . . fl. 8·—

[Pars 2. sectio 2. Jura et constitutiones marchionatus Moraviae  
et ducatum Silesiae saec. XVI.]

[Pars 2. sectio 3. Decisiones Judicij terrae et aliarum instantiarum.]

Pars 3. sectio 1. exhibens mag. Briccii a Liczko Jus municipale Pra-  
gense (Práva městská.) Pragae. 1880. IV et 456. . . . . fl. 5·—

Pars 3. sectio 2. exhibens mag. Pauli Christiani a Koldin Jus  
municipale regni Bohemiae (Práva městská.) Opera Jos. Jireček. Pragae  
1876. II et 458. . . . . fl. 5·—

Pars 4. Scripta jurisconsultorum saec. XVI. Pragae. 1883,  
VIII et 276. . . . . fl. 2·80

[Pars 5. Legum bohemiarum versiones teutonicae.]

### **Tomus V.**

[Pars 1. Documenta juris publici saec. XVII. et XVIII.]

Pars 2. Constitutiones regni Bohemiae a. 1627 reformatae. Pragae-  
Vindobonae. 1888. VI et 596. . . . . fl. 10·—

Pars 3. Constitutiones margraviatus Moraviae a. 1628 refor-  
matae. 1890 Pragae-Vindobonae. 484. . . . . fl. 3·—

[Pars 4. Novellae et declaratoria Constitutiones terrae concernentia.]

### **Tomus VI.**

[Pars unica: Bibliographia juris bohemici adjectis notis biogra-  
phicis scriptorum et jurispritorum.]



Císař Fridrich vysvobozuje království české ode všech daní peněžitých věčně, kteréž jsú dávali k jeho dvoru spravedlivě. V té bulli dává moc, který by koli volen byl za krále, aby od císaře přijal regalia. V též bulli všecky meze, kterak sú koli odtrženy od království českého, aby mohly zasé shromážděny býti. K císařovu dvoru jezditi nemá, nežli na tři místa: Do Normberka, Bomberka a Merspurka. A také v té bulli dává na vůli králi českému, chce-li poslati tři sta oděncův neb tři sta hřiven dátí, když by císař jel na korunování. A v též bulli moc dává králi českému, aby biskupy své uvésti mohl v jich biskupství a léna jim podávat mají. Anno 1212. (A. K. *Na svobody země české privilegia.*)

**Donationes regi Boemiae a Friderico II. Imp. factae.  
1212, 20. Sept. (Cod. I. 25.)**

List s zlatú bullí císaře Fridricha, jimž vyznává, že ten zamek Flos připojuje a dává k koruně české k věčnosti se vším příslušenstvím. It. Krajinu Milin a Rêchenbach a Lichtenstein hrad a při tom také zboží Mantile, Lue a k tomu hrad Donin. Datum 1212. (A. K. *Zápisové na zámek Flos.*)

**Donationes marchioni Moraviae a Friderico II.  
Imp. factae. 1212, 26. Sept. (Cod. I. 26.)**

Bulle zlatá císaře Fridricha, krále sicilského, kdež markrabí moravskému Henrychovi dává pod manství Mokřan a Mokrá. Datum 1212. (A. K. *Na Mokřan a Mokrá.*)

**Confirmatio electionis Wenceslai I. in regem Boemiae ddo 1216, 26. Julii. (Cod. I. 27.)**

Císaře Fridricha bulla zlatá, že dává povolení k volení krále Václava syna Ottogarova. Jehož datum jest anno 1216. (A. K. *Na svobody země české privilegia.*)

**Compositio et concordia de statu ecclesiae in Boemia.  
1221—1223. (Cod. I. 28.)**

**Literae super jure consecrationis coronationisque regum Boemiae archiepiscopo Moguntinensi competente.  
1228. (Cod. I. 32.)**

**Wenceslai I. in regem confirmatio imperialis ddo.  
1231. (Cod. I. 34.)**

Bulle zlatá Fridricha císaře, Jerusalemského, sicilského krále, kterýmž potvrzuje králi Václavovi, synu krále Ottogara, království se vším jeho příslušenstvím, i zeměmi, a zapovídá všem kniežatům světským i duchovním a legatům, aby proti tomu nebyli. Datum anno 1231. (A. K. *Na svobody země české privilegia.*)

**Confirmatio libertatum ecclesiae Pragensis. 1258.**  
(Cod. I. 44.)

**Privilegium episcopatus Olomucensis confirmatum et auctum. 1256.** (Cod. I. 46.)

**Literae Alexandri IV. papae super coronatione Premyslai Otacari II. 1260.** (Cod. I. 48.)

**Literae Otacari Premyslai II. regis libertates ecclesiae Pragensis confirmantis. 1262.** (Cod. I. 49.)

**Investitura regis Premyslai Otakari II. 1262, 9. Aug.** (Cod. I. 50.)

**Premyslai II. regis in heredem Ulrici ducis constitutio. 1267, 4. Dec.** (Cod. I. 55.)

**Pactio de confinio inter Moraviam et ducatum Opoliensem. Ca. 1267.** (Cod. I. 57.)

**Clemens papa IV Otacaro regi indulget, ut terras, quas de manibus Litwanorum vel aliorum infidelium eripuerit, non solum ad manus suas retinere, sed etiam de ipsis, absque tamen praejudicio fratrum Ord. Teutonicorum, libere disponere possit. 1268, 26. Jan.** (*Arch. S. Wenc. — Eml. II. 696.*)

**Creatio principatus Oppaviensis. Ca. 1269.** (Cod. I. 60.)

**Stephanus archiepiscopus Colocensis, Lampertus Agriensis, Job Quinqueecclesiensis, Philippus Waciensis, Paulus Vesprimiensis, Timotheus Zagrabiensis et Ladislaus Timmensis episcopi pro Stephano rege Hungariae jurant, illum formam pacis cum Otacaro rege initae observaturum esse. 1271, 2. Julii.** (*Arch. S. Wenc. — Eml. II. 754.*)

**Tractatus pacis inter Premyslaum Otacarum II. Boemiae et Stephanum Ungariae regem. 1271, 14. Julii.** (Cod. I. 62.)

**Pactum de bonis comitum olim de Bogen. 1273.** (Cod. I. 63.)

**Infeudatio Premyslai Otacari II. de Boemia et Moravia. 1276, 25. Nov.** (Cod. I. 66.)

**Depectio inter Rudolphum et Premyslaum Otacarum II. facta. 1277, 6. Maji.** (Cod. I. 67.)

**Pacis conventio inter Rudolphum et Premyslaum Otacarum II. renovata. 1277, 12. Sept.** (Cod. I. 68.)

**Pactio inter Rudolphum regem et Boemos facta. 1278, m. Oct.** (Cod. I. 70.)

**Privilegium Rudolphi Rom. reg. civitati Egreensi datum. 1279, 7. Junii.** (Cod. I. 72.)

**Tractatus inter Cunegundim dominam Oppaviae et Wladislaum ducem Opoliensem. 1279.** (Cod. I. 73.)

**Sententia Rudolphi Rom. regis de exactionibus vi extortis. 23. Aug 1283.** (Cod. I. 74.)

List Rudolfa, krále římského, kterýž nalezá se vší Říší, že ktož by přinucením k čemu přinucen byl, že toho povinen držeti nenie. A druhý v táz slova i třetí dvau jest. Datum a. 1283. (A. K. *Na svobody země české privilegia.*)

**Barones Boemiae promittunt Wenceslao regi fidelitatem et homagium, simulque pacem et concordiam cum aliis baronibus terrae Boemiae. 1284, 24 M<sup>h</sup>ii.** (Arch. S. Wenc. — Em<sup>l</sup>. II. 1316, 1317.)

**Concordiae unio super principatu Oppaviensi. 1286—87.** (Cod. I. 79.)

**Oblatio ducatus Opoliensis regi Boemiae. 1289, 10. Januarii.** (Cod. I. 80.)

List s mnoho pečetmi kniežete Kazimíra Opolského, kterýž píše králi Vacslavovi českému, že se i své dědice s tiem kniežetstvím pod manstvie podává králi českému i jeho budúcim. 1289. (A. K. *Poddanost k lénu kniežete Opolského Kazimíra.*)

**Permutatio terrarum et bonorum inter Fridericam marchionem Missnensem et Wenceslaum II. 1289, 6. Febr.** (Cod. I. 81.)

**Literae Rudolphi Rom regis de officio pincernatus et de jure electorali regibus Boemiae competente.** 1289, 4. Mart. (Cod. I. 82.)

**Cessio terrae Misnensis a Rudolpho Rom. rege ratificata.** 1289, 13. Mart. (Cod. I. 83.)

List Rudolfa krále římského, že Fridrich, markrabě mísenské, předstúpil před něho a prosil i v moc dal zboží své, kteréž měl v lužické zemi, králi Rudolfovi, aby mu ráčil dátí léno na to zbožie, a jmenovaný Rudolfus dal jest králi Vacslavovi jakžto králi českému to pod manstvie. Dat. 1289. (A. K. *Manstvie v zemi lužické.*)

**Literae Rudolphi Rom. regis super terra et principatu Wratislauensi.** 1290, 22. Julii, 25. et 26. Sept. (Cod. I. 84.)

List Rudolffa, krále římského, že králi Václavovi českému dává na kniežetstvie Vratislavském své právo, i budúcim kralom českým. Datum 1290.

List Rudolffa, krále římského, že králi Vacslavovi českému dává všecka manství Jindřicha někdy kniežete Vratislavského, se vším jich příslušenstvím. 1290. (A. K. *Na slezské kniežetstvie ciesařství a kralovští majestátové.*)

**Infeudatio castri Wissenek in Breisgovia siti** 1290, 13. Sept (Arch. S. Wenc. — Emler II. 1512.)

**Literae confirmatoriae Rudolphi Rom. regis de jure pincernatus et electoratus regi Boemiae competente.** 1290, 26. Sept. (Cod. I. 85.)

**Literae obligationis ducum Opoliensium.** 1291, 17. Januarii. (Arch. aul. Vindobon. — Fidler, *Böhmens Herrschaft in Polen.* — Emler II. 1530.)

**Castri Skala in ducatu Cracoviensi in manus regis Boemiae infeudatio.** 1291, 7. Febr.

List Henricha z Bzov (sic!), purkrabí hradu Skály kniežetstvie krakovského, kdež vyznává, že jest ten zámek přijal a přijímá od krále Václava českého a dědicov přijímati má v manstvie. (A. K.)

Notum etc., quod ego Henricus de Woschow, purcravius castri dicti Scala sive Steyn, siti in terra seu ducatu Cracoviae, in Wenceslai regis Boemiae praesentia constitutus, non

vi nec dolo aut̄ metu aliquo inductus, sed bona et spontanea voluntate mea, recognoscens dictam terram seu ducatum necnon ipsum castrum Scala sive Steyn et Castrum Novum circa Slaucoviam ac alia castra et munitiones, quas a duce quondam Wratislaviae, D. Henrico, in terra Cracoviensi tenui et teneo, ad dictum regem de jure ac rationabiliter pertinere, castra ipsa in ipsius regis manibus resignavi tanquam vero domini terrae. Ipse autem rex — castra eadem, vid. Scalam et Novum Castrum — mihi concessit et contulit, per me et heredes meos in feudum et jure feudi ab eodem rege ac suis heredibus possidenda Actum et datum in Brunna 1291, VII. Idus Febr. IV. indictionis. (A. K. *Na hrad Skálu manství. — Arch. aul. Vindob. — Fidler, Böhmens Herrschaft in Polen II. — Emler II. 1531.*)

**Infeudatio et investitura Wenceslai II. per Adolphum regem. 1292, 10. et 13. Maji.** (Cod. I. 87.)

**Terrae Plisnensis et Egirensis oppignoratio. 1292, 11. Maji.** (Cod. I. 88.)

**Renuntiatio terrae Cracoviae et Sandomiriae in favorem regis Boemiae. 1292, 9. Oct.**

List Vidimus, kdež Jakub Gnezenský arcibiskup a vedle něho duchovní i světští vyznávají, že Vladislav knieže sirazské a kujavské, přijímá krále Václava českého za svého pravého a dědičného pána, jemu přísahu věrnosti učinil a slibuje jeho ani budúcích kraluov českých v kniežetství krakovském a sandoměrském a v markrabství moravském nehyndrovati ani překážeti; pakliby to učinil, že zemí svých, kniežetství sirazského a kujavského, má témuž králi propadnúti; také se poddává v duchovní pokutu, jestliže by toho slibu nezdržel. (A. K. *Knieže Syradské oddal se králově českému.*)

Nos Jacobus D. gr. s. Gnezdensis ecclesiae archiepiscopus, notum facimus universis praesentium notitiam habituris, quod illustris princeps dominus Wladislaus, dux Cujaviae et Syradiae, in domini praeclarissimi et serenissimi regis Boemiae, ducis Cracoviae et Sudameriae ac marchionis Moraviae, et nostra ac venerabilium fratrum nostrorum, dom. Pragensis et Olomucensis episcoporum, necnon et illustrium principum, Dei gratia ducum Boleslai Mazoviae, Kazimiri Bytomensis,

Boleslai Opoliensis, Nicolai Opaviensis et aliorum nobilium plurium et baronum praesentia constitutus — sponte renuntiavit juri suo, quod sibi in terris Cracoviae et Sudameriae competebat vel competere videbatur; promittens eidem dom. regi fidelitatem et assistentiam contra omnem hominem in futurum. Et hoc ibidem proprio juramento firmavit, se nostrae subjiciens excommunicationis sententiae et eam per nos contra se petens promulgari, quod ipsam incurreret ipso facto, si contra predicta veniret vel aliquod praedictorum.

Datum in castris ante Syraz 1292, VII. Idus Octobris.  
(*Arch. aul. Vind. — Fidler. — Emser II. 1590.*)

**Testimonium de rege Boemiae in dominum a duce Vladislao Poloniensi accepto. 1292, 9. Oct.** (*Arch. aul. Vind. — Fidler. — Emser II. 1591.*)

**Infeudatio oppidi Dresdae atque castri Radeburg. 1294.** (Cod. I. 89.)

List od biskupa míšenského Lenharta (sic), že králi Václavovi českému a jeho dědicům, budúcim kralom českým, Draždany město a dvor a hrad Rademburg pod manstvie dal. Dat. 1294. (A. K. *Na Draždany město a dvor a hrad Rademburk.*)

**Wenceslaus rex Thobiae Pragensi episcopo pro bonis episcopatus Zbraslav, Bechin, aliisque, quas olim Otakarus rex suis usibus aut civitatibus regalibus adjunxerat, alia bona in commutationem tradit. 1295. 11. Aug.** (*Arch. S. Wenc. Emser II. 1692.*)

**Adolphus Rom. rex Heinrico advocate de Plawe, castrum suum Hirzsberg pro 600 marcis arg. obligat 1296, 20 Mart.** (*Arch. S. Wenc.*)

**Promissio de terra Plisnensi et Egrensi in eventum facta. 1298, 12. Febr.** (Cod. I. 92.)

**Literae Alberti regis de corona a rege Boemiae in curia imperiali debite non gestanda. 1298, 17. Nov.**  
(Cod. I. 94.)

List Albrechta krále římského, kterýmžto dává svobodu a výsadu králi českému, že pod korunou nenie povinen slúžiťi v úradu svém arcí-

šenkovském, než při korunování císaře má pod korunou seděti podle císaře na svém místě. Datum 1298. (A. K. *Na svobody země české privilegia.*)

**Emtio venditio civitatis Pernae ratihabita. 1298,**  
**22. Nov.** (Cod. I. 95.)

**Wenceslai II. in capitaneum terrae Misnensis,**  
**Orientalis et Plisnensis constitntio. 1298.** (Cod. I. 96.)

**Wladislai ducis Poloniae promissio de oblatione**  
**ducatuum suorum Majoris Poloniae, Poznaniae, Pomo-**  
**ranciae, Lanciciae, Cuyaviae et Syraziae in feudum**  
**regis Boemiae. 1299, 23. Aug.** (*Arch. aul. Vind. — Fidler. —*  
*Emler II. 1843.*)

**Wenceslai II. de Dresdena, Radeberg et Donin inve-**  
**stitura. 1300, 19. Apr.** (Cod. I. 97.)

**Territorii Sadoviensis recuperatio 1300, 29. Junii.**  
(Cod. I. 98.)

**Concessio de Majori Polonia subjuganda Wence-**  
**siao II. data. 1300, 29. Junii.** (Cod. I. 100.)

**Terrae Lusatiae per Theodoricum marchionem**  
**archiepiscopo Magdeburgensi oblato. 1301.** (Cod. I. 103.)

List Theodorika lantgrabi durinského, kdež prodává zemi lužickú arcibiskupovi Magdurskému, a v tom listu hned vypisuje meze téhož markrabstvie. 1301. (A. K. *Na zemi lužickú registrum.*)

List Theodorika lantgrabi durinského, kdež prodává zemi lužickú arcibiskupovi Magdurskému a zase ji pod léno od téhož arcibiskupa přijímá, kdež pak týž arcibiskup všeho toho práva postúpil kralom českým, kdež se to šíře ve svrchupsaných registřích najde. 1301. (A. K. *O pro-*  
*dání země lužické.*)

**Foedus inter Wenceslaum II. et regem Franciae**  
**contra Albertum regem Romanorum. 1303.** (Cod. I. 105.)

**Conventio inter Albertum regem Romanorum et**  
**Wenceslaum III. 1305, 18. Aug.** (Cod. I. 107.)

**Generalis confirmatio privilegiorum regum Boemiae.**  
**1305, 20. Aug.** (Cod. I. 108.)

---

## Pars posterior.

---

### S E R I E S

*documentorum juris publici ab anno 1306 usque  
ad annum 1420.*

**1. Barones Boemiae testantur, quot et qualia privi-  
legia regnum Boemiae habeat.**

**1306, 23. Oct.**

Occiso Wenceslao, septimo rege Bohemiae, in juventutis suaे flore (4. Aug. 1306), facta est tam baronum nobilium, quam civium pro eligendo rege altero ad Octavam Assumptionis (22. Aug. 1306) generalis in Praga convocatio. In quo termino dissentientibus votis et affectibus disparibus impedita fuit concordia electionis. Quidam enim inter electores in Rudolfum, ducem Austriae, filium Alberti regis Romanorum, alii in Henricum, ducem Karinthiae, qui tunc personaliter affuit, vota sua dirigunt, major tamen pars hominum Henricum, ducem Karinthiae, eo quod seniorem regni haberet filiam in conjugio, pro rege sibi postulat et elitit. Instrumenta producuntur pro ipso imperialia, ut „si quis regum Bohemiae sine masculina progenie discederet ex hac vita, filia eodem jure in regno, quo et filius, gaudere debeat, ne mortis aliquando rapacitas filum generationis regiae interrumpat.“ (*Chron. Aulae Regiae.*)

Sorores praefatae Annae, uxoris Henrici, Karinthiae ducis, flexis genibus coram omnibus nobilibus regni Boemiae publice supplicarunt, ne hereditate sua, puta regno Boemiae, privarentur, nec Rudolphus, sed Henricus, sororius earum, potius eligatur in regem, producentes pro se imperialia documenta, quibus cavebatur, „si quis regum sine prole masculini sexus decederet, superstes filia eadem successione qua filius gaudere deberet, ne mortis occasio aliquando, dum non sunt filii, successionem interrumpat.“ (*Pulkavae Chronicon.*)

Imperialium instrumentorum a Petro abate Aulae Regiae adductorum nulla reperiuntur vestigia; testanturque nobiles Boemiae anno 1306,

23. Oct., regnum Boemiae nullas alias litteras imperatorum possidere quam bullam auream Friderici II. 1212 unam et 1216 alteram.

Anno 1323 mentio fit de quibusdam documentis, „in quibus et per quae barones regni Boemiae se obligaverant Alberto regi Romanorum, quod nullum deberent sibi in regem Boemiae assumere, nisi unum ex principibus et de domo ducum Austriae“. Documenta haec commemo- rantur apud Petrum abbatem Aulae Regiae, vocanturque „ardua privilegia“, „privilegia quaedam fortissima, in quibus majores barones Boemiae temporibus Alberti Rom. regis, ducum Austriae genitoris, ipsis hisce du- cibus Austriae plura incaute juramenta fecerant et promissa.“

Quorum documentorum anno 1323 a ducibus Austriae regi Joanni restitutorum, contextus et tenor plane ignoratur, documentis ipsis expost verisimillime exstinctis.

Rudolfus dux Austriae in generali conventu regni Boemiae diebus 8.—15. Oct. 1306 celebrato, Heinrico duce Karinthiae amoto, in regem est electus, duxitque uxorem Elisabetham, regis Wenceslai II. viduam.

(*Chron. Aulae Regiae, Chron. Benesii atque Francisci ad annum 1323.*)

Nos Johannes episcopus Pragensis, Heynco de Duba, Thobias de Bechingen, Heinricus de Rosemberg camerarius, Albertus de Seberg, Reymundus de Luchtemburg subcame- rarius, Heinricus de Lypa, Ulricus de Luchtemburg, judices jurati et universitas civium in Praga

Ad universalem notitiam cupimus pervenire, quod a do- mino nostro Alberto, Romanorum rege, alias litteras, gratias et privilegia regnum Bohemiae tangentia nec petivimus nec habemus, nisi litteras infra scriptas, quas sub bulla aurea regnum Bohemiae habere dinoscitur, (et quas) praefatus rex ipsi regno Bohemiae sui gratia confirmavit.

Quarum litterarum tenor de verbo ad verbum dinoscitur est talis :

Fridericus divina favente clementia Romanorum impe- rator electus etc.

Datum in nobili civitate Basiliensi VI. Kal. Oct.  
(= 1212, 26. Sept.)

(*Vid. Codex juris Bohemici I., 25.*)

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum  
rex semper augustus etc.

Acta sunt haec a. D. incarnationis MCCXVI. septimo  
Kal. Augusti (= 1216, 26. Julii). Datum apud Ulmam.

(*Vid. Codex juris Bohemici I. 27.*)

Datum Pragae X<sup>o</sup> kal. Nov. Ind. V., anno Domini  
MCCCVI<sup>o</sup>.

(*Orig. arch. c. r. aul. Vindobonensis. — Emler II, 2112.*)

**2. Confirmatio privilegiorum quatuor civitatibus  
terrae Opaviensis.**

**1306, 18. Decembris.**

In nomine Domini. Amen. Noverint universi praesentes  
et posteri, quod nos Nicolaus D. gr. dux, dominus et verus  
heres terrae Opaviae, dilectis fidelibus, singulis et universis,  
quatuor civitatum nostrarum Opaviae, Lobsycz, Jegerdorph  
et Vrowdintal civibus, favorem gratiae nostrae contulimus et  
secundum benevolentiae nostrae gremium voluntarie et libera-  
liter universa aperimus, in eo vid., quod eorum privilegia,  
gratias, donationes et jura per eosdem cives habitas vel  
habita ante tempus, quo se nostro dominio denuo commise-  
runt, gratas et grata, inviolabiles et inviolata conservare  
fideliter promittimus et praesentis scripti patrocinio commu-  
nimus. Et ut praedictorum civium nostrorum fidelis devotio,  
qua se nostro dominio commiserunt, aliarum terrarum incolis  
ad nostram dicionem transeundi patulum sit exemplum, nos  
de singulari gratia et benignitate eis eas gratias et praeroga-  
tivas, per nos de novo collatas, confirmantes, tenere cunctis  
temporibus promittimus illibatas, vid. ut nulli civium praedic-  
tarum quatuor civitatum quidpiam injuriae, oppressionis,  
violentiae aut captivitatis sine jure et absque judicio inferre  
aut infligere debeamus nec inferre nostri heredes et succes-  
sores debeant in futurum, sed si quid querimoniae, culpae  
vel causae inter praefatos quatuor civitatum cives emerserit,

haec omnia mediante jure, justitia et judiciis aequitate corrigerem promittimus et sopire.

In cuius rei testimonium praesens privilegium ipsis et eorum posteris perpetuo profuturum conscribi fecimus et nostris sigillis perpetuo consigniri.

Actum Opaviae XV. Kal. Januarii 1306. Datum ibidem per manus Pauli, prothonotarii curiae nostrae.

(*Orig. in archivio curiae Opaviensis. Boček, Cod. Mor. V. 198. et 199*)

### 3. Collatio regni Boemiae a rege Romanorum Alberto filii suis facta.

1307, 18. Jan.

Albertus D. gr. Romanorum rex etc.

Etsi puritate fidei et affectus dulcedine, quibus magnificus et excellens Rudolfus, rex Bohemiae, primogenitus et princeps Noster carissimus, minori functus regimine, Nobis et sacro Romano Imperio utiliter et obsequiose complacere studuit, gratiosius invitati, eidem Rudolfo de regno Bohemiae, principatibus, ducatibus, marchionatibus, dominiis, terris, bonis, juribus, jurisdictionibus, honoribus et pertinentiis quibuscunque, quocunque censeantur nomine, ex magnifici principis Wenceslai memorati regni regis avunculi nostri carissimi obitu sine liberis masculis heredibus legitimis decedentis vacantibus et ad Nos velut ad feodi dominum ac ad idem Imperium reversis legitime et apertis, quos, quas et quae idem quondam avunculus noster Wenceslaus, pater suus, sororius et princeps Noster carissimus, a Nobis et eodem Imperio ullo umquam tempore tenuerunt, habuerunt et etiam possederunt, providendum duxerimus, ipsumque regno Bohemiae et universis praefatis dominiis, terris et juribus praefecerimus apud Pragam: idem tamen apud Znoymam in Nostra constitutus praesentia, praelibatum regnum et universa ac singula suprascripta in manus Nostras regias libere resignavit, petens et Nostrae instanter supplicans Majestati, ut sibi

et illustribus Frederico, Leupoldo, Alberto, Henrico et Ottoni, suis fratribus, filiis et principibus Nostris carissimis, quibus fraternalae caritatis dulcedinem et affectum ostendere voluit in effectu, si ipsum, quod divina avertant auspicia, sine liberis masculis decidere contigerit, praenotatum regnum cum principatibus et dominiis antedictis conferre, ex liberalitatis regiae beneficentia dignaremur.

Nos, quos ad ipsius Rudolfi et aliorum fratrum promotionem votivam nominis et honoris exaltationem non solum aequitatis invitat ratio, verum etiam naturalis inducit affectus, ipsis paternae pietatis affectantes clementiam impertiri, plium praefati Rudolfi conceptum propositum approbantes multifomiter et ejusdem instantiis (et) supplicationibus favorabiliter inclinati, praenotatum regnum Bohemiae cum principatibus, ducatibus, marchionatibus, dominiis, terris, bonis, juribus, jurisdictionibus, honoribus et pertinetiis omnibus superscriptis ac universis et singulis aliis, quae memorati principes W. et W., quondam reges Bohemiae, ullo umquam tempore quocunque titulo tenuerunt, habuerunt aut etiam possiderunt, praefato Rudolfo et Friederico, suo et Leupoldi fratris sui absentis nomine, Alberto, Henrico et Ottoni fratribus, filiis Nostris carissimis, si ipsum R. (quod absit) sine liberis masculis, heredibus legitimis, decidere contigerit, ad ejusdem regni Bohemiae principum, magnatum, baronum et nobilium preces humiles et consensum, concessimus, contulimus, donavimus, tradidimus, et ipsos Rudolfum, Fridericum, suo (et) fratris sui Leupoldis absentis nomine, Albertum, Henricum et Ottoneum sceptro Nostro regali, cum hastarum vexillatarum porrectione et traditione, prout moris est, de eodem regno Bohemiae; principatibus, dominiis, bonis, juribus et universis aliis superdictis investivimus; nec non et ipsum regnum cum universis et singulis praenotatis eisdem fratribus Nostris filiis concedimus, conferimus, donamus, tradimus, et eosdem de ipsis omnibus et singulis praefatos Nostros filios praesentibus liberaliter investimus.

Volentes et ordinantes, ut praedictus Rudolfus et sui legitimi heredes masculi in ipso regno Bohemiae et universis

aliis ac singulis suprascriptis pleno jure gaudeant et fruantur, ac adjientes expresse, ut praelibato Rudolfo, aut fratrum suorum altero, sine legitimis heredibus decedenti, gradatim succedat cum suis masculis heredibus legitimis frater senior tunc superstes, ipsosque Rudolfum et Fridericum, suo et Leupoldi fratris sui absentis nomine, Albertum, Henricum et Ottonem fratres, filios Nostros carissimos, supradicti Rudolfi libere et expresse ad hoc interveniente consensu, in praefatorum regni Bohemiae et eorum omnium, quae superius sunt expressa, possessionem misimus et tenore praesentium mittimus corporalem.

Qui etiam Rudolfus constituit, se, sui et praemissorum suorum fratrum nomine, suprascripta omnia et singula possidere de plenitudine Nostrae potestatis regiae, cuius immensitas et mensura et quae etiam perficit imperfectum, defectus quosque in praemissis habitos, si qui sunt, de certa scientia tollentes omnino ac supplentes universa et singula, si qua de jure sunt vel esse videntur in praemissis articulis imperfecta.

Nulli ergo hominum omnino liceat hanc Nostrae concessionis, collationis, donationis, traditionis, investiturae, ordinationis, additionis, in possessionem corporalem missionis et suppletionis paginam infringere, aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere praesumpserit, gravem Nostrae (Majestatis) offensam se noverit incursum.

In quorum omnium et quorumlibet praemissorum testimonium evidens atque robur perpetuo duraturum praesens scriptum exinde conscribi et Majestatis Nostrae appensione sigilli jussimus communiri.

Datum apud Znoymam, XV. kal. Februarii, Ind. V., 1307.

(*E Cod. caes. archivi Vindob., complectente formulas regis Alberti I. — Palacky Formelbücher I., 124. — Emler II., 2123. — Instrumentum hujus tenoris non inveniebatur nec in regio archivo Carlsteinensi nec in loco alio.*)

#### 4. Hynconis de Przibislavs Henrico regi homagium. 1307, 2. Oct.

Post mortem Rudolfi regis (1307, 4. Julii) in regem Boemiae, post-

posito Friderico duce Austriae, Rudolfi mortui fratre, vocatus est Heinricus, dux Karinthiae. (1307, 15. Aug.)

Nos Hinco de Przibislaws domino Heinrico, Bohemiae et Poloniae regi, Karinthiae duci et comiti Tirolis, de fidelitate sibi et heredibus suis futuris per nos servanda perpetuo nostro et heredum nostrorum nomine praestitimus debitum sacramentum, promittentes fide data nomine juramenti, quod ipsi domino regi et heredibus suis perpetuo fideles et obedientes esse volumus, nichilque contra eos umquam attemptabimus vel faciemus verbo vel facto, publice vel occulte, sed potius ipsis adhaerentes eos toto posse contra omnem hominem, quandocunque et quotiescunque nobis mandaverit, juvabimus fideliter. Datum in Colonia a. D. 1307, VI. Nonis Oct., indict. VI.

(*Arch. S. Wenc. — Emler II., 2148.*)

## 5. Litterae nobilium Moraviae duci Austriae missae.

1307, 31. Augusti.

Nobiles marchionatus Moraviae significant litteris ddo. 31. Aug. 1307, se recepisse a Friderico duce Austriae quoddam privilegium, quod nullum reperitur et cuius tenor penitus est ignotus. Verba litterarum quae hoc attinent, sunt sequentia :

„Serenissimo principi et domino suo carissimo, D. Friderico, duci Austriae et Styriae, domino Carniolae, Marchiae ac Portus-Naonis, Joannes Olomucensis episcopus, necnon universitas nobilium terrae Moraviae

Mag. V. cum debita reverentia et honore ad uberes gratiarum assurgimus actiones pro eo, quod nobiles terraे nostraе, qui fuerunt in nostraе legationis officio nuper ad Vestram Excellentiam deputati, in petitionibus Vobis ex parte nostri propositis, gratiose fuistis ac favorabiliter inclinati; licet duae ex petitionibus, quae nostraе etiam insertae fuerant literae, in privilegio nobis per Vestram Dominationem concessso, non fuerint annotatae, quas tamen, prout de vestra speramus clementia, facietis in induito nobis privilegio applicari etc.“ Datum Brunnae, Pridie Kal. Sept.

(*Lichnowsky Gesch. des H. Habsburg II. — Chytil VI. addit. 14. — Emler II. 2141.*)

**6. Homagium civitatis Gurzimensis Henrico regi  
praestitum.**

**1308, 21. Martii.**

Quod nos serenissimo et carissimo domino, domino nostro Henrico, Bohemiae et Poloniae regi, duci Carinthiae et comiti Tirolis, et illustri dominae Annae Bohemiae et Poloniae reginae, consorti suae, ac futuris heredibus suis, si quos eis simul clementia divina donaverit, non coacti nec vi aut metu aliquo inducti, sed bona libera et spontanea voluntate nostra, omni fraude, dolo malo, occasione, causa et excusatione quibuslibet exclusis, praestitimus fidelitatis debitum sacramentum, promittentes nostro et heredum nostrorum nomine, quod ipsum dominum Henricum et heredes suos futuros, si quos cum predicta domina Anna regina nostra habuerit, quos exnunc reges Bohemiae et dominos nostros veros ac legitimos esse asserimus, pro nostris dominis habere perpetuo volumus, et eis ac cuilibet ipsorum, qui pro tempore regno Bohemiae praefuerit, obsequi obedienter, prompte et fideliter, ipsisque astare et eos contra omnem hominem juvare, quantumque et quotiescumque mandaverint, totis nostris viribus atque posse, et nihil contra ipsos aut eorum aliquem nunquam occasione vel causa acceptare vel facere per nos vel alium aut alios, verbo vel facto, publice vel occulte.

In cujus promissionis nostrae testimonium praesentes litteras sigillo civitatis nostrae duximus sigillandas.

Datum in Gurzim a. D. 1308, Kal. April. Indictione VI.

(*Inter Privilegia regis et regni Boemie. A. K. — Goldast Suppl. XX. — Emser II. 2172.*)

**7. Fridericus dux Austriae renuntiat Boemiae et  
Moraviae in favorem Heinrici regis electi.**

**1308, 14. Augusti.**

Fridericus dux Austriae renuntiat omnibus juribus „alles des rechts vnd der Anspruech, die er het oder gehaben mocht an dem Chunigrich zu Behem vnd an dem Lande ze Merhern von sînes sel. vaters wegen, wîlen Chunig Albrechts von Rom oder von sînes brueders wegen, wîlen Chunig Rudolfs von Behem, oder von den Lantherren, oder von der

stetz wegen in Behem und in Merhern“, a Henrico rege Boemiae in recompensam recipiens „fumf vnd viertzg tausent march grozzer Prager pfenninge, sechs vnd fumftzig pfenninge fuer di march.“

(*Lichnowsky „Gesch. des H. Habsburg“ III. — Chytil Cod. VI. Add. 15. — Emller II. 2183.*)

**8. Fridericus et Leopoldus, duces Austriae, Henrico VII. Rom. regi, auxilium in acquirendo regno Boemiae contra Henricum regem Boemiae promittunt, marchionatum Moraviae ab eo pignoris nomine recipientes.**

**1309, 17. Sept.**

Fridericus et Leopoldus, duces Austriae et Stiriae, domini Carniolae, Marchiae et Portus Naonis, comites de Habsburg et de Chiburg, necnon Alsatii landgrauii, notum faciunt,

„Quod d. Henricus R. rex, 30.000 marcarum argenti, 56 grossos Prag. pro marca qualibet computando, nobis et fratribus nostris promisit; pro quibus promisimus nos et tenemur eundem dominum nostrum, d. Henricum R. regem, juvare et eidem assistere et servire cum omni potentia nostra, in expensis nostris propriis, eidem in regno Boemiae in persona propria aut per alium, pro facienda acquisitione ejusdem regni Promittimus etiam et tenemur praefato domino nostro, d. Henrico regi R., in parata pecunia mutuare 20.000 marc. arg., pro quibus marchionatum Moraviae cum omnibus juribus, utilitatibus et pertinentiis suis nobis, fratribus et heredibus nostris obligavit tenendum tamdiu et possidendum, quoisque dicta summa pecuniae, vid. 50 millia m. arg., per dictum dominum nostrum, d. H. R. regem vel successores suos in Imperio, nobis vel heredibus nostris integraliter fuerit persoluta, perceptis fructibus in sorten minime computandis Praeterea promittimus pro nobis et fratribus nostris et tenemur restituere Moraviam ipsi d. nostro regi vel suis successoribus in Imperio, postquam nobis vel nostris heredibus de 50 millibus marcarum plene et integraliter fuerit satisfactum .“

Datum Speier XV. kal. Oct. 1309.

(*Arch. S. Wenc. — Chytil Cod. VI. 397 et VII, 794 — Emller II. 2196.*)

**9. Boemi ab observatione juramenti regi Henrico praestito absolvuntur.**

**1310, 25. Juli.**

A. D. 1310, feria VI ante festum S. Jacobi apost., coram d. Henrico Romanorum rege pro tribunali sedente apud Frankenfurd in domo fratrum S. Antonii, circumstantibus principibus, baronibus et vasallis Imperii, ex parte nobilium, civium et hominum regni Boemiae propositum exstitit et a circumstantibus per sententiam inquisitum, quod cum iidem nobiles, cives et homines illustri Heinrico, filio quondam Meinhardi ducis Carinthiae, excommunicationis publice (sic) innodato, tamquam regi Boemiae fidelitatis et homagii praestiterint juramentum, utrum hujusmodi juramentum teneantur ex juris debito observare?

Super quo communi distante sententia principum, vid. d. Petri Moguntinensis archiepiscopi et ven. fratrum Joannis Argentinensis, Sibotonis Spirensis episcoporum, Henrici abbatis Fuldensis, et illustrium principum, d. Rudolphi ducis Saxoniae, viri nobilis de Luzelburg Walraami, Guidonis de Flandria, Bertholdi de Hennenberg et Geraci de Hassaw comitum, nostra (i. e. Rudolphi comitis palatini Rheni ducis Bavariae) et aliorum quam plurium nobilium, judicatum et pronuntiatum exstitit et diffinitum, nobiles, cives et homines predicti regni ad observationem hujusmodi juramenti ex juris debito nullatenus obligari.

(*Arch. i. r. aul. Vindob. — Liber ventustissimus archivi civ. Prag. refert, quod hanc absolutionem testabantur archiepiscopus Coloniensis, episcopus Argentinensis et archiepiscopus Mognuntinus litteris die 25. Jul. Frankenfurti datis. — Eml. II. 2222—2225.*)

**10. Henricus rex Romanorum promittit filium suum Joannem, Elisabetham filiam Wenceslai II. regis Boemiae maritatem, in regem Boemiae se promoturum.**

**1310, 25. Jul.**

Henricus rex Romanorum promittit Frankenfurdi VIII. Kal. Aug a. D. 1310, quod votivis et instantivis precibus baronum, nobilium, civitatum et hominum regni Boemiae favorabiliter inclinatus et ut status ejusdem regni salubriter reformatur, Johannem comitem Luczenburgensem, filium suum, et non aliud in regem Boemiae praeficiet, quem simul „inlytae“ domicellae Elyzabeth, natae quondam Wenceslai regis Boemiae, quamprimum ad Nostros conspectus eadem pervenerit, legitime copulabimus in maritum.“

(*Relatio ex Vetustissimo libro civitatis Pragensis excerpta apud Emler II. 2226. — Idem testatur, etiam secundum notitiam in eodem Libro vetustissimo contentam, Rudolphus comes palatinus Rheni et archiepiscopus Coloniensis. — Emler II. 2227, 2228.*)

**11. Libertates regno et incolis regni Boemiae a  
Joanne rege ante coronationem promissae.**

**1310, 25. Decembris.**

Johannes Dei gratia Boemiae et Poloniae rex, sacri Imperii citra montes vicarius generalis, ac Lucemburgensis comes, omnibus in perpetuum.

Gloriae regalis culmen attollitur, tempusque datur vitae felicitati productius, dum rex amari, non timeri, desiderans, non saevientis sed diligentis potius in subjectorum assumit gubernatione officium. Nam dum ipsis in rege et regi in eis, sic complacet, ex huiusmodi caritativae receptionis operibus pax et ex pacis totius boni procedit stabilitate fomentum, et pium illud regis pacifici, quo humanum genus, ut honeste vivat, alterum non laedat, jus suum unicuique tribuat, informatur, decretum ad suum feliciter infelici dudum transgressione abolitum revocatur effectum. Quapropter nos, qui gubernationi regni Boemiae superna sumus dispositione praepositi, sic in ipso vivere, sique Deo auxiliante proponimus dirigere actus nostros, quod nil sibi vendicet odium vel favor usurpet illicitus, sed omnia ex caritate composita inter nos et ipsius regni incolas fidei, amoris et dilectionis perpetuae sentiant firmitatem. Et ut huius nostri laudabilis Deo favente propositi iidem regnicolae in efficaci et benigna sentiant prosecutione progressum, hoc eis promittimus et ad hoc nos fideli et constanti promissionis vinculo obligamus:

I. Quod venerabilem in Christo patrem dominum Johannem, Pragensem episcopum, principem nostrum dilectum, et successores suos, ipsam Pragensem ecclesiam, totumque clerum, nec non nobiles et terrigenas, regnique ipsius populum universum, bona et possessiones ipsorum, in eorum conservabimus juribus, et eorum libertates, consuetudines, privilegia et jura quaelibet, tam in judicio quam extra judicium, firma et illibata servabimus, nec ea immutabimus nec diminuemus in aliquo, sed ea et per nos tenebimus et per alios teneri et servari semper ab omnibus immutabiliter faciemus, nec aliquibus, cuiuscunque conditionis aut status fuerint, hominibus aliqua,

quae praedictis juribus, consuetudinibus, privilegiis vel libertatibus praejudicare possent, privilegia dabimus, imo data ab aliis praesentibus revocamus.

II. Et ne huius generalitatis ambiguum calumniosae quispiam interpretationis figuraione adhibita in praedictae nostrae voluntati contrarium et ipsorum regnicularum odibilem referat intellectum: eorumdem regnicularum jura, quae magis dilucidatione et aperta intelligentia opus habent, per hoc non revocatis nec diminutis aliis, promissa quoque nostra, quae eis super eisdem juribus et quibusdam certis articulis observandis praestitimus, praesentis scripti mandavimus annotatione includi.

III. Specialiter enim haec jura regnolas ipsos ab antiquo habuisse et a nobis et successoribus nostris habere debere praesentibus profitemur:

IV. Quod videlicet nobiles et terrigenae ipsi non tenentur, nec nos ipsos ad hoc debemus aliqua ratione compellere, quod ad expeditionem procedant aliquam ultra quam metae terrarum Boemiae et Moraviae se extendunt, nisi hoc ab eis, ut ultra metas ipsas ad expeditionem procedant, nostris possumus precibus vel denariis obtainere. Sed cum ipsis terris Boemiae et Moraviae vel earum alteri defendendae vel pacificandae immineret necessitas, ad hoc sive expeditione sive servitio alio opus esset, Boemi et Moravi, simul vel divisim, prout bonum et status terrarum ipsarum exegerit, procedere necessario tenebuntur.

V. Collecta generalis quoque, quae vulgariter berna dicitur, nec per nos nec per successores nostros reges Boemiae ipsi regno debet imponi vel recipi, nisi in duobus casibus infra scriptis: Ad coronationem videlicet regis, et ad quamlibet regis filiam maritandam. Et tunc collecta ipsa hoc modo solvetur: Videlicet quilibet laneus vel molendinum super flumen, quotquot rotas habuerit, unum fertonem argenti, et quilibet artifex mechanicus de artificio suo, quaelibet taberna et quodlibet molendinum super r̄ivulum, etiamsi plures rotas habuerit, unum lotonem argenti, et si argenti usus non fuerit, pro fertone XVI, pro lotone IIII grossos Pragenses; — de agris autem, qui

per laneos distincti non (sunt), de aratro unum fertonem nobis ipsius collectae nomine solvere tenebuntur. — Illos autem agros, laneos, artifices, molendinarios et molendina solummodo collectae praedictae subjecta et obnoxia esse dicimus, de quibus dominis eorum census solvit, et (quae non) sunt ipsorum dominorum vel servitorum suorum usibus deputata. Si quae autem ex eis vel servitores dominorum ipsorum pro servitio suo tenent, vel ipsi domini pro se colunt, suis vel curiarum suarum vel bonorum suorum officiis vel custodiis deputarunt, dicimus non debere solvi collectam.

VI. Antiquum etiam regnicularum ipsorum jus, quod aliquorum praedecessorum nostrorum, regum Boemorum, temporibus abolitum et abusu revocatum fuerat, renovantes, decernimus et in perpetua de cetero volumus stabilitate manere, quod quicunque filiis masculis non relictis decesserit, filiae superstites in hereditate et bonis paternis succedant. Si autem nec filios nec filias habens et nulla de bonis suis in vita vel in morte dispositione facta decebat, proximiores usque ad quartum consanguinitatis gradum masculini vel feminini sexus heredes in bonis suis omnibus et hereditate succedant. Quibus non existentibus, et legitima bonorum suorum dispositione, prout praemissum est, per decedentes non facta, ad nos tunc demum bona decedentium taliter devolvantur. Et hoc idem in bonis eorum, qui pro delictis suis capitali puniuntur sententia, volumus observari. Licere autem volumus omnibus filiorum et filiarum posteritate parentibus et capitali, ut dictum est, sententia puniendis, de bonis suis in vita et in morte disponere, prout eorum placuerit voluntati.

VII. Ceterum ut omnis, quae de nobis ipsis nobilibus et terrigenis regni Boemiae possit oriri suspicio vel displicendi materia auferatur, hanc nobis legem cum adimplendi necessitate imponimus et hoc in nobis et successoribus nostris perpetuae obligationis observatione firmamus, quod nullum capitaneum, nullum purcravium vel castellanum in castris nostris, nullum beneficiarium vel officiale aliquem in Boemia vel Moravia vel in curia nostra ponemus alienigenam, nec bona, possessiones vel castra vel officia aliqua alienigenis

ipsis in perpetuum vel ad tempus dabimus, nec eos hereditare in regno Boemiae aliqualiter admittamus; sed praedicta omnia in Boemos vel in Moravos tantum per nos ita dispensari debere decrevimus, quod (nec) nobis licere aliud judicamus.

VIII. Et ne subrepat alia, quod una via sub sincera sollicitudine prohibetur, hoc praedictae nostrae legi cum aequali observationis necessitate adjungimus, quod nullum alienigenam vel extraneum in Boemia vel Moravia hereditates, castra, possessiones, bona immobilia vel jura aliqua emere vel empta retinere aliqualiter admittemus; sed si alicui de talibus bona hujusmodi donata vel legata vel forte in dotem dominae alicujus de Boemia vel Moravia fuerint assignata, vel quocunque alio titulo pervenerint ad eundem, ea a die, qua ad eum pervenerint, intra annum vendere alicui terrigenae teneatur; quod si non fecerit, omnia praedicta, quae fuerat assecutus, tunc ad proximiores ipsius dominae consanguineos statim post ipsius anni terminum devolvantur.

Et quia omnia et singula supradicta terrigenis ipsis firma semper volumus et illibata servare, promittimus, quod cum favente Domino in regem Boemiae fuerimus coronati, literas praesentis tenoris cum majoribus sigillis nostris regalibus, quibus tunc utemur, sigillatas triplicatas ipsi domino episcopo Pragensi et terrigenis intra duas septimanas a die coronationis nostrae dare nullatenus obmittemus

(*Palacky, Formelbücher I. 129 — Codex jur. boh. II. 2. p. 192. — Chytíl VI. 18. — Eml. II. 2245.*)

Joannes, Heinrici VII. Romanorum regis filius primogenitus, 31. Augusti 1310 ad petitionem Boemorum in solemini conventu Spirae a patre recepit regnum Boemiae. Eodemque die celebratae sunt nuptiae novi regis cum Elisabetha, filia Wenceslai II. Boemiae regis. Mense Decembri, die 9., Henricus I. rex Boemiae, devictus e castro Pragensi in Bavariam evasit; die autem 25. ejusdem mensis incolae terrae fidelitatem jurarunt regi Joanni, quo die publicata est promissio libertatum et jurium regni Boemiae a novo rege data.

„Sic prima et capitali regni Boemiae civitate Pragensi primum praem omnibus aliis civitatibus et castris habita in regno Boemiae, omnes aliae civitates et castra regni se regi Johanni et reginae Elisabeth unanimes subdiderunt Tandem post haec II Nonas (7.) Februarii, requirentibus

monitis et petitionibus baronum rex Johannes per Petrum archiepiscopum Maguntinum, in ecclesia Pragensi more regio consecratur et tam ipse quam regina Elizabeth regalibus insigniis decorantur". (*Pulkava Chron.*)

## 12. Fridericus dux Austriae Joanni regi restituit marchionatum Moraviae.

1311, 30. Mart.

Fridericus D. gr. dux Austriae et Styriae, dominus Carinthiae, recognoscimus et publice profitemur, quod affectantes cum magnifico domino Johanne, B. et P. rege, in amoris puritate et dilectionis vinculo solide solidari, tractatus inter ipsum regem ex una et nos ac fratres nostros per strenuos viros Ulricum de Clingenberg et Theodoricum de Pillidsdorff, consiliarios nostros, ad hoc plenum mandatum habentes — nostro nomine ex altera parte initos ac ordinationem hincinde factam ratos et firmos habere volentes, pro nobis et fratribus nostris promittimus et ad hoc nos praesentibus firmiter obligamus, quod marchionatum Moraviae nobis per seren. dominum nostrum Henricum, Rom. regem illustrem, obligatum, libere et absolute redidimus ac litteras assignationis dicti d. regis Romanorum nobis super eo traditas, repraesentavimus regi Boemiae memorato.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum.

Datum Pataviae A. D. 1311, III. Kal. Aprilis.

(*Ludewig, Relig. V. 627. — Dobner Mon. IV, 284. — Chytil Cod. Mor. VI. 44 — Emler III. 6 et 24.*)

## 13. Oppignoratio terrae Opaviae.

1311, 11. Junii.

Nos Boleslaus, Heinricus et Wlodislaus D. gr. duces Slesiae dominique Wratislaviae et Legenicz, una cum Bernhardo et Heinrico, ducibus Zlesiae dominisque de Vorstemberch illustribus, patruelibus nostris carissimis, promittimus bona fide sine doli captione, nos obligantes excellenti ac magnifico principi, d. Johanni B. et P. regi, affini nostro carissimo, suisque heredibus et successoribus legitimis, quod quandocumque nobis vel heredibus aut successoribus nostris legitimis octo millia marcarum grossorum denariorum Pragensium, sexaginta quatuor grossis pro qualibet marca computandis, solverit,

pro quibus nobis terram Opaviae (prout in litteris desuper confectis docetur) nomine pignoris obligavit, ad requisitionem sui vel cui deputaverit seu quem ad hoc constituerit, ipsam terram Opaviae cum universis juribus et pertinentiis suis, sicut nobis obligata est, sibi resignabimus libere et absque contradictione qualibet supradicta.

Promittimus insuper fide pura, quod sicut juravit et promisit Henricus de Sylicz, castellanus castri dicti Grecz prope civitatem Opaviam, sic et alii, quos in castellanos ibidem praefici contigerit, antequam praefificantur, ad hoc jurabunt et promittent, idem castrum ad manus dom. regis praedicti vel cui disposuerit, postquam sibi de praedicta pecuniae solutione constiterit, absque mora sive dispendio resignare.

Super quibus praesentes fieri et nostris et supradictorum Bernhardi ac Henrici ducum sigillis communiri. Et nos Bernhardus et Henricus, recognoscentes nos promisisse praemissa et omnia sic acta esse, sigilla nostra una cum sigillis dictorum ducum, nostrorum patruelium, in eorum testimonium apposuimus huic scripto.

Datum in Olomutz a. D. 1311, Idus Julii.

(*Chyt il VI. 52. — Grünhagen II. 466. — Em l. III. 23.*)

**14. Tractatus super marchionatu Moraviae inter Joannem regem Boemiae et Fridericum ducem Austriae ordinatus a rege Romanorum firmatur.**

**1311, 15. Junii.**

Heinricus Romanorum rex etc.

Ut inter illustres Johannem, B. et P. regem, primogenitum Nostrum et Fridericum ducem Austriae amplioris amicitiae foedera perseverent, tractatus seu comportationem inter eosdem super marchionatu Moraviae nuper ordinatos apud Egram approbamus, laudamus et eisdem expressum consensum Nostrum et benivolum adhibemus etc.

Datum in castris ante Brixiam XVI. Kal. Julii a. 1311, regni vero Nostri anno tertio.

(*Kurz, Friedrich d. Schöne 423. — Chyt il VI. 47. — Em l. III. 24.*)

**15. Homagium a civitatibus terraे Opaviae Ioanni regi praestitum.**

**1311, 16. Junii.**

List města Opavy, že sú člověčenství slíbili Janovi českému králi jakožto pánu dědičnému a z jeho přikázání slíbili kniežatám Boleslavovi, Henrychovi a Vladislavovi kniežatám slezským, jsúce jim od řečeného krále zastaveni v osmi tisících hřivnách gr. královských, 64 groše za hřivnu počítajíc. (A. K.)

Města Lubešic list, kdež vyznávají, že sú člověčenství slíbili králi Janovi českému a z rozkázání jeho Boleslavovi, Henrychovi a Vladislavovi kniežatám slezským, kterémuž sú zastaveni v osmi tisících hřivnách. 1311. (A. K.)

Nos judex, scabini atque universitas civitatis Opavensis (Lubeschizensis, Jegerdorfensis) recognoscimus publice confitentes excellenti ac magnifico principi, d. Johanni inlyto B. et P. regi, tamquam vero regi ac domino nostro, fide data, unanimiter homagium praestitisse, necnon de mandato et voluntate ipsius speciali serenissimis ac gloriosis principibus Bolezlao, Henrico et Wolodislao, Slesiae ducibus, dominisque Wratislaviae et Legenicz illustribus, heredibusque ac legitimis ipsorum successoribus, quibus nos et civitatem nostram totamque terram Opaviae pro VIII millibus marcarum gross. reg. denariorum, 64 grossos pro qualibet marcha computando, nomine pignoris obligavit, obedientiam et devotionem fidei absque dolo communiter juravisse, promittentes etc.

Datum Opaviae a. D. 1311, XVII. Kal. Julii.

(A. K. — Chytil VI. 48. — Griinlagen II. 467. — Emler III. 25—27.)

**16. Jura et consuetudines regno Boemiae atque marchionatui Moraviae concessae confirmatae.**

**1311, 18. Junii.**

Nos Johannes Dei gratia Boemiae et Poloniae rex, sacri Imperii citra montes vicarius generalis, ac Lucemburgensis comes, universis regni Boemiae et marchionatus nostri Moraviae fidelibus, quibus nosse fuerit opportunum, salutem et notitiam subscriptorum.

Ad fastigia sceptigeri diadematis, divina disponente clementia, sublimati, ad hoc ferventibus votis intendimus, ut nostri regiminis tempore nostrae dicioni subiectis libertas optata proveniat, vitentur pericula ac a malignorum protecti incursibus quiete sedeant, sedendo quiescant in pulcritudine pacis, in tabernaculis fiduciae ac temporalium maneant requie opulenta, quod tunc salubrius fieri et commodius expediri credimus, si ius suum tribuatur cuilibet et ultra debitum non artetur. Hoc sane attendentes, omnes regni nostri Boemiae et Moraviae principes, ecclesiasticos et seculares, barones, nobiles, praelatos, clericos et uniuersos nostrae dicioni subiectos, pio favoris applausu fauorabiliter amplectentes, eisdem duximus promittendum:

I. Quod omnia eorum jura, consuetudines, quae et quas a nostris habuerint et habere consvererunt praedecessoribus, rata habere volumus et tenere et eadem inconvulsa conservare, necnon quod omnia eorum privilegia, quae a nostris habent praedecessoribus, volumus nostris confirmare sigillis.

II. Praeterea ut nostri subiecti uberiorem nostrae pietatis sentiant benivolenciam, promittimus, vt nullam steuram vel exactionem, quae berna vulgariter dicitur, nisi nos vxorem ducere contingeret, seu in liberorum nostrorum, filiorum et filiarum, coniugali copulacione, ab eis aliquatenus exigemus.

III. Ceterum, ut nostri regni regnicolas ad voluntaria provocemus obsequia, pollicemur eisdem, quod numquam alicui alteri quam Moravo in Moravia aliquod officium suppae committemus.

IV. Insuper commani voto parentum affectantium successionem suam devolvi ad posteros, clementer assentientes, nolumus, quod liberis, filiis et filiabus seu fratribus, eorumve filiis infra quartam generationem extantibus, alicuius nostri subditi bona ad nos tamquam vacantia, nisi propter crimen confiscanda forent, devolvantur, seu nostro aerario applicentur.

V. Porro ut suis utilitatibus nostri subditi quietius intendant et commodius conquiescant, hanc eis duximus facere gratiam specialem, quod ultra metas regni nostri Boemiae et marchionatus Moraviae, ad quorum defensionem principes, barones, nobiles regni nostri Boemiae et marchionatus Moraviae contra

omnem hominem nobis assistere fideliter promiserunt, pro subjugatione alicuius terrae alienigenae eos invitatos nullatenus compellemus.

VI. Postremo cum steuram, quae berna vulgariter dicitur, in casibus superius expressis, nec non in coronatione regis Boemiae, in quo casu berna etiam est tollenda, accipere nos contigerit, nolumus, ut plus quam unus ferto argenti de laneo requiratur vel aliquatenus exigatur.

Quae omnia et singula sigillis nostrae excellenciae fecimus communiri.

Datum Brunnae XIII<sup>o</sup>. Kalendas Julii a. D. 1311,  
regnorum vero nostrorum anno primo.

(*Orig. membr. in archivio march. Moraviae sub N. 1. inter Privilegia. — Confirmatio hujus constitutionis in libro domini Ctiborii de Cimburk „Kniha Tovačovská“ cum versione boemica. — Jura primaera Mor. p. 36—38. — Chytíl VI. 49. — Em. III. 29.*)

## 17. Joannes rex recognoscit jus archiepiscopi Moguntensis regem Boemiae coronandi.

### 1311. 9. Augusti.

Joannes B. et P. rex recognoscit, „rev. in Chr. patrem, d. Petrum archiepiscopum Moguntinum, ad instantiam et preces nostras ac nostrorum baronum nos in regem Boemiae, prout ad eum de jure hoc spectabat et spectat de jure et consuetudine, coronasse ac imposuisse nostro capiti regale dicti regni dade ma et nobis alia insignia regalia ad coronationem ipsam spectantia impendisse; pro quo sibi M. marc. arg., sicut eas a nobis recepit, dedimus, sicut ei proinde dandae erant tam de consuetudine quam de jure.“

Dat. Pragae V. Idus Augusti a. D. 1311. regnum nostrorum anno primo.

(*Senke iberg Selecta juris II. 118, — Gudenus Cod. dipl. anecd. III. — Böhmer Reg. — Em. III. 40.*)

Litteris dd. Pragae 1311. ante festum S. Michaelis datis petivit Joannes rex, ut Hermannus archiepiscopus Moguntinus vices suas pro coronatione reginae Boemiae committat suffraganeis suis, episcopo sc. Praagensi et Olomucensi. (*Dobner Mon. IV 284, — Chyt. VI. 55.*)

## 18. Barones Moraviae, Fridericus de Linavia, Nicolaus juvenis dux, Ulricus de Bozkowicz, Gozwinus, Friduscho et Guntherus de Brandiz ac Maczko dictus Monachus, a

Joanne rege in gratiam recepti, eidem atque capitaneo suo Moraviae deinceps fidelitatem et servitia sua promittunt.

**1312, 20. Julii.**

(*Arch. S. Wenc. — Em̄l. III. 83.*)

**19. Fridericus et Leopoldus, duces Austriae, submittunt se quoad jus sibi in marchionatum Moraviae pro 30.000 marc. arg. competens edicto Heinrici VII., aut post obitum ejusdem quod quinque arbitri enuntiaverint.**

**1312, 25 Julii.**

(*Arch. S. Wenc. — Em̄l. III. 84.*)

**20. Fridericus, dux Austriae, de summa pecuniae Henrico Rom. Imp mutuata eas summas defalcat, de quibus Joannes rex Boemiae se expediverat**

**1312, 27. Julii.**

(*Arch. S. Wenc. — Em̄l. III. 88.*)

**21. Hermannus et fratres ejus de Sonburg renuntiant officio suppae Cadanensis et pertinentiis ejus.**

**1312, 15. Sept**

Noverint quod nos omnibus juribus et actionibus, quae nobis in officio suppe Cadanensis et pertinentiis ejus ex quacumque causa competunt ad praesens vel possent competere in futurum, et litteris seu privilegiis quibuscumque super hiis a Romanorum vel Boemiae regibus aut aliis quibuslibet personis sub quacunque forma vel conceptione verborum traditis seu concessis, renuntiamus expresse et de hujusmodi juribus et actionibus serenissimo domino nostro, d. Joanni, B. et P. regi, libere cedimus ac idem officium cum suis pertinentiis universis benivole resignamus, volentes omnino, ut litterae et privilegia hujusmodi sint cassa, irrita et viribus vacua, et nullum de caetero tam in judicio quam extra, robur obtineant firmitatis, exceptis litteris dicti domini nostri regis

B., quas de novo super bonis ad dictam suppam pertinentibus  
sub simili data harum litterarum recepimus ab eodem.

Datum Pragae XVII. Kal. Oct. a. D. 1312.

(*Arch. S. Wenc.* — *Arch. c. r. aul. Vindobon.* — *Balbin Misc. VIII.* — *Emler III. 102.*)

Friderico atque fratribus ejus de Schounenburch Heinricus Rom rex litteras quondam Friderico, eorum patri, super officio suppae in Kadano cum suis appertinentiis ac quibusdam aliis tribus villis in eisdem litteris contentis per Albertum Rom. regem traditas, confirmavit litteris 31. Jan. 1310 Norimbergae datis. (*Eml. II. 2821.*)

## 22. Explanatio jurium inter Ludovicum Romanorum et Joannem Boemiae regem.

1314, 4. Dec

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.  
Uniuersis praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestrae notitiam volumus pervenire, quo Nos, attendantes grata et fructuosa obsequia, quae Nobis et Imperio illustris Joannes, Boemiae et Poloniae rex, princēps Noster dilectus, iam dudum exhibuit et impendit ac impendere poterit in futurum, nec non graves expensas et labores varios, quos sustinuit circa Nostram promotionem in regem Romanorum, promittimus eidem bona fide tenore praesentium:

Quod Nos, toto posse Nostro, contra omnes homines assistemus in suis regnis, dominiis aliis, honoribus et iuribus quibuscunque habitis ac juste ac racionabiliter habendis, ultra Rhenum et citra, quandocunque et quotiescunque fuerit necesse, retinendis et etiam his recuperandis et adipiscendis, quae ad ipsum et dicta regna et dominia debent et consueverent pertinere, ac specialiter omnia castra, terras, possessiones, dominia et jura, quae umquam possedit d. m. rex Wenceslaus, sacer suus, ubicunque fuerint, dum vixit, in partibus Poloniae, Cracoviae, Misnensi terra et alibi; ac promittimus et efficiemus pro posse Nostro, quod idem rex Boemiae eisdem pacifice gaudere valeat, et eum in iisdem tuebimur ac ea sibi concedemus in feudum, ac defendemus.

Insuper omnia privilegia sibi et suis praedecessoribus in regnis et dominiis antedictis, coniunctim vel divisim, concessa et indulta, omnes gratias, donationes et libertates a regibus Romanorum seu imperatoribus factas innouamus et praesentibus confirmamus.

Promittimus etiam, si contingat, ducem Lotharingiae, Brabantiae et Limburgiae, consanguineum dicti regis B., decedere, liberis proprii corporis non relictis, quod Nos eidem regi B. in ducatibus antedictis cum eorum iuribus et pertinentiis adipiscendis et retinendis, sicut proximiori duci, toto posse Nostro contra omnes homines assistemus, et in omni alio dominio, in quo successor suus legitimus deberet succedere, et de eisdem ipsum regem infeodabimus ac omne ius, quod Nos ratione Imperii possemus petere in dicta successione, eidem regi B. liberaliter remittemus.

Item promittimus, quod Nos ipsum regem nec ultramontes nec citra ad parlamentum vel expeditionem Nostram, privatam vel publicam, sine eius voluntate ire cogemus ultra privilegia sibi vel suis praedecessoribus a divis Romanorum regibus seu imperatoribus concessa, nec propter hoc offensam Nostram incurret vel indignationem.

Item promittimus, quod ipsum regem Boemiae, nobiles, vasallos, castrenses, ministeriales, cives, oppidanos et quoscunque subditos, ecclesiasticos et saeculares suos, regnorum suorum et dominiorum, servabimus et tuebimur per sacrum Imperium in libertatibus, bonis consuetudinibus et statutis suis hucusque per eos habitis et usitatis, et quod nullum ex praemissis ad iudicium curiae Nostrae evocabimus nec evocari permittemus, quamdiu idem rex quaerelantibus de eis paratus fuerit facere iustitiae complementum.

Item promittimus procurare et efficere pro posse Nostro, quod dux Austriae omnes literas, quas habet, virtute quarum aliquod ius sibi posset vindicare in regno Boemiae vel eius appendiciis aut in nobilius, civibus et incolis dicti regni, restituere, quas etiam vivente domino Henrico, Romanorum imperatore b. m., reddere promisit.

Item promittimus procurare et efficere pro posse Nostro quod Rudolphus, dux Bauariae, germanus noster, omnes literas obligationum et promissionum, quas habet et habuit ab eodem rege et ven. Baldevino, Treverensi archiepiscopo, principe Nostro dilecto, sigillis eorum sigillatas occasione promotionis facienda de eodem rege Boemiae in regem Romanorum, per ipsum ducem restituet.

Item cum dux Austriae teneat in Moravia quasdam terras, videlicet Znomam castrum et oppidum et Boerlicz oppidum, cum eorum pertinentiis pro certa pecuniae summa obligatas, et quaedam pars dictae pecuniae sit soluta, promittimus dictum ducem ad hoc inducere, ut dictas terras, castrum et oppida cum eorum universis attinentiis eidem regi restituat, mediante summa pecuniae, ut tenetur.

Item promittimus, quod summas pecuniarum promissas et adhuc solvendas nobilibus viris Ger. comiti Juliacensi, Adolfo comiti de Monte et Ottoni de Kük a dicto rege Boemiae occasione suae promotionis in regem Romanorum eisdem persolvemus, iuxta suarum continentiam literarum a dicto rege Boemiae ipsis concessarum, et eidem dictas literas suas obligatorias super dictis pecuniarum summis datas liberas restitui procurabimus et faciemus.

Item obligamus sibi pro decem millibus marcarum argenti terram Egensem et castra Vlos et Barkenstein, cum omnibus regalibus, dominiis, mero et mixto imperio, fructibus, redditibus, iuribus et aliis quibuscumque pertinentiis pro expensis factis per eundem occasione promotionis nostrae in Romanorum regem, quoisque sibi aut suis heredibus de dicta summa integre fuerit satisfactum, percipiendis (fructibus) sibi et heredibus suis in sortem minime computandis.

In quorum .

Datum Coloniae II. Nonas Decembris a. D. 1314., regni vero Nostri anno I.

(*E litera recognit. Balduini archiepiscopi Treverensis ab anno 1335., cuius orig. in archivio C. R. Aul. Vindobon. servatur, communicavit Dr. Fr. Palacký. — Chytil VI. add. 22. — Eml. III. 232.*)

**23. Civitatis Egrae oppignoratio.**

**1315, 26. Aug.**

Wir Ludowich, von gotes genaden Roemischer chünig, ze allen zeiten merer dez reiches, enbieten unsern lieben getrewen. dem rat vnd der gemain der purger von Eger vnser hulde vnd allez guot.

Wir lan euch wizzen, daz wir durch gemainen frumen vnd ere des reiches vnd auch durch fride vilnach der christenheit, euch mit gewoenlichem dienst vnd vndertaenicheit der ir Roemischem reiche schuldich seit, dem hochgeborenem Johannes, chünige von Beheim vnd des reiches getrewen fürsten, versetzt haben. Mane wir ewer bescheideuheit, wan er vns besunder gehaizzen hat, daz er euch hilflich vnd förderlich sein welle an allen sachen, daz ir im an vnser stat vndertaenich vnd gehorsam seit. Vnd wizzet, gewinne wir den gewalt, den wir gerechte habn sullen, daz wir immer darnach trachten wellen, wie wir euch zerechten staten wider bringen vnd euch erloesen vmb die pfenning, da wir euch im vmb gesetzet habn, vnd seit vns an disen sachen gehorsam, als lieb euch alle vnser ere sei.

Der brief ist gebn zu Munchen dez eretages nach sand Bartholomes tach, do man zalt von Christes geburt dreuzehn hundert jar, darnach in dem fünfzehenden jar, jn dem ersten jar unsers reiches.

(*Orig. arch. civ. Egra. — Kiirschner Eger u. Böhmn.  
— Emr. III. 275.*)

**24. Petri de Rosemburgh, supremi regni B camerarii, promissio, quod totis viribus Joanni regi B. assistere et adhaerere vult**

**1315, 25. Nov.**

Dat. Pragae VII. Kal. Dec. a. D. 1315.

(*Emler III. 286.*)

**25. Pothonis de Turgow promissio, quod Joanoi regi cum munitionibus Grediss et Arnow perpetuo servire**

**velit et eidem Pothoni a Joanne rege nomine pignoris  
obligatio oppidi Hoff (Dvuor) etc.**

**1316, 10. Jan.**

(*Cod. j. b. II. 3, p. 30. — Emler III. 294.*)

**26. Joannis regis obligatio titulo pignoris castri  
Veliss et civitatis Giczin Pothoni dicti de Fridlant, filii  
Hinconis de Duba.**

**1316, 2. Junii.**

(*Emler III. 319.*)

**27. Ludovicus, Romanorum rex, civitati Egrensi  
confirmat omnia privilegia, libertates et consuetudines.**

**1318, 1. Aprilis.**

Ludowicus, Dei gr. Rom. rex s. a. Universis sacri romani Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. In serenitatis Nostrae praesentia prudentes viri, cives Egrenses, fideles nostri dilecti, celsitudini Nostrae instantivis precibus supplicarunt, quatenus universas gratias, jura, libertates et consuetudines ipsis ac per eos oppido ipsorum donatas, traditas et concessas a praedecessoribus Nostris, divis Imperatoribus et Romanorum regibus, dignaremur ex solita clementia confirmare. Nos vero justis ac honestis eorum petitionibus ex benignitate solita favorabiliter acclinati omnia jura, libertates, gratias et approbatas consuetudines ab universis et singulis praedecessoribus Nostris in Imperio et regno Romano tradita seu traditas, indulta seu indultas, concessa seu concessas, prout ipsis rite et rationabiliter data, concessa et confirmata sunt, auctoritate regia confirmamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostrae confirmationis paginam infringere vel ei in ausu aliquo temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, se noverit indignationem regiam graviter incursum.

In cuius Nostrae confirmationis testimonium hac literas conscribi et Nostrae Maiestatis sigillo jussimus communiri.

Datum in Egra Kal. Aprilis a. D. 1323, regni vero Nostri anno quarto.

(*Orig. arch. civ. Egrensis. — Arch. S. Wenc.*)

**28. Ducatus Opaviensis Nicolai duci denuo in feudum conceditur.**

**1318, 3. Julii.**

Johannes rex Nicolao, filio Nicolai ducis Opaviae, filii naturalis quondam regis Priemysl al. Ottacari, qui per Wenceslaum quondam regem, filium legitimum dicti Ottacari, de ducatu Opaviensi expulsus fuit, ducatum eundem contulit. (*Pulk.*)

List Mikuláše kniežete Opavského, že jest přijal léno toho kniežetství Opavského od krále českého i budúcích králuov českých. 1318. (A. K.)

Nos Nicolaus D. gr. dux Oppaviae. Ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam tenore praesentium cupimus pervenire, quod cum serenissimus dominus noster, d. Joannes B. et P. rex ac L. comes illustris, consideratis fidei et servitiorum nostrorum meritis, quibus nos suae munificae liberalitatis gratiam meruisse cognovit, ac pensatis utilibus et fidelibus per nos sibi praestitis et praestandis servitiis, ex sua munifica liberalitate nobis et heredibus nostris in feudum et jure feudi contulerit in perpetuum terram seu ducatum suum Oppaviensem cum dignitate et titulo ducatus ipsius, necnon cum civitatibus, castris, munitionibus, villis, possessionibus et universis aliis pertinentiis, utilitatibus, proventibus et juribus terrae seu ducatus ipsius, prout in privilegio suo super hiis nobis dato, haec omnia plenius et expressius continentur: nos pro nobis et heredibus nostris recipientes in feudum a dicto d. nostro rege ipsum ducatum cum omnibus et singulis supradictis sibi recipienti pro se et suis heredibus ac successoribus, regibus Bohemiae, tamquam vero feudi praedicti domino fecimus et facimus homagium.

Promittentes ipsi fidelitatem, devotionem, obedientiam ac reverentiam perpetuam per praesentes corporali per nos interposito juramento, ordinando et omnino fieri volendo, ut heredes et successores nostri in ipso feudo seu ducatu succedentes, de manibus ejusdem domini nostri regis et praedictorum suorum heredum ac successorum idem feendum seu ducatum recipere jure feudi ac eis homagium, fidelitatem, devotionem et obedientiam ac reverentiam praedictas, interposito etiam juramento, promittere ac similiter facere in perpetuum teneantur.

Obligantes nihilominus nos, heredes et successores nostros praedictos sub praemissojuramento corporaliter praestito, solemni stipulatione interposita, ipsi domino nostro regi, heredibus et successoribus suis praefatis promittimus, quod quotiescumque et quandocumque ipse dominus noster rex jusserrit et ejus jusserint successores, ipsum et eos juvabimus et juvari volumus per heredes et successores nostros contra omnem hominem fideliter toto posse, tamquam ejus fidelis vasallus, necnon ad omnia et singula in perpetuum, quae jura feudi exigunt et requirunt et etiam quae quisque fidelis vasallus suo vero domino facere potest in omnibus atque debet.

Hoc autem specialiter expresso, quod si nos vel quemcumque ex nostris heredibus et successoribus nobis succendentibus in ducatu praedicto continget decedere, filiis legitimis non relictis: extunc statim ducatus ipse cum omnibus et singulis supradictis ad dictum dominum nostrum regem et heredes ac successores suos praedictos et ad regnum praedictum Boemiae libere revertatur.

Promisimus denique et promittimus solemni interposita stipulatione, ut praemissum est, pro nobis, heredibus ac successoribus nostris praedictis sub praestito juramento, praedicta omnia et singula praedictorum firmiter servare perpetuo et inviolabiliter adimplere.

Testes            In quorum

Datum Pragae V. Non. Julii A. D. 1318.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Chytíl VI. 136.* — *Griühagen II. 467.* — *Eml. III. 454.* — *Pulkava ad a. 1318.*)

## 29. Promissio baronibus et nobilibus ducatus Opaviensis a duce Nicolao facta.

1318, 19. Julii.

Nos Nicolaus D. gr. dux Opaviae. Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod volentes dilectos fideles nostros, barones et nobiles ipsius ducatus nostri Opaviensis, quos pleno et gratioso favoris applausu amplectimur, ad debita et gratuita provocare servitia, pollicemur eisdem, quod eos in omnibus

illis juribus et bonis consuetudinibus, quae et quas barones et nobiles regni Boemiae et marchionatus Moraviae habent et obtinent, quibus et eos uti et gaudere volumus, promittimus conservare; dantes eis has nostras literas nostro sigillo et serenissimi domini nostri, domini Johannis, Boemiae et Poloniae regis ac Lucemburgensis comitis, sigillatas in evidens testimonium super eo.

Datum Brunnae A. D. 1318, XIV Kal. Augusti.

Et nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. c., ad instantiam et petitionem illustris Nicolai, ducis Opaviae, principis nostri dilecti, nostra sigilla ad meliorem praemissorum certitudinem praesentibus duximus appendenda.

Dat. anno, loco et die praedictis.

(*E renovatione ab anno 1339 in archivo Statuum Opaviae. — Chyt. VII., 243.*)

### 30. Confirmatio privilegiorum ducatus Opaviensis.

1318, 19. Julii.

Nos Nicolaus D. gr. dux Opaviae, promittimus fide bona, quod dilectis fidelibus nostris, baronibus et nobilibus ducatus nostri Opaviensis, quos gratia prosequimur speciali, omnia privilegia per reges Boemiae ipsis concessa, cum quibus jure apud nos se juvare debent et possent, et cum quibus apud dominum nostrum, d. Joannem B. et P. regem ac L. c. se juvisse debuissent et etiam potuissent, rata et grata volumus et involuta servare, sub harum, quas sigillo nostro una cum sigillis ser. domini nostri, d. Johannis B. et P. regii ac L. c., sigillari rogavimus, testimonio literarum.

Datum Brunnae A. D. 1318 XIV. Kal. Augusti.

Et nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, ad instantiam et petitionem illustris Nicolai, ducis Opaviae, principis nostri dilecti, nostra sigilla ad majorem praemissorum certitudinem praesentibus duximus appendenda.

Datum anno, loco et die praedictis.

(*E renovatione anni 1339, ut supra. — Chyt. VII. 243.*)

**31. Benessii de Michelsberch recognitio, quod Joannes rex sibi et heredibus suis thelonum suum in Minorib[us] Boleslavia cum jure forensi ipsius oppidi donaverat.**

**1318.**

(*Priv. regni.*)

**32. Munitionis Kamnik infeudatio.**

**1319, 9. Januarii.**

Zámek Kamýk: List Henricha z Kamýku, že jest sie podmanil s Kamýkem zámkem svým králi Janovi, českému králi a jeho budúcim, králuom českým. Dat. 1319.

(A. K. — *Cod. jur. boh. II. 3, p. 31.* — *Eml. III. 479.*)

**33. Munitionis Schrekow infeudatio.**

**1319, 19. Januar.**

Střekov zámek: List Peška z Střekova, že ten zámek Střekov podmanil králi Janovi a jeho budúcim, králuom českým. Dat. 1319.

(A. K. — *Cod. jur. boh. II. 3, p. 32.* — *Eml. III. 483.*)

**34. Ludovicus, Rom. rex, Henricum et Dyemonem de Cholditz de universis feudis ab Imperio eis competentibus infeudat atque monetam in Cholditz tenendam concedit.**

**1319, 29. Mart.**

(*Arch. S. Wenc.* — *Eml. ad a. 1318, III. 429.*)

**35. Joannes rex qua dominus marchiae Budissinensis promittit jura hujus terrae se servaturum.**

**1319, 31. August.**

Anno 1319, mense Augusto, princeps Wol (de) marus, marchio Brandenburgensis, qui potentia et divitiis super omnes suos antecessores marchiones excreverat, sine heredibus et liberis est defunctus. Igitur circumsedentes principes mox incooperunt viciniores sibi occupare civitates: Heinricus, dux Silesiae, Bolconis ducis filius, Gorlicz obtinuit et Lubanum, licet antiquis temporibus ad regnum spectaverint Boemorum, Joanni vero, regi Boemiae, barones et cives de districtu Budissinensi homagium praestitere. (*Chron. Aulae Regiae.*)

Anno 1319 Joannes rex civitatem Gorlicz cum districtu et territorio suis, quae olim de marchia Budissinensi, ad quam antiquitus pertinebat legitime, alienata fuerat, ab Henrico duce Slesiae, domino de Furstemberg, ad regnum Boemiae libere reduxit, per reges et regnum B. hereditarie perpetuo possidendam. (*Pulk.*)

Nota: Otto marchio Brandenburgensis terram Budessenensem divisit, ponens ad castrum et civitatem Budessen Lubawe civitatem, Nyzwaz, Konigsbruke cum eorum attinentiis et Hoyerswerde dimidium. „Distinctio judicij Budessin inchoabitur in illo loco, ubi oritur flumen Lubetowe et protendetur directe usque ad terminos Boeniae, et descendet per descensum praedicti fluminis usque ad locum ubi dicta Lubata cadit in Majorem Zprevam, et procedet de ipsa Zprewa per semitam quae dicitur Musaten-stic, ac deinde per eandem semitam usque in villam Gabelenze directe usque in flumen quod dicitur Niza.“

„Item ad civitatem Gorliz ponimus civitatem Luban, Schonenberg, Rotenberg, castrum Landiscrone et dimidium Hoyerswerde. Distinctio judicij pertinentis ad Gorliz inchoabitur in illo loco, ubi oritur flumen Lubate et servabitur in ascensu et descensu, prout superius est expressum“.

(*Köhler, Oberlausitz I.*, 42.)

Johannes D. gr. B. et P. rex, L. comes ac marchiae Budissinensis dominus, omnibus in perpetuum. Sollicitudo jugis curae gubernationis et amministrationis reipublicae, qua incessanter premimur, nos excitat adeo, quod circa celsitudinem gloriae majestatis, regnum, heredum et subditorum nostrorum quietem mente versantes, noctes insomnes ducimus, ut regnum nostrorum integritatem, honoris heredum et subditorum nostrorum prosperitatem, pro futuris et efficacibus fulcimentis procurare valeamus.

Sane marchia et provincia terra Budissinensis tota ad nos legitime deuoluta, quiaque ipsius marchiae Budissinensis incolis nostrae serenitati iuxta puritatis sua fidei debitum se benivole recommendantibus et recommitentibus nobis fidelitatis omagia praestantes et corporali fide eorum procuratorum interposita facientes, se et sua vna cum tota marchia et provincia Budissinensi nostrae dicioni spontanee submiserunt, jure poli aequum et juxta celsitudinis nostrae regiae maiestatis benignitatem dignum ac rationi consentaneum fore censemus, dictae marchiae et provinciae Budissinensis incolas talium praerogativarum privilegiis insigniri, et sinceritatem fidei ipsorum con-

dignamur gratiarum vicissitudinibus recompensare, ut ipsi de nostra regiae maiestatis dominio digne possint et merito debeat gratulari.

Ut igitur perpetuae fidei firmitatis fundamentum, incolarum praedictae marchiae et provinciae Budissinensis erga nos, heredes et successores nostros ao amplius et perfectius per diuturnorum continuationem temporum suscipiat incrementum, quominus ab inmediato regimine nostro, heredum et successorum nostrorum fuerint sequestrati, ipsius Budissinensis marchiae et provinciae incolis promittimus, quod nec per nos, nec per heredes aut successores nostros ipsa marchia et provincia Budissinensis, sed nec praecipuae civitates Budissin, Camencz et Lubowia cuiquam supp(ae) nomine concedi, conferri aut committi, nec obligari, nec vendi aut permutari ullo vñquam tempore debeant, sponsione nostra regia perpetuo valitura.

Adiicientes, quod dictae marchiae et provinciae Budissinensi incolae ad nullas petitiones steure nobis, heredibus aut successoribus nostris erunt aliquatenus obligati.

Insuper ut barones, nobiles et vasalli dictae marchiae et provinciae incolae se nostro gaudeant subesse regimini et dominio laetabundi, ipsos et quemlibet ipsorum in eorum iuribus, quibus a divis regibus Boemiae, praedecessoribus nostris felicium recordationum, se munitos asserunt, plenius et gratiosius conservare promittimus.

Ipsorum siquidem juris esse consentiendo fatemur, quod infra metas marchiae Budissinensis praedictae, et non extra, nobis, heredibus et successoribus nostris promptae fidelitatis obsequia facere tenebuntur.

Verum quia castellani castri Budissin perpetuati asseruntur ex specialium priuilegiorum dono tali gaudere, quod nec de castrenibus pheudis dicti castri Budissin, nec de aliis possessionibus, quas obtinent aut in futurum obtinebunt, aliquovis servitutis genere teneantur obnoxii, huic assertioni juxta nostrarum benigitatum pias confidentias aures credule praebentes, eidem omnia et singula iura et privilegiorum

ipsorum castellanorum emunitates praedictas, prout eis hactenus  
rite usi sunt, de nostra celsitudinis gratia, gloriae majestate,  
praesentibus confirmamus.

Amplius autem, ut fida et merito commendanda et extol-  
lenda preconiis dilectorum nostrorum fidelium burgensium  
ciuitatis Budissinensis fidelitatis eximietas eo specialiorum  
insigniatur, juxta nostra regiae munificiae liberalitatem  
prae caeteris libertatum, beneficiorum et gratiarum muneribus,  
quo ipsos prae ceteris ad nostra celsitudinis gloriam ampli-  
andam novimus inhiasse et laboriosis conatibus insudasse, et  
ut etiam ex eo specialis commodi fructum consequantur et  
obtineant, quo sub titulo dictae ciuitatis Budissinensis tota  
marchia predicta discretivo nomine se tamquam a digniori  
gaudet nuncupari: ipsam ciuitatem Budissin et eius burgenses  
in perpetuum de nostra liberalitatis munificencia talium  
libertatum priuilegiis insignimus, quod omnia allodia infra  
unius dimidii milliaris spaci ab ipsa civitate Budissin  
immediate mensurandum, quae ipsi cives aut alter ipsorum  
jam justo possident titulo aut in futurum ipsos aut quemlibet  
ipsorum legitime possidere contigerit, jure successionis heredi-  
tarie eis approprianda duximus et incorporanda, per ipsos aut  
alterum ipsorum iusto titulo perpetuo possidenda. Hoc adiecto  
de nostra regiae munificiae gratiae fulcimento, quod ipsi  
cives aut alter ipsorum, quando et quociens dicta allodia infra  
metas predictas sita inter se mutuo emerint vel vendi-  
derint, venditores resignare, emptores vero debito modo ea  
recipere et per manum judicis ciuitatis Budissinensis here-  
ditarii, qui pro tempore fuerit, investiri ad eadem perpetuo  
tenebuntur.

In cuius rei testimonium praesentes literas fieri et sigillo  
majestatis nostra jussimus communiri.

Dat. Pragae per manus vener. Johannis, Wissegradensis  
praepositi, cogni Boemiae cancellarii, principis nostri dilecti, II.  
Kal. Sept. a. d. 1319, regnum vero nostrorum a. IX<sup>o</sup>.

(Arch. S. Wenc. — Köhler Oberlausitz I. p. 164. —  
Eml. III. 519.

**36. Enuntiatio Henrici ducis Sleziae et de Jauer et Furstenberg in causa terrae Budessinensis et Gorlicensis.**

**1319, 22. Sept.**

Nos Henricus D. gr. dux Sleziae, dominus de Jauer et Furstenberg, ad notitiam universorum volumus pervenire, quod brigam sive discordiam, quae inter nos ex una, et inter illustrem principem, dominum d. Joannem B. et P. regem, c. L., marchionemque Budissinensem et dominum Gorlicensem parte ex altera, suborta fuerat, eo modo duximus complanandam et componendam, quod provincia sive marchia Budissinensis cum omnibus et singulis civitatibus, oppidis, munitionibus, hominibus, ministerialibus, baronibus, vasallis, inquilinis et incolis et cum omnibus et singulis possessionibus, jurisdictionibus, dominiis ac honoribus ceterisque omnibus et singulis juribus et pertinentiis universis, ad ipsam terram, provinciam sive marchiam Budissinensem de jure et consuetudine spectantibus, absque dimembrazione qualibet, prout magnae et felicis recordationis, dominus d. Waldemarus, nuper marchio Brandenburgensis, possedit et tenuit, sibi, domino praedicto, heredibus et successoribus suis remaneat; terra quoque Gorlicensis et civitas, cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis universis una cum omnibus conditionibus superiorius expressatis nobis, heredibus et successoribus nostris nihilominus debet remanere.

In cuius rei testimonium praesentes literas fieri et sigillo nostro maiori jussimus communiri.

Datum in castro prope Olsnitz a. D. 1319.

(A. K. — *Ludewig Rel. V. 536. — Köhler, Oberlausitz I. 119. — Cod. Raudnic. p. 267. — Emle III. 529.*)

**37. Henricus dux Sleziae et dominus de Jaur et Furstenberg renuntiat juri suo in terra Budissinensi.**

**1319, 22. Sept.**

List Henrycha kniežete Javorského a Slezského, že králi Janovi českému všecko své právo dává k Lužické zemi a Budišinské krajině i k Frankfurtu na Odře. (A. K. Dva listy.)

Henricus D. gr. dux Slesiae, dominus de Jaur et Furstenberg.

Ut modus et ordo gestorum nostrorum, qui efficaci permanentia perpetuo oportet et debet subsistere et solide permanere, in memorabilibus recordantur et redigantur jugiter valituri, vigor aequitatis et ordo postulat rationis. Hinc igitur est, quod nos Henricus dux praedictus ad perpetuam rei memoriam praesentibus recognoscimus, quod matura delibera ione praehabita et omnium et singulorum fidelium et consiliariorum nostrorum consilio accidente et laude resignamus et dedimus ac donavimus, quinimo praesentibus resignamus, damus et donamus omnia et singula jura, quae sive ex origine nostrae nativitatis et sanguinis quorumcunque progenitorum nostrorum, vel ex successione legitima, sive feudali titulo a sacro Imperio vel Romanorum rege vel a quocumque alio dependeant dominio, nobis, heredibus ac successoribus nostris in marchiis, provinciis, terris et possessionibus Luzicensi, Lubucensi et Budissinensi, ac etiam in civitate Frankenford sita prope ripam fluminis dicti Odera, vel ad eas vel ad alteram earum unquam competierunt, competitunt vel in futurum competere poterunt quo cunque titulo sive modo, cum omnibus et singulis civitatibus, oppidis, castris, castellis, munitionibus, foris, villis, allodiis, comitibus, libertinis, baronibus, ministerialibus, vasallis, inquilinis et accolis, ad praedictas marchias, provincias, terras et possessiones et ad civitatem Frankenford praedictam de jure vel consuetudine quo cunque modo vel titulo spectantibus, serenissimo principi domino Joanni, B. et P. regi, L. comiti, marchiaeque Budissinensi domino, heredibus et successoribus ejus in perpetuum tenenda, possidenda, pariter et habenda. Expresse nos, praefatus dux Henricus, nullum heredum superstitem habentes, heredum et successorum nostrorum nomine renunciantes in his scriptis omni beneficio in integrum restitutionis, interdicti, de dolo actionis, beneficio cujuscunque juris, quo quis resignationem, dationem et donationem per se factam retractare poterit aut potest.

Testes etc.

In cuius rei etc.

Datum in castro prope Olsnitz, X. Kal. Octobris a. D. 1319  
(*Balbin Misc. I.*, *VIII*. — *Ludewig Rel. V.* 537. — *Köhler, Urk. d. M. Niederlausitz I.* 117. — *Cod. Raudnic.* — *Emler III.* 530.)

**38. Heinricus, dux Sleziae et dominus in Jauer, cedit Joanni regi jus suum in terram Lusatiae et Budissin. una cum civitate Frankfurt super Oderam.**

**1319, 22. Septembris.**

Serenissimo principi, domino suo generoso, domino Rom. Imp. vel Romanorum regi, qui pro parte sua semper fuit augusto, Henricus, D. gr. Sleziae dux, dominus in Furstenberge, debita fidelitatis servitia ad quaelibet genera mandatorum.

Cum matura deliberatione praehabita et communicato consilio nostrorum fidelium, illustri principi, domino Joanni, B. et P. regi, L. comiti, marchionique Budissinensi, heredibus et successoribus eius resignavimus, dedimus et donavimus omnia et singula jura, quae sive ex nostra nativitatis proximitate et sanguinis quorumcunque progenitorum nostrorum, vel ex successione legitima quacunque, sive feodali titulo a Vobis vel a quocunque alio domino dependentia in marchiis, provinciis et terris Lusicensi, Lubucensi, Budissinensi et civitate Francenvort prope ripam fluminis dicti Odera sita, cum omnibus et singulis juribus ac pertinentiis universis, vel ad eas vel ad alteram earum spectantibus, nobis et praedecessoribus nostris unquam competierunt, competitunt nunc seu competere poterunt in futurum, Vestrae Maj. omnes marchias, provincias, terras et possessiones praedictas et jura earundem cum omni debita reverentia praesentibus resignamus, nec non ut easdem et quamlibet earum cum suis juribus et pertinentiis universis eidem illustri principi, D. Joanni, B. et P. regi, L. comiti, marchiaeque Budissinensis domino conferatis, ipsumque, heredes et successores eius ad easdem et quamlibet earum investiatis, sincere et affectuose supplicamus. Renuntiamus quoque omnibus beneficiis et juribus quibuscunque

circa huiusmodi resignationem, dationem et donationem, prout in literis nostris, super huiusmodi confectis, plenius continetur  
Per Vestrae Maj. decretum de certa fiducia nihilominus poterimus confirmari

Datum in castro prope Olsnitz A. D. 1319.

(*Ludewig Rel. V. 537. — Köhler Samml. der Urk. des M. Oberlausitz I. 118. — Eml. III. 531.*)

**39. Ludovicus Rom. rex approbat cessionem marchiae Budissinensis.**

**1320, 13. Septembris.**

Nos Ludovicus D. gr. Romanorum rex s. a.

Ad universam notitiam praesentibus volumus pervenire, quod Nos illustris Joannis, B. et P. regis ac L. comitis, principis et affinis Nostri charissimi, affectum et ingentem sollicitudinem, quam circa Nos et Imperium gerit assidue, advertentes, ipsumque Joannem ad prosequendum commodum et honorem Imperii aliquarum retributionum repensa allicere cupientes, sibi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, marchiam et terram Budesinensem et civitatem Camentz ac universum dominium earundem, quae ad Imperium ex eo, quod quondam Woldemarus, marchio Brandenburgensis, sine herede decessit, fuerat devoluta, damus, concedimus et donamus ex certa Nostra scientia in feudum et jus feudi tenendum et possidendum perhenniter, cum civitatibus, censibus, castris, munitionibus, oppidis, villis, molendinis, silvis, venationibus, rubetis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus et universaliter cum omnibus et singulis juribus quocunque nomine censeantur et in quibuscumque rebus consistant, quae ad ipsam terram Budissinensem et civitatem Camentz pertinere dignoscuntur. Volentes, ut ipse Joannes, heredes et successores sui, Boemiae reges, terram et civitatem praedictam cum universis pertinentiis et juribus suis praenotatis habere, jure dominii tenere et possidere perpetuis temporibus debeant, Nobisque et Imperio debita fidelitatis obsequia, ut jus feudorum exigit, de terra et civitatibus praedictis praestare teneantur.

In cuius rei testimonium praesentes literas fieri et sigillis Majestatis Nostrae jussimus communiri.

Datum in castris prope villam Hasulach, Idus Septembris a. D. 1320, regni vero nostri anno sexto.

(*Arch. S. Wenc.* — *Vidimus episcopi Joannis Olomuc. ab a. 1339.* — *Köhler Oberlausitz I. 123.* — *Chytíl, Cod.* — *Emler III. 613.*)

**40. Impignoratio super Flozz et Barkstein facta Ulrico lantgravio Leuthembergensi.**

**1321, 4. Mai.**

List Ludvíka římského krále, kdež zastavuje Flos a Parkstein Ulrichovi lankrabi z Lvickenberka v 1800 hř. řez. peněz, a potom za věrné služby zapsal mu na těch zámcích 400 hr. též řez peněz; tu také zavazuje se, že za svého života nemá vypláceti od něho ani od dědicův jeho. (A. K. — *Emler III. 674.*)

**41. Heinricus de Waldenberch et Albertus burgravius de Lyzenic recognoscunt se a Joanne rege castrum et oppidum Budyn pignoris loco pro 2200 sex. gr. Prag. recepisse.**

**1321, 9. Maii.**

(*Arch. S. Wenc.* — *Emler III. 675.*)

**42. Promissiones regi Joanni a Ludowico Rom. rege post victoriam Muldorfensem factae.**

**1322, 4. Oct.**

Ludowicus rex R. potentia Joannis in proelio Muldorfensi suffultus gloriosam victoriam est adeptus. Promiserat itaque ei Brandenburgensem marchiam, quae pro tunc ex morte Woldemari marchionis absque liberis masculis defuncti vacavit, in feodum conferre et civitates Aldemburch, Czwikaw et Kempnitz pro certa pecuniarum summa titulo pignoris obligare, datis et vallatis promissionibus super eo. (*Pulkawa.*)

— daz wir unserm lieben swager bescheiden haben und bescheiden zu nemen acht grozze turnoys an Unserm zolle zu Bacherach, der er viere sol nemen und aufheben an der schult, der wir im schuldich sein, der do ist hundert tusent phunt und zweintzich tusent pfunt haller atc.

— daz wir durch liebe und dienst, den uns unser lieber fürst und swager etc. an dem strite bei Muldorf — getan hat, geloben, seinem ayden Friderich dem jungen, marchgrafen von Missen, ze leihen die lant Düringen, Missen und das Osterlant, die von uns und dem rîche ze lehen geen etc.

— daz wir für chost und schaden, den unser etc. an dem strite bei Muldorf getan und genommen hat, gegeben haben und geben alle die gevangen, die er gevangen hat an dem selben stritte, ze schaffen mit in in seinen frum und nutz in alle weis als er beste chan und mach, und swaz er von in gehabt und gewinnen mach, ez sei an erbe, burgen oder an gute, das ist unser gute wille, und swas des, daz er von in also gewinnet, von uns und dem rîche ze lehen rüret, daz geloben wir im ze leihen und in dar inne ze behalten und ze beschirmen.

— daz wir umb den nutzen und erbern dienst, den uns und dem rîche uuser lieber fürste und swager Johans, chunig von Beheim und von Polen, getan hat an dem stritte bei Muldorf — im Eger die stat und das lant mit den vesten Hohemberg, Seberg, Kynsperg, mit herscheft, rechten, vogtayen, clostern, burchlehen, iuden, manschaft, nützen und mit allem dem das daczo gehört, für zehen tusent march silbers, drei phunt haller für ie die march zu reiten, und auch für zehen tusent march, die wir im vor dar auf geben haben, als er des unser briefe gehabt hat, dieselbe stat, lant und vesten ze haben und ze niezzen von im und seiner erben an allen absbach, swas si sein geniesen als lang uncz daz wir es oder unser nachchumen an dem rîche von im oder seinen erben umb die vorgenanten zweintzich tusent march silbers wider losen.

— daz wir umb den nutzen und erbern dienst etc., versetzen unser und des rîches stete Altemburch, burch und stat, Zwichowe et Chemnitz mit dem lande, herscheft, rechten, clostern, kirchlehen, vogtayen und mit allem dem das daczo gehört, für zehen tusent march silbers, drei phunt heller für ie die march ze reiten, die selben stette, burch und lant von im, von seinen erben oder swem er es antwurtet, ze haben und ze niezzen an allen absbach etc.

— daz wir gelobt haben und geloben daz haus zu Hohemberg, daz wir unserm lieben fürsten und swager etc. mit andern unsern briefe versetzet haben, ze ledigen und ze entweren und in seine oder seiner erben gewalt lediclich zu antwurten zwischen hie vnd ostern, die nehest kumt.

(*Böhmer Reg. Imp. — Eml. IV. 801—806.*)

### 43. Diploma Johannis regis ad ordinandum statum civitatis Egrae.

1322, 23. Oct.

Anno 1322 Joannes rex de civitate et provincia Egreensi pro XX millibus marcarum per Ludovicum, regem Rom., sibi obligatis, et de aliis tribus civitatibus imperialibus eidem similiter obligatis pro debitibus aliis, vid. Aldenburg, Czwikow et Cytz (Žiča, Zeitsch) se nomine Imperii intromittit. (*Chron. Aulae Regiae.*)

Anno 1322 Ludovicus, rex Rom., regi Boemiae civitatem et terram Egrensem in XX millibus marcarum pro damnis, quae ipse rex ratione Imperii sustinuit, pignore obligavit. (*Benes, Minorita.*)

Wir Johans, von gotes genaden chunig ze Behem vnd ze Polan vnd graffe ze Luczemburch, veriehen vnd tuon chunt allen den, die disen brief sehen und horen lesen,

daz wir den beschaiden luten, den burgern von Eger, darvmbe daz sie sich guotlich nach dem gebot vnd geheizze vnsers durchluchtigen herren, hern Ludwiges chunig von Rome, z'allen zîten merer dez rîches, zu vns gekart haben mit der stat zu Eger vnd vns gehuldet haben vnd gelobent holt vnd trewe zu wesen als irem rechten herren, gelobe wir in stete ze behalden alle die rechte, die si von Romischen keysern vnd Romischen chunigen biz her bracht haben vnd in redlichen von ïn virlihen sint.

Ez ist auch vnser wille, daz allez daz, daz ieczund bei dem gerichte ist, dabei belibe, nicht von uns dar abe ze nemen.

Wir gelobn auch, daz wir cheinen bern noch landstîwer von dem lande nemen wellen.

Wir wellen auch, daz die vorgenanten burger von Eger mit cheynem chamerer von Behem nicht schullen ze schaffen haben, sunder mit uns vnd mit unserm houptman oder richter, den wir in geben.

Wir tuon in auch die genade, daz die juden zu Eger mit der stat uns dienen sullen.

Dar nach gelobe wir, daz wir sie nieman furbaz verseczen wellen.

Vnd verlihen ïn auch von sundern genaden, daz sie czolles vnd vngeldes ledig vnd vrei sullen varn in allen vnsern gebieten, und des selbes czolles vnd vngeldes sullen alle vnser burger vnd alle unsere leute von allen unsern landen da zu Eger auch vrey und ledig sein.

Dar vber geben wir in disen brif mit vnserm jnsigl virsigt, der ist gegeben ze Prag des sunnabendes vor sand Symon Judas tak, do man czalt von Christes geburt dreuczehenhundert jare dar nach in dem zwei und zweingisten jare, Unser rîche in dem czwelften jare.

(*Pelzel K. Karl. IV. Urk. n. 48. — Drivok Aeltere Geschichte v. Eger. — Kiirschner II. — Emler III. 814.*)

#### 44. Promissio regis Joannis de berna per Boemiam non accipienda.

1323, 20. Aug.

Král Jan slibuje berně nebrati, leč by kterú dceru vdával, a toliko po věrdunku z lánu, totiž po 16 gr. V témž listu slibuje obyvatele při jich právích zachovati. Datum toho listu 1323. (A. K.)

Nos Joannes rex recognoscimus, nos de regno nostro Boemiae et ab incolis ipsius regni recepisse omnes bernas, quas nobis juxta consuetudinem hactenus observatam pro coronatione nostra et maritagio seu copula maritali nostrarum filiarum, quae natae sunt usque modo, debebant et tenebantur vel deberent aut tenerentur dare.

Profitentes etiam, nos jus ad aliquam bernam recipiendam propterea ulterius non habere, ac promittentes, quod a dictis incolis et de regno praedicto occasione hujus vel alia quacumque causa nunquam in antea aliquam recipiemus bernam nec petemus, nisi tantum si nobis aliquae filiae post datam praesentium disponente divina gratia nascerentur, et tunc pro illis, vid. pro qualibet earum, dum ad annos nubiles

pervenerit et tradita fuerit copula maritali, post hoc immediate elapso uno anno incolae praedicti universi et singuli praedictam bernam per unum fertonem, vid. XVI grossos den., dare de laneo quolibet tenebuntur.

Promittimus praeterea, nulli alienigenae aliquam munitiōnem regalem vel castrum aliquod suppae nomine vel alio quocumque modo committere vel locare aut eum burgravium facere in eisdem, nisi tantum Boemis.

Caeterum quia bene decet ut unusquisque in suo jure servetur, promittimus praefatos incolas nostros in omnibus ipsorum juribus firmiter tenere et etiam conservare, nec eos contra jus aliqualiter perturbare.

Hoc autem omnia et singula Nos promittimus servatuos.

Dat. Pragae a. D. 1323, XIII. Kal. Septembris.

(A. K. — *Emler III. 893.*)

#### **45. Promissio Joannis regis de berna per Moraviam non recipienda.**

**1323, 28. Augusti.**

Nos Joannes etc., recognoscimus etc., nos de marchionatu nostro Moraviae et ab ejus incolis recepisse omnes bernas, quas nobis juxta consuetudinem hactenus observatam pro coronatione nostra et maritagio seu copula maritali nostrarum filiarum, quae natae sunt usquemodo, debebant et tenebantur vel deberent aut tenerentur dare. Profitentes etiam, nos jus ad aliquam bernam recipiendam propterea ulterius non habere, ac promittentes, quod a dictis incolis et de marchionatu praedicto occasione hujusmodi vel alia quacumque causa nunquam inantea aliquam recipiemus bernam, nec petemus, nisi tantum, si nobis aliquae filiae post datam praesentium, disponente divina gratia, nascerentur, et tunc pro illis, vide-licet pro qualibet earum, dum ad annos nubiles pervenerit et tradita fuerit copulae maritali, post hoc immediate elapso uno anno incolae praedicti universi et singuli praedictam bernam per unum fertonem, vid. sedecim grossos denarios, dare de laneo quolibet tenebuntur.

Promittimus praeterea, nulli alienigenae aliquam munitionem regalem vel castrum aliquod supxae nomine vel alio quocumque modo committere vel locare aut purgravium facere in eisdem, nisi tantum Moravis.

Caeterum quia bene decet ut unusquisque in suo jure servetur, promittimus praefatos incolas nostros in omnibus juribus tenere firmiter et favorabiliter conservare, nec eos contra jus aliqualiter perturbare.

Haec autem omnia et singula nos promittimus servatuos.

In cuius rei testimonium praesentes litteras exinde fieri et sigillo nostro majori jussimus communiri.

Datum Brunae a. D. 1323, V. Kalendas Septembbris.

(*Originale in archivio terrae Moraviae sub. Nr. 4. inter Privilegia. — Insertum privilegio Moraviae a Mathia rege a. 1479 dato. — Knīha Tovač. praebet versionem boemicam. — Chytíl VI. 175. — Emleř III. 896.*)

#### 46. Joannes rex episcopo atque ecclesiae Olomucensi omnia privilegia confirmat.

1323, 4. Sept.

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes.

Notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quod considerantes attente fidei et dilectionis affectum, quem rev. Conradus Olomucensis episcopus, princeps noster dilectus, ad celsitudinem nostram gessit laudabiliter hactenus et gerit laudabiliter in praesenti, ac proinde volentes sibi et propter ipsum ecclesiae suae Olomucensi condignae gratitudinis reppendia exhibere: episcopo et ecclesiae praefatis omnes libertates, immunitates et gratias ac jura quaecumque episcopo et dictae ecclesiae ac capitulo Olomucensi per felicis memoriae quondam reges Boemiae, nostros praedecessores, collata seu concessa, ex certa nostra scientia ratificamus, approbamus ac etiam confirmamus, firmiter promittentes ipsi episcopo et successoribus ejus, Olomucensibus episcopis, ac ecclesiae praedictae hujusmodi libertates, immunitates et gratias ac jura nullo umquam tempore infringere, sed potius semper volumus dictum

episcopum et successores ejus praefatos ac ecclesiam antedictam confovere, protegere et conservare favorabiliter et inviolabiliter in eisdem.

In cuius rei testimonium praesentes literas exinde fieri et sigillo nostro majori jussimus communiri.

Datum Brunnae a. D. 1323, II. Nonas Septembris.

(*E codice privil. episc. Olomuc. exscr. Boček. — Codex Mor. VI. 236. — Emler III. 899.*)

**47. Joannes rex statuit, ne incolae ducatus Oppaviensis duci Nicolao bernam dent, nisi talis a Bohemis et Moravis recipiatur.**

**1323, 13. Sept.**

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes.

Recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos de regno nostro Boemiae et ab incolis ipsius regni receperisse omnes bernas, quas nobis iuxta consuetudinem hactenus observatam pro coronatione nostra et maritagio seu copula maritali nostrarum filiarum, quae natae sunt usque modo, debebant et tenebantur vel deberent aut tenerentur dare. Profitentes etiam, nos ius ad aliquam bernam recipiendam ulterius propterea non habere, ac promittentes, quod a dictis incolis et de regno praedicto occasione huius vel alia qualcumque causa numquam inantea aliquam recipiemus bernam nec pecuniam, nisi tantum si nobis aliquae filiae post datam praesentium disponente diuina gratia nascerentur, et tunc pro illis, videlicet pro qualibet earum, dum ad annos nubiles pervenerit et tradita fuerit copulae maritali, post hoc immediate elapso uno anno incolae praedicti universi et singuli praedictam bernam per unum fertonem, videlicet sedecim grossos denarios, dare de laneo quolibet tenebuntur.

Cupientes etiam, ut terra nostra seu ducatus Oppauensis et ipsius incolae eadem gracia et iuribus, quibus barones et nobiles nostri Boemiae et Moraviae utuntur, frui valeant et gaudere, ipsi nostrae terrae seu ducatui Oppauensi ac eius incolis

de liberalitate nostra regia hanc duximus graciam faciendam, ut barones et nobiles ac incolae ipsius illustri Nicolao, duci Oppauiensi, principi nostro dilecto, ad nullam bernam inantea teneantur. Promittentes et volentes, ut praefatus dux ius ad aliquam bernam recipiendam habere non debeat nec etiam petere vel recipere, nisi dumtaxat a nostris Boemiae et Moraviae incolis reciperentur, tunc incolae praefati ducatus bernam per unum fertonem, videlicet sedecim grossos denarios, ut praemittitur, dare de laneo quolibet tenebuntur.

In cuius rei testimonium praesentes fieri et sigillo nostro maiori iussimus communiri.

Datum Brunnae a. D. 1323, Idus Septembris.

(*Ex originali in archivio Conventus publici ducatus Silesiae comm. Chyt. VI. 180. — Eml. III. 905. extr.*)

#### 48. Debitum Ludovici Imp. in castro Hirschberg assecuratum.

Zámek Hiršperk. List císaře Ludvíka, kdež připisuje pánu z Plavna šest set hřiven stř. (A. K.)

1323.

#### 49. Pax et unio inter Joannem regem Boemiae, Carolum regem Ungariae atque duces Austriae et Styriae.

1323, 18. Sept.

M. Augusto 1323 Ungariae et Boemiae reges, Carolus sc. et Joannes, in regnorum terminis juxta Albam Ecclesiam (Holíč, Weisskirchen) convenere et tractatus amicabiles fecere. (*Chr. Aulae R.*)

Wir Johans von Gottes genaden Chunig ze Behem vnd ze Polan vnd Grafe ze Luczemburch. Veriehen offentlichen mit dîsem brife vnd tun chunt allen den, die in an sehent, lesent oder horent lesen, daz vnser lieber Bruder, der Hohgeborene furste, Chunig karel von vngern, vns vnd die Hohgeborene fursten und herren, hern Fridrichen, Leupolden, Albrechten, Heinrichen vnd Otten. gebrudern, Herczogen ze Osterrîch vnd ze Styr, unsern lieben Schwagern, versunet vnd verrichtet hat, lieplich vnd gutlich, mit vnsern willen, baidenthalben, vmb alle die chrieg vnd missehelung, die zwischen

vns vnd vnseren Landen baidenthalben gewesen sint vncz vf  
disen heutigen tage, also, daz wir furbaz, dieweil wir lebe,  
gantze fruntschaft vnd sune mit ein ander haben sullen, an  
alliz geuerde. Wir sullen ouch vf die vorgenanten Herren  
vnd fursten, vnser liebe Swager, noch vf iren Lant Osterrîch  
vnd Styr vnd daz darzu gehoret, nicht zogen ze schaden,  
noch durch vnser Lande, Behem vnd Merhern vnd daz dar  
zu gehoret, lazzen ziehen, noch yman gestaten ze ziehen, der  
in vnsern Landen gesezzen ist; ez were denne, daz ein  
Romischer Chunige vf sie ziehen und schadige wolt, dem mugn  
wir beholfen sein mit andern Leuten vnd Dienern, die wir  
haben vnd gewinnen, an alein mit den Leuten, die in vnsern  
Landen ze Behem vnd ze Merhern vnd waz darzu gehoret,  
mit den sullen wir vf sie nicht ziehen. Wir nemen ouch ouz  
vnsern lieben Bruder, den vorgenanten Chunig von vngern,  
daz wir dem helfen mugen vnd dienen, als vnser gelubde gen  
im stent, vnd daz die sune, freuntschaft vnd gelubde, als  
vorgeschriften ist, von vns vnzebrochen vnd stete beliben,  
des haben wir zu den Heiligen geswore, stete ze haben, an  
allez geverde. Und geben daruber den vorgenanten Herren  
vnd fursten, vnsern lieben Swagere, Herczogn ze Osterrîch  
vnd ze Styr, disen Brif, mit vnsers lieben Bruder, des  
Chunigs von Vngern, vnd vnserm, darnach vnser fursten,  
Conrates Bischofs ze Olomuncz, vnd Nyclass Herczogen ze  
Troppow, vnd vnser liben getrewen, Graf Heinrichs von  
wilnow, Heinrichs von der Lypen des alden, Heinrichs von  
der Lypen, seines Sunes, Peters von Rosemberch, wilhelms  
von Landstein, vlrichs von dem Nîwen House, wockens von  
Crawarn vnd Thymens von Colticz Insigel, die sie ze einer  
zeuchnuzze der vorgenanten sune vnd sache durch vnser  
bete willen geben habent, versigelten.

Wir karel von Gotes genaden, Chunig ze Vngern, Cunrat  
Bischof ze Olomuncz, Nyclas Herczog ze Troppow, Heinrich  
Graf ze wilnow, der alt vnd der Jung Heinrich von der  
Lypen, Peter von Rosemberch, wilhelm von Landstein, vlrich  
von dem nîwen House, wocke von Crawarn vnd Thyme von  
Colticz, veriehen öffentlich mit disem Brie, das wir der Sune,

der fruntschaft vnd der richtigunge, als vor geschriben ist, gezeug sin, vnd haben durch bete des vorgenanten Chunigs von Behem vnd von Polan vnd Grafen ze Luczemburch, zu einem vrchunde, mit samt dem sînen, gegeben vnser Insigel an dîsen Brif.

Der Brif ist gegeben ze Göding an der March, des Sunntags vor sand Matheus Tag, do man czalt von Christes geburt dreuzehenhundert Jar vnd darnach in dem dreu vnd darnach in dem dreu vnd zwainzigisten Jare.

(*Kurz Oesterreich unter Friedrich dem Schönen. Beilage XXIII. S. 479. — Chyt. VI. 242. — Eml. III. 907.*)

## 50. Renunciatio successioni Boemicae per Leopoldum ducem Austriae.

1324, 26. Febr.

De liberatione Henrici ducis Austriae. — A. D. 1323 in die Nat. Chr. (25. Dec.) Henricus dux Austriae, anno praeterito (1322) captus in proelio Muldorfensi, qui vinculatus ferreis compedibus per ebdomadas octo in castro jacuerat Burgilino (i. c. Křivoklát), intervenientibus pactis et tractatibus Pragam venit. Altera die abinde processit, fratresque suos duos, duces in Austria, visitavit, qui cum conditionibus et pactis ab ipso duce capto factis nollent acquiescere, Henricus dux stare volens quam promiserat fide, pristinae se captivitati in die b. Mathiae ap. (24. Febr.) coepit ultroneus mancipare.

In festo autem b. Bartolomei subsequente Ungariae et Boemiae reges, Carolus sc. et Joannes, in regnum terminis juxta Albam Ecclesiam pariter convenere. Ibi inter alios tractatus amicabiles, quos insimul habuere, tractatum est, quod idem Henricus dux liberatus de sua extitit captivate. Promisit vero idem Henricus dux Joanni regi novem millia marc. arg. dare et quaedam ardua privilegia resignare (habebant enim apud se duces Austriae privilegia quaedam fortissima, in quibus ipsis maiores barones Boemiae temporibus Alberti Rom. regis, ducum Austriae genitoris, plura incaute juramenta fecerant et promissa).

Haec omnia simul cum privilegiis Henrici ducis Karintiae, quae super regnum habuit Boemiae, resignare duces Austriae promiserunt. Itaque pro horum certitudine promissorum civitas Lâ cum oppido Wîtra et aliis munitionibus regi Boemiae obligatur, et civitas Zno(y)ma cum castro, quae antea a regno abstracta fuerat, regi redditur et regno iterum adunatur. (*Chron. Aulae R. ad 1323.*)

Nos Leopoldus, D. g. dux Austriae & Stiriae. Ad universorum notitiam tenore praesentium cupimus devenire, quod,

quia mediante illustri principe, D. Carolo Hungariae rege, fratre nostro charissimo, inter magnificum principem D. Johannem Bohemiae & Poloniae regem ac comitem Lucemburgensem, & nos ac illustres principes, duces Austriae & Stiriae, fratres nostros charissimos, super omnibus discordiis, litibus & controversiis, quae hinc inde vertebantur, compositione amicabilis & firma concordia intervenit, sponte & libere, & ex maturo & deliberato consilio, nostro & heredum nostrorum nomine renunciamus omni juri, omniique actioni & quaestioni, quod vel quae in regno Bohemiae vel marchionatu seu terra Moraviae, in toto vel in parte, ex quacunque causa, quocunque jure vel titulo aut modo, nobis & heredibus nostris competebant hactenus, competit in praesenti vel possent quomodolibet competere in futurum, & nihil juris vel actionis fatemur in eisdem dicimus & recognoscimus nos habere. Et si quid juris vel actionis habuissemus vel habere potuissemus in ipsis, de hoc spontanea & libera voluntate nostra & etiam maturo & deliberato consilio praehabito super hoc saepius cum baronibus & nobilibus nostris, totaliter concessimus & concedimus d. regi Bohemiae antedicto, ita, quod nunquam sibi vel heredibus aut successoribus suis de hoc aliquam brigam movebimus nec aliquam quaestionem; imo potius ipsum dominum regem Bohemiae & heredes & successores suos de eo semper quietos stare & pacificos promittamus.

Promittentes sub corporali praestito juramento & omni fraude ac dolo exclusis, ipsi domino regi Bohemiae omnes literas omniaque privilegia & instrumenta, quae habemus seu habere dignoscimur, sub quibuscunque formis seu tenoribus verborum, super quibuscunque concessionibus & donationibus, obligationibus vel aliis quibuscunque modis ac contractibus nobis & heredibus nostris per quascunque personas, cuiuscunque status, conditionis vel praeminentiae extiterint, etiamsi Imperiali vel regali praefulserint dignitate, & per d. regem Bohemiae de regno ipso Bohemiae vel marchionatu Moraviae vel aliqua parte ipsorum factis, statim sibi resignare & in suam tradere potestatem; sic quod nullam de ipsis literis seu privilegiis nobis unquam reservabimus vel retinebimus quoquo

modo, & nihilominus cassantes, annullantes & irritantes ac cassas, nullas & irritas decernentes & esse volentes hujusmodi literas & privilegia & instrumenta, ita quod nunquam nobis vel heredibus nostris aliquid juris, utilitatis, commodi vel honoris, in judicio vel extra judicium, alicujus roboris obtineant firmitatem, nec etiam nobis afferant vel conferant aut afferre vel conferre possint (aut) aliqualiter ullo tempore suffragari, nec non a nobis & heredibus nostris astrinxerunt (sic) et pro quibus nos, vel ipsorum aliquos vel aliquem, nos vel heredes nostri possemus quocunque modo impetere vel movere, etiam per quae possemus quomodolibet nobis vel heredibus nostris, sibi vel nobis, in regno Bohemiae & terra Moraviae vel aliqua parte ipsorum, jus aliquod vendicare.

Caeterum promittimus sub debito praestiti juramenti et sine omnis doli & fraudis admixtione, procurare fideliter & efficere cum affectu, quod frater noster, dominus Fridericus, dux Austriae, postquam a captivitate dimissus fuerit, intra duos menses immediate sequentes, rata & firma habebit omnia & singula supradicta, et nihilominus super his omnibus per eum inviolabiliter observandis & plenarie adimplendis suas speciales consimiles & patentes literas, suo sigillatas sigillo, dabit d. regi Bohemiae antedicto, & nihilominus jurabit tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter omnia & singula supradicta, omni fraude & dolo semotis, perpetuis temporibus tenere firmiter & servare.

Praemissa autem omnia & singula, prout superius exprimuntur, promittimus sub virtute praestiti juramenti et etiam omni fraude & dolo exclusis, semper tenere ac habere ac inviolabiliter observare, et contra ea vel eorum aliquod ullo unquam tempore, de jure aut facto, non facere nec venire; renunciantes sponte & expresse in his omnibus & singulis, nostro & heredum nostrorum nomine, exceptioni doli mali & in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni & consuetudini cuilibet in omnibus literis apostolicis et aliis ab imperatoribus seu regibus Romanorum vel ab aliis quibuscumque nobis concessis vel concedendis, omniisque juris tam canonici quam civilis auxilio,

quod contra praemissa vel eorum aliquod possent nobis aut nostris heredibus quocunque modo vel tempore in aliquo suffragari.

In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valitum literas praesentes nostro sigillo fecimus communiri.

Datum in Bruka, die Dominica qua cantatur Esto mihi,  
a. A. 1324.

(*Goldast Append. XXVII. — Balb. I. 8. — Dobner Mon. IV. 126. — Chyt. VI. 823. — Eml. III. 961.*)

### 51. Unio Joannis regis cum Henrico duce Karintiae, olim ante Joannem Boemiae rege.

1324, 2. Julii.

Wir Johannes von Gotes Genaden Chunich ze Pehaim und ze Polan und Graf ze Luzenburch, veriehen und thun kunt allen den, die dîsen brieff sehent oder horent lesen, daz wir uns veraint haben und ze rath worden seyn mit unsren Freunden und dienern, daz wir ein ewige Freundschaft haben wellen mit dem hochgebohrnen Fursten, unsren lieben Schwager Herzogen Hainrichen von Charnden, Grafen ze Tyrol und ze Gorz, Vogt der Gotteshauser ze Aglay, ze Triende und ze Brixen, und sunderleich geben wir im ehleichen unser lieben Mumen, Junkhfrauen Beatrisen, die gebohren ist von Prabant und von Luzenburch, und zu derselben unser Mumen geben wir im zechen tausendt march Silber Prager Minze, als daz Pehaim sitleich und gewohnlaich ist, darnach wellen wir ihm geben zwainzich tausendt march Silber desselben gewigedes fur der haimbsteur, die unser saligen Schwester, Frauen Annen, seiner Wirtinne, die im von dem Lande ze Pehaim gevallen solten seyn, als er gibet, und sullen im auch geben der ersten werung von den zechen tausent Marchen, die wir im geben zu unser Mumen funff tausendt March an Sand Michelstag, der schierst kumt, darnach yber ain jahr, und darnach alle jahr funff tausendt March ie ze Sand Michelstag. Und das sullen wir tun als lang. unz das wir in geweren gar und ganzleichen, die vorbenant sint, der

dreizich tausend marche; sahe er aber das, daz wir si vor der frist gehaben mochten an grossen Schaden, so suln wir aber damit tun, swas in lieb ist, an gevärde.

Darnach wellen wir seiner Tochter, die unser Sun da nemen soll, geben und beweisen zechen tausent march Silbers desselben gewigedes in dem Lande ze Marherrn auff Vesten, auff Urber und auf gewisser gülter, damit sie wohl (bericht) wirt, und darzu berichten wir sie, ir widerlegung zwainzich tausend Marche, und auch ir Morgengabe in demselben lande, auch mit gewisser gult, damit si wol bericht wirt nach des landes gewonhait.

Und das vorgenant gut geben Wir im fur alle die ansprache und recht, die er gibt auf das Chunichreich ze Pehaim, und fur allen den Schaden, den er von denselben Chunichreich giht haben genomen. Und wer, daz im des luzel daucht, das wir im getan und geben haben umb die vorgeschriven verzeichenusse, so seyn wir des yberain kommen, das wir des ybergen gegangen seyn und uns verbunden haben hinder den hochwirdigen Fursten herrn Paldewein Ertzbischoff ze Trier und hinder unsern herrn Bischoff Heinreichen ze Triende, und swas die zwen erfinden, daz wir hinzu tun sulen, es sey an der Sume des gutes oder an der Frist oder an der gewissheit, des seyn wir gebunden ze volfiren und stat ze haben, an alle verziechenusse.

Darnach wellen wir unsern Sun, der sein Tochter nimet eeleichen, ob es Gottes Willen ist, voraus geben das Lant ze Marhern mit Leuten und mit gut und mit allen den rechten, die darzu gehorent, und besunderlich aller der Perchwerch halber, die in Pehaim und in Marhern synt, es sey an golde oder an Silber oder swelcherlay artz si seyn, und darzu das Land Troppau mit allen den rechten, als wir es inne haben, und das Land ze Glatz mit allen den Rechten und darzu gehort, ganz und gar, und das Land ze Budischin mit allen den rechten, und darzu gehorent, gar und ganzleichen, lewt und gut.

Wir wellen auch im unser Mumen, die vorgenant ist, antwurten gen Insprukke auf Sand Gallen tach, der schierst

kumt, und wellen auch selber darkommen und unsrn Sun mit uns dahin bringen, und darzu alle die, der wir zu unsrn Taydungen und gewishait bedurffen, als vor und hernach geschrieben stet, damit diesei Sache gevestent und bestattiget werden, und damit wir auch vergewissen das vorgenant gut.

Wir sulen auch zu bringen das unsrei Land und Lewt, die wir unsrn Sun voraus geben unserm Swager von Charnten schweren und hulden zu der Chinde hant, ob wir nicht enweren (des Gott nich gebe), das er ir Pfleger und Furmund sey, bis das si zu iren tagen koment.

War auch (des Gott nicht gebe), das unser Mume sturbe an erben, so sulent die zechen tausend march, die wir ir haben geben, uns und unser Erben wider angefallen, aber mit ir Morgengab mag sy tun und schaffen, swas si will, und ir leibgeding und ir widerlegung, die zwainzich tausend March sullen unsrn Shwager von Charinden und sein Erben wider angefallen.

Wir veriehen auch des, ob unsers Swagers tochter von Charindten, die unser Sun nimet, an erben verfur, so sullen die zechen tausend March, die wir ir geben haben, unsrn Swager von Charinden und sein Erben wider angevallen, aber die zwainzich tausend March, ihr leibgeding und ir widerlegung, die sullen uns und unser Erben wider angefallen; aber mit ir Morgengab mag si tun und schaffen, swas si will.

Wir sullen auch des gebunden seyn, swanne die Chint zu iren tagen koment, das si danne zu einander gelegt werden, oder vormalen, ob wir seyn ze Rath und yberain worden, und ob wir in der Frist nicht enwaren (des Gott nicht gebe), so sulin wir ee ze erkennen geben welche unser freunde, und diener die Sache an unser statt volfuren und vollenden, als vorgeschriven steet. Und sullen das tun, so wir nachst zu einander kommen, und ob wir nicht enwaren, so sullen unser freunde und diener, den es empfolchen ist, von unsrn wegen gewalt haben zu vodern an unsrn Swager von Charinden, und an die, den es auch von seinen wegen empfolchen ist, ze volfiren und ze enden.

Wir sullen auch auf den tach gen Insprukke bringen, da die hochzeit seyn soll, alle die, der unser Shwager von Charinden bedarff zu der gewisshait und zu der bestättigung, und das sol er auch herwider tun an alles gevarde, der wir baidenthalben bedurffen. Und swen wir si auf den tag nicht gehaben mochten an alle argliste, so sullen Wir bey unseren trewen an einander verhaissen, das wir si zu einander bringen auf einen ander'n tach, des wir danne baidenthalben ze Rath werden, damit die vorgenanten Sache alle volfurt und bestatiget werden. Er soll auch seinen Rath senden in unser Land, als vorgeschriven steet, umb die hulde einzunemen, und das sullen wir auch hinwider tun.

Wir gehaissen auch bey unsern ayde und bey unsern trewen alles, das die vorgeschriven handvest sagt und sprichtet, ze volfuren und stat ze haben, und auch das unser getrewe Arnoldt von Pittingen und Pernhardt von Zunenburch geschworen habent auf unser selen und auf unser ere.

Und das das alles stat und unzerbrochen beleibe, geben wir im disem brieff versigelten mit unsern hangenden Insigel zu ainem Urkunde der Wahrheit.

Das ist geschehen und der brieff ist geben vor Muntzilles, do man zalt von Christes geburt dreyzehn hundert Jahr und darnach in dem vier und zwainzigisten Jahr, des Montages nach Sand Peters und Sand Paulstag.

(*Steyerer Comment. pro histor. Alberti II. p. 596. e tab. Oenopont. — Chyt. VII. 264. — Eml. III. 998 et 999.*)

## 52. Promissio Joannis regis de berna per Boemiam non accipienda.

Druhý list krala Januov v táž slova (co 1323) hned po dvú letú. (A. K.)

**1325, 15. Mart.**

A. 1325 rex de Rheno revertitur et Pragam ingreditur in die b. Gregorii papae (12. Mart.). Venit autem non solum ob hoc rex, ut reginam cerneret, sed ut pecuniam ab omnibus extorqueret. Igitur post duos menses, quibus tunc in regno mansit, per diversos exactionum modos 95.000 millia marc. arg. in denariis, ut dicebatur mihi a regis officialibus, congregavit. Partem vero hujus pecuniae secum ad Rhenum detulit, partem creditoribus deputavit. (*Chron. Aulae R.*)

(Idem contextus ut supra sub n. 44.)

Datum in generali colloquio Pragae a. D. 1325,  
Idus Martii.

(A. K. — *Emler III. 1046.*)

**53. Dispensatio Hynconis ducis Sleziae et domini  
de Jawer.**

**1325, 8. Maii.**

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, ad universorum volumus tenore praesentium notitiam devenire, quod nos illustrem principem, Hynconem ducem Sleziae et dominum in Jawer, sororium nostrum carissimum, de omnibus et singulis tractatibus et contractibus, nobiscum super Gorlicz, Luban, Soraw et Senftenberg tam civitatum quam castrorum et terrae Lusatiae resignationum, commissionum et jurium sibi in eisdem competentium ad nos devolutorum, coram ser. domino nostro d. Ludovico Rom. rege et aliis nobis factis, necnon suos vasallos, barones et cives munitionum praedictarum de omnibus fidelitatis homagiis, per eos nobis praestitis, concordia super nos et ipsum amicabili et plenaria celebrata, fatemur et dicimus absolutum perpetuo et aeternum absolutos.

In cuius rei

Datum Pragae VIII. Idus Maji a. D. 1325.

(*E copia saec. XVI. archivi Gorliczensis vidimata typis excussit Köhler Ober-Lausitz I. 134 — Emr. III. 1106.*)

**54. Otto, Albertus et Hartmannus fratres burgravii  
in Kirchberg, ecclesiae S. Laurentii Erfordiae quosdam  
mansus in villis Alkesleben et aliis conferunt.**

**1325, 6. Julii.**

(*Arch. S. Wenc.*)

**55. Privilegiorum ecclesiae Pragensis confirmatio.**

**1325, 24. Sept.**

(*Vide Cod. jur. boh. II. 3, pag. 202.*)

**56. Promissio regis Joannis de berna per Moraviam non recipienda.**

**1327, 31. Jan.**

Nos Joannes etc., recognoscimus etc., quod quia sicut prius aliquociens dilecti fideles nostri, barones, nobiles et wladykones terrae nostrae Moraviae, sic et nunc ad instantiam nostram pro multiplicibus debitibus nostris, quibus in instanti opprimimur, quae sine ipsorum adjutorio nullo modo evadere poteramus, bernam sive collectam regiam generalem nobis dederunt ac indulserunt grata promptitude, de sola ipsorum benivolentia, non de jure: nos proinde eis grata vicissitudine occurrere cupientes, sincere promisimus et promittimus, quod nullam de caetero nobis dari in ipsa terra nostra bernam sive collectam regiam aut per nullum modum recipi faciemus nostris temporibus, nisi pro maritagio alicujus filiae nostrae seu copula maritali, si qua nobis inantea ultra eas, quae jam natae sunt, dante Domino legitima nascerentur seu nasceretur, tunc denique ea ad nubendum adulta et tradita, per fertonem, vid. XVI gr.

Prag. per ipsam terram nostram Moraviam de laneo quolibet bernam sive collectam regiam recipere nobis ideo licebit, quod ratione maritagi hujusmodi nullas civitates nostras, munitiones aut bona regalia obligare aut alienare aliqualiter debeamus.

Similiter pro alicujus filiorum nostrorum coronatione etiam eandem bernam aut collectam regiam recipere possumus, si aliquando ipsum in regem Boemiae et in ipso regno volumus aut beat coronari.

Specialiter etiam promittimus, quod nullas munitiones ipsius terrae nostrae M. extraneis vel advenis quibuscumque donare, obligare aut committere debeamus.

Harum etc.

Datum Brunnae II. Kal. Febr. a. D. 1327.

(*Originale in archivio Statuum marchionatus Moraviae: N. 2. inter Privilegia. — Contextus legitur in confirmatione privilegiorum regis Matthiae ab a. 1479: Kniha Tovačovská, ubi et versio bohemica. — Chytíl VI. 323. — Emle III. 1268.*)

**57. Unio inter Joannem regem Boemiae et Poloniae  
et Carolum regem Ungariae.**

**1327, 13. Febr.**

Nos Carolus D. gr. rex Hungariae, recognoscimus et ad universorum notitiam tenore praesentium cupimus pervenire, quod nos cum magnifico principe d. Joanne, B. et P. rege illustri ac L. comite, fratre nostro charissimo, indissolubilis ac individuae amicitiae unionem permanere cupientes, ad ipsius unionis robur et perpetuam firmitatem sincera fide promittimus,

ipsum d. regem B. contra omnem hominem, omni tempore, in quovis necessitatis articulo et in locis quibuslibet, toto posse nostro, quandocunque per eum requisiti fuerimus, adiuvare, illustribus ducibus Austriae, qui nunc sunt, fratribus nostris, dumtaxat exceptis; contra quos, si praedictus rex Bohemiae hostiliter cum exercitu processerit, sedem tenebimus in quiete, neque eis hac in parte aliquod ferre volumus subsidium vel iuvamen, nec admittere, quod de regno nostro Hungariae ipsis aliqua subsidia per quoscunque nostros regniculos afferantur. Si autem ipsi duces terras praedicti d. regis B. invaderent, tunc nos sibi tenemur toto succurrere posse nostro, prout super eo per ipsum d. regem B. fuerimus requisiti. Ipse quoque similiter vice versa, si eidem duces Austriae terras nostras ullo vñquam tempore invaderent, teneatur nobis ad requisitionem nostram totius suae potentiae subsidio succurrere opportune.

Et quandocunque ipse d. rex B. suos homines nobis in auxilium transmiserit, illis in pabulo equorum, tantummodo intra metas regni nostri, tenebimus providere; et ipse similiter nostris, quos sibi quandocunque miserimus, homines intra metas regni sui in solo equorum pabulo providebit.

Ad maioris autem mutuae dilectionis nostrae evidens ligamentum illustrem Ladislaum, primogenitum nostrum, inclitae Annae, natae dicti d. regis B., postquam a sede apostolica super consanguinitate dispensatio, pro qua obtainenda tam dictus d. rex quam nos tenebimus in proximo ad ipsam

sedem apostolicam nostros nuntios destinare, fuerit obtenta, infra sex menses immediate sequentes tradimus et matrimoniali foedere in loco, quem idem d. rex et nos duxerimus mutuo deputandum, promittimus copulare. Quad si dispensatio huius a praedicta sede apostolica ista vice nequierit obtineri, contractus ipsius matrimonii teneri debebit usque ad triennium in suspenso, et interim uterque nostrum, videlicet tam d. rex B. antedictus quam nos, bona fide et toto posse pro dispensatione huius tenebimur laborare.

Postquam vero ipsa dispensatio obtenta fuerit, et praedicta filia ipsius regis B. duodecimum aetatis suae annum compleverit, ex tunc ipse d. rex B. statim eam marito suo Ladislao praedicto tenetur usque ad metas saepedicti regni nostri Hungariae transmittere, et intra annum abinde computandum ipsi natae suae decem millia marcarum grossorum Pragensium, LVI grossos pro marca qualibet computando, in Broda Hungaricali nomine dotalitii tenebitur assignare; quae decem millia marcarum nos ibidem tenebimur recipere in regnum nostrum, quocunque tempore nobis placuerit, deducatur, saepe dicto d. rege B. pro uniuersis suis regnicolis promittente, quod usque ad castrum nostrum Trenchiniense secure praedicta pecunia deducetur. Nos vero vice versa pro dotalicio saepedicti filii nostri XV millia marcarum argenti, ita quod quaelibet ad valorem LVI grossorum Pragen. se extendat, tenebimur assignare.

Dotalitium vero supradictum, quod ab vtroque latere totum se extendit ad XXV millia, in infrascriptis bonis divisum ita: X millia, quae pro dotalicio filiae praedicti d. regis B., et XV millia, quae pro dotalitio praefati filii nostri designantur, ex nostris videlicet civitatibus reginalibus Vereuche, Segusd, Labad, Chehy, Arangas cum suis comitibus, officialibus, villis et pertinentiis uniuersis; item ville Steritorn, Burg, Sleabas, duae villae Achat, Balchas, Wihus, Darary, Chehine, Wiloch cum omnibus suit utilitatibus praedicta X millia marcarum; item Posaga cum toto suo districtu, castris, civitatibus, villis, oppidis et aliis suis pertinentiis uniuersis praefata XV millia marcarum sunt per nos certitudinaliter denominata.

Hoc expresso, quod si praedictum Ladislaum, filium nostrum, ante vel post obitum nostrum habendo liberum vel liberos masculos, decedere forte contingeret, idem filius sive filii in regno Hungariae supradicto succedere debeant, et ipsum regnum ad eos, et non ad alios, iure hereditario pertinebit. Si vero saepedictum filium nostrum habendo filiam vel filias mori contingeret, ex tunc ipsa vel ipsae iuxta consuetudinem ipsius Hungariae observatam succedere et hereditare debent.

Si vero praedictum filium nostrum sine filiis vel filiabus de hac luce migrare contingeret, tunc supradicta Anna, nurus nostra, utrumque dotalicum praefatum usque ad mortem suam pacifice possidebit. Ea vero defuncta, praedicta X millia marcarum per praedictum d. regem Boemiae eidem Annae, filiae suae, nomine dotalitii assignata ad eundem et heredes suos libere revertantur; ipseque d. B. rex ac heredes sui praedicta bona praescripta, quae pro dictis X millibus marcarum — fuerit ex integro satisfactum (sic!).

Quumque per nos, heredes ac successores nostros, reges Hungariae, d. regi B. vel heredibus suis memoratis saepedicta X millia marcarum in praedicta ciuitate nostra Trenchiniensi numerata fuerint et soluta et abinde usque ad metas Moraviae ex parte nostra vel successorum nostrorum praedictorum secure conducta, tunc praedicta bona debent esse libera et soluta; nosque pro nostris terrigenis promittimus, quod nullum in ipsius pecuniae deductione impedimentum praestabunt.

Hoc etiam specialiter est adiunctum, quod si per mortem alterutrius, videlicet Ladislai et Annae praedictorum, vel propter difficultatem praefatae dispensationis praefatum matrimonium non posset legitime consummari, tunc nec nos nec supradictus rex B. ad solvendum dotalium erimus obligati; nihilominus tamen unio dilectionis et amicitiae, et omnia alia, quae praedicta sunt, debent per nos et saepedictum regem Boemiae inviolabiliter observari.

Insuper si regem B. supradictum claudere contingeret diem extremum, tunc nos regnum Boemiae nec non ipsius regni heredes supradictos cum omnibus terris et iuribus suis in nostram protectionem recipiemus et ipsum ac omnes defen-

dere tenebimus et promittimus tanquam bona propria nostra. Idem quoque d. rex B. antedictus liberis nostris in regno nostro Hungariae facere et eos defendere tenebitur vice versa, si nos (quod absit) migrare contingeret ab hac luce.

Ut autem haec omnia et singula praemissa ac etiam ea, quae in unione prius inter nos et saepedictum regem Boemiae habita et ordinata sunt, in omnibus et per omnia permaneant semper salva, in ecclesia S. Jacobi apud fratres minores in ciuitate nostra Tyrnauia super magnum altare, praesentibus testibus ad hoc specialiter convocatis, iuravimus, testimonio sacrosanctorum euangeliorum, omni fraude et dolo omnino cessantibus, irrevocabiliter et inviolabiliter adimplere, rata et firma semper tenere et habere ac perpetuo observare; nec contra ea vel eorum aliquod ullo unquam tempore de iure vel de facto facere vel venire.

Est autem inter caetera constitutum, quod tam saepedicta nata praefati d. regis B., quam etiam memoratus filius noster, dum sibi fuerint, ut praemittitur, transmittendi, sani et immunes ab omnibus defectibus mentis et corporis, sicut condecet, habeantur.

In quorum praedictorum et robur praesentes fieri litteras et sigillo nostro authentico fecimus roborari.

Datum Tirnauiae Idus Februarii, a. D. 1327.

(A. K. — *Ad verba Fejeri VII. 3. et Ludewigii Reliquias V. excussum apud Chytilem Cod. Mor. VI. 327. et apud Emle Reg. III. 1274.*)

## 58. Bolco dux Opoliensis declarat se esse vasallum Joannis regis respectu terrae Falkenbergensis.

1327. 18. Febr.

Eodem tempore (1327) multi duces Poloniae ad Joannem regem Boemiae, visitantem eorum terminos, venerunt eique fidem et dextram sub forma homagii ultronei praebuerunt, Erat enim tunc rex sub tali intentione, quod Cracoviam cum regno Poloniae sibi ablatam cuperet in manu valida recuperare. (*Chron. Aulae Regiae.*)

List Bolka kniežete Opolského, že jest pod léno přijal od krále Jana zemi svú Hlohov Menší. (A. K.)

Nos Polko D. gr. dux Opuliensis et dominus in Valchenberg, recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos esse principem et vasallum magnifici domini nostri Joannis B. et P. regis ac comitis L. et ab eo terram nostram Valchenberch cum suis civitatibus, vid. Valchenberch, Glogouia minore et Czulcss necnon Strelitz oppido cum munitione ibidem et Pransyn munitione, cum etiam villis, hominibus, vasallis et militibus ad ipsas spectantibus ac aliis suis pertinentiis universis, in quibuscumque consistant, quas nunc habemus et in posterum sumus quocumque titulo habituri, nostro, heredum et successorum nostrorum nomine, ducum Opuliensium et dominorum ibidem in Valchenberch, recepisse in feudum et ab ipso tenere ac possidere jure et titulo feudali, volentes, quod heredes et successores nostri, duces Opulienses et domini in Valchenberch praelibati, juxta litterarum continentiam, quas a praefato domino nostro, rege B., super eo recepimus et habemus, quandocunque praedictam terram nostram vacare contigerit, eam ab ipso domino nostro rege aut a suis heredibus vel successoribus suis, B. regibus, in feudo recipere temper deinceps debeant et tenere et facto sibi servandae perpetuae fidelitatis homagio, sicut et nos nunc spontanea et libera voluntate fecimus, ei vel eis, tanquam ejus vel eorum princeps et vassalus, sincera fide intendere debeant et parere.

In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri et singillo nostro jussimus communiri.

Actum Opaviae a. D. 1327, Kal. Martii.

(A. K. — *Pulkava*. — *Gruinhagen II. 303.* — *Emler III. 1246.*)

### 59. Kazimirus dux Tessinensis recognoscit se esse vasallum Joannis regis.

1327, 18. Febr.

List Kazimíra kniežete Těšínského, kdež vyznává, že s tím se vším což má neb mieti bude, jest manem krále českého a jeho budúcích po věčné časy. 1327.

Nos Kazimirus D. gr. D. dux Thesschinensis recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos esse prin-

cipem et vasallum magnifici domini, domini nostri, d. Joannis B. et P. regis illustris ac comitis L., et ab eo terram nostram Tesschynensem cum suis civitatibus et castris, vid. Tesschyn civitate cum castro, Freyenstat et Belitz civitatibus, Zhotschow et Jemnitz oppidis cum munitionibus et Ostravia castro, cum etiam villis (*ut supra in literis praecedentibus* 58).

Datum et actum in Opavia a. D., 1327, Kalendas Martii duodecimo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Pulkava.* — *Grinck. II.* 559. — *Emler III.* 1275.)

#### 60. Wladislaus dux Cozlensis recognoscit se esse vasallum regis Boemiae.

1327, 19. Febr.

List Vladislava kniežete Kozelského, že od krále Jana na svá panství Kozlé léno přijal a zavazuje se budúcím králom českým pod manství. (A. K.)

Nos Wladislaus dux Coslensis recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos esse principem et vasallum magnifici domini nostri, domini Joannis B. et P. regis illustris ac L. comitis, et ab eo terram nostram Coslensem cum suis civitatibus Kosla, Peuthum, Peyzenchreschin ac castris, vid. Tost et Slabatyn, cum etiam villis, hominibus, vasallis et militibus ad ipsas et ipsa spectantibus ac aliis suis pertinentiis universis, in quibusunque consistant, quas et quae nunc habemus et in posterum sumus quocunque titulo habituri, nostro, heredum et successorum nostrorum, ducum Coslensium nomine, recepisse in feudum et ab ipso tenere ac possidere jure ac titulo feodali; volentes, etc. (*ut supra in literis praecedentibus* sub n. 58).

Harum nostrarum testimonio literarum datum in Opavia a. D. 1327, XI. Kal Martii.

(A. K. — *Pulkava.* — *Grinck. II.* 417. — *Eml. III.* 1279.)

#### 61. Joannes rex Wladislaum ducem Koslensem in protectionem suam recipit.

1327, 19. Febr.

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, notum facimus tenore praesentium universis, quod, quia illustris

Wladizlaus dux Kozlensis ob specialis amoris affectum, quem ad nostram gerit celsitudinem, princeps et vasallus noster esse decrevit, terram suam Kozlensem cum omnibus civitatibus, vid. Kozla, Pouthym, Peyzenckreschin et castris, vid. Tost et Slabatyn, cum etiam villis (*ut supra in litteris praecedentibus n. 60*).

Promittentes eum, heredes et successores suos praedictos in omnibus suis Polonicalibus juribus, disponente Domino, magnifice conservare et tamquam quemlibet principem et vasallum nostrum ubilibet defendere ac tueri.

Faventes etiam et concedentes sibi in perpetuum, ut filii sui legitimi, quos nunc habet et Dominus sibi superaddiderit, in praedicta terra sua Kozlensi sibi invicem semper succedere debeant, jure et titulo feodali, aut eis non extantibus, filias suas legitimas, vel etiam eisdem non superstibus, illustres Semowith et Georgium, fratres suos, in ipsa terra de regii favoris plenitudine succedere jure volumus feodali, ita tamen, quod iidem praefatam terram Cozlensem cum suis pertinentiis praenotatis, quandocunque eam vacare contingerit, a nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus B. saepeditis, semper teneantur in feodium recipere ac etiam possidere.

In cuius rei

Datum Opaviae a. D. 1327, XI Kal. Mart.

(*Chyt. VI. 846. — Grünhagen II. 417. — Eml. III. 1280.*)

## 62. Joannes rex Lesconem ducem Ratiboriae in suam protectionem recipit.

1327, 19. Febr.

Nos Joannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, notum facimus tenore praesentium universis, quod, quia illustris Lesko, dux Ratiboriensis, ob specialis amoris affectum, quem ad nostram gerit celsitudinem, princeps et vasallus noster esse decrevit, terram suam Ratibor cum suis civitatibus et castris, vid. Ratibor civitas cum castro, Cosla, Sor et Plesna civitatibus et Klewicz civitate sibi obligata, Ribinek castrum cum oppido, cum etiam villis, hominibus, vasallis ac militibus ad

ipsas et ipsam spectantibus, et aliis suis pertinentiis universis, in quibusunque consistant, quas et quae nunc possidet et in posterum quocunque titulo possidebit, suo, heredum et successorum suorum, ducum Ratiboriensium, in nostris spontanea et libera voluntate resignans manibus a nobis recepit in feodum et facto nobis per eum debitae fidelitatis homagio nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus B., tanquam princeps et vasallus noster ac regni nostri B. promisit fideliter intendere et parere: nos ipsius subjectioni benevole ac in hac parte grata vicissitudine occurrere disponentes, ipsum in nostram, heredum et successorum nostrorum, regum B. praedictorum, protectionem tanquam principem et vasallum nostrum recipimus et tutelam, promittentes, eum, heredes et successores suos praedictos in omnibus sibi competentibus juribus, disponente Domino, magnifice conservare et tanquam quemlibet principem et vasallum nostrum ubilibet defendere ac tueri.

Faventes et concedentes sibi in perpetuum, ut filii sui legitimi ac filiae, si quos aut si quas habet vel habuerit, in praedicta terra sua Ratibor sibi invicem semper succedere debeant jure et titulo feodali. Quibus si caruerit, extunc ipsam terram suam, post ipsius Lesconis decessum, jure congruo possidendam possit in vita sua alicui principum ad nos, heredes et successores nostros, reges B. antedictos, debitum per feodales semper habenti respectum, et valeat resignare. Resignatio vero haec nobis debebit per eum, cui terra ipsa resignata fuerit, intimari, quam ratam et gratam nos promittimus habituros.

Quo si forte non facto morte praeoccupatus fuerit, extunc ad propinquiores suorum consanguineorum, quicunque fuerit, ipsa terra Ratibor sit absque difficultate qualibet devoluta, jure nobis recipiendi terram ipsam a nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus B. praeliteratis, et habendi in feodum, ut praemittitur, reservato.

In cuius rei

Datum Oppaviae a. D. 1327, XI. Kal. Martii.

(*Arch. S. Wenc. — Grünhagen II. 379. — Eml. III. 1281.*)

**63. Joannes rex Kazimirum ducem Tessinensem in vasallum recipit.**

**1327, 24. Febr.**

Johannes et gr. B. et P. rex ac L. comes, recognoscimus et ad universorum notitiam volumus tenore praesentium pervenire, quod quia illustris Kazimirus dux Theschinensis ob specialis amoris affectum, quem ad nostram gerit celsitudinem, princeps et curialis noster esse decrevit, terram suam Teschinensem cum suis civitatibus et castris, vid. Teschen civitate cum castro, Freistat et Belicz civitatibus, Scotschow et Jemnicz oppidis cum munitionibus et Ostravia castro cum etiam villis, hominibus (*ut supra in litteris 62*) a nobis recepit in hereditatem suam, heredum ac successorum suorum, ducum Teschinensium, in perpetuum, et facto nobis per eum debitae fidelitatis homagio nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Boemiae, tanquam princeps noster ac regni nostri Boemiae promisit fideliter intendere et parere: nos ipsius subjectioni benevole ac in hac parte grata vicissitudine occurrere disponentes, ipsum in nostram, heredum et successorum nostrorum, regum Boemiae praedictorum, protectionem tanquam principem et subditum nostrum recipimus et tutelam, promittentes eum, heredes ac successores suos in omnibus sibi competentibus juribus, disponente Domino, magnifice conservare et tamquam quemlibet principem et subditum nostrum ubilibet defendere et tueri. Faventes etiam et concedentes sibi in perpetuum, ut filii sui legitimi cum suorum successoribus legitimis in praedicta terra sua Teschinensi sibi invicem semper succedere debeant jure et titulo hereditario, ad faciendum et dimittendum suam juxta voluntatem.

Ad majoris quoque expressionem gratiae nostrae praefato Kazimiro concedimus et favemus, ut si illustrem Johannem, ducem Osswienczinensem, fratrelem suum, principem nostrum dilectum, sive in futurum quoscunque principes et dominos Osswieczimenses absque liberis legitimis ex se genitis decidere contigerit, quod extunc ipsius vel ipsorum terra et ducatus Osswieczimensis ad eundem

Kazimirum ac heredes ipsius in perpetuum plene devolvatur et habeatur.

In cuius rei

Datum in Boutung a. D. 1327, VI. Kal. Martii.

(*Grünhagen II. 560. — Eml. III. 1283.*)

**64. Joannes dux Oswicensis terram Oswicensem in feudum recipit a Joanne rege Boemiae.**

**1327, 24. Febr.**

List kněze Osvětimského Jana, kdež vyznává, že to kniežetstvie Osvětimské přijal pod léno od krále českého i jeho budúcích. 1327.

Nos Johannes D. gr. dux Oswiencinensis et scolasticus Cracoviensis recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos esse principem et vasallum magnifici principis, domini nostri Johannis, B. et P. regis illustris ac comitis L., et ab eo terram nostram Oswiencinensem cum suis civitatibus et castris, vid. Oswiencin civitate cum castro, Zathor civitate, Kant, Zipscha, Wadowicz et Spikowitz oppidis, cum etiam oppidanis villis etc. (*ut supra in litteris 58, 59, 60.*)

Datum in Boutung a. D. 1327, VI. Kal. Martii.

(A. K. — *Pulkava.* — *Grünhagen II. 577. — Chyt. VI. 846. — Eml. III. 1284.*)

**65. Bussko dictus Tluxa a rege Joanne in feudum recipit castrum suum Egram.**

**1327, 4. Mart.**

Ad universorum notitiam ego Bussko, dictus Tluxa, cupio pervenire, quod ego meo ac successorum et heredum meorum nomine castrum meum Egram cum triginta marcarum redditibus et tribus araturis ad ipsum spectantibus in manibus magnifici et excellentis domini mei, domini Johannis Bohemiae et Poloniae regis ac Lucemburgensis comitis, resignans spontanea et libera voluntate ab ipso recepi in feudum, recognoscens me ipsius feudotarium et vasallum facto sibi per me debitae fidelitatis homagio ac etiam de hoc corporali sibi praestito

juramento, volensque ut heredes et successores mei praedicti praefatum castrum meum cum omnibus suis pertinentiis, in quibuscunque consistant, a praelibato domino meo rege, heredibus et successoribus suis, Romanorum regibus (sic), in feudum semper recipere debeant et habere.

In cuius rei testimonium praesentes literas fieri et sigilli mei jussi munimine roborari.

Datum Brunnae a. d. 1327, IV. Nonas Martii.

(*Emler III. 1285 e cod. Raudnic*)

## 66. Translatio castri Voigtsbergensis in Henricum seniorem de Plavno.

1327, 12. Mart.

Nos Joannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes. Ad universorum notitiam tenore praesentium cupimus pervenire, quod dilecto fideli nostro, Henrico advocate seniori de Plawe, propterea, quod dominium suum Plawe cum universis pertinentiis, suo et heredum suorum nomine, a nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Boemiae, in feudo recipiat et teneat temporibus secuturis, gratiose concedimus et favemus, ut castrum nostrum Voytspergiam, quod pridem comparavimus titulo emptionis, ipse in eadem summa pecuniae, pro qua nobis illud castrum venditum existit, de qua etiam jam dilecto fideli nostro, Ottoni de Pergau, de nostra scientia satisfecit, redimat et exsolvat et eo pleno jure, quo ad nos pertinebat et pertinere ex venditione praedicta poterat, ipse Henricus praedictus cum suis heredibus possidere beat et habere; ipsum castrum strenuo militi Cunrado de Milein nomine nostro commissurus, toto eo tempore, quo inter nos et marchionem Misnensem discussum non fuerit justitia vel amore, utrum ipsius castri jus feudale ad nos beat pertinere; et tunc Henricus et heredes sui praedicti castrum saepedictum a nobis et nostris heredibus in feudo recipient et tenebunt. Si vero praedicti castri jus feudale ad praelibatum marchionem inventum fuerit pertinere, extunc ipsum Henricum et heredes suos ad recipiendum saepetatum castrum a nobis in feudo nolumus obligari.

Medio autem tempore, quo hujusmodi discussio facta non fuerit, ipsum castrum nobis per praefatum Conradum de Milein vel alium, quem Henricus vel heredes sui saepedicti in eodem castro burgravium vel rectorem, praelibato forsitan Conrado non exstante, nostro nomine instituerint, parere debebit ad faciendum de ipso contra quoscunque nostros aemulos, quidquid nostris usibus videbitur expedire.

Promittentibus nobis sincere, Henricum et Henrici heredes ac suos in praelibato dominii Plawe successores, tanquam nostros feudatarios et vasallos nostro, heredum ac successorum nostrorum, regum Boemiae, nomine, in omnibus sibi competentibus juribus magnifice, disponente Domino, conservare et ab injuriis quorumlibet defendere ac tueri.

In cuius testimonium

Dat. Pragae a. D. 1327, quarto Idus Martii.

(*Inclusum petitioni dominorum de Plawe ddo. 1347  
Pelzel K. Karl IV. Urk. I. 102. — Empl. III. 1287.*)

## 67. Declaratio dominorum de Plawen super terra Plavnensi.

1327, 13. Mart.

List pana Henrycha staršieho a pana Henrycha mladšieho, pánuov z Plavna, že sú se dobrovolně i své dědice a budúcí pod manstvie poddali králi Janovi českému i jeho dědicům a budúcím, králom českým. (A. K.)

Nos Henricus senior de Plawen et eius filius, Henricus senior, recognoscimus et fatemur tenore praesentium universis, nos esse vasallos magnifici domini, domini nostri Joannis, B. et P. regis illustris ac comitis L., et ab eo principale dominium nostrum Plawen cum suis munitionibus et bonis, videlicet castro Lubawe, munitionem Johansgrune, castrum Schoeneneck, munitionem Plonswitz, munitionem Lapidem, munitionem dictam Tirbil et Gatendorf, cum etiam villis, hominibus et vasallis, militibus ad ipsas et ipsa spectantibus ac aliis suis pertinentiis universis, in quibuscunque consistant, quas et quae nunc habemus et imposterum sumus ad idem nostrum dominium quocumque titulo habituri, nostro, heredum ac successorum nostrorum nomine recepisse in feudum et ab ipso tenere ac

possidere jure et titulo feudali. Volentes quod heredes ac successores nostri, domini in Plawen praelibati, quandocunque saepedictum dominium vacare contigerit, ipsum ab eodem domino nostro rege aut a suis heredibus seu successoribus, regibus Bohemiae, in feodo recipere semper deinceps debeant et tenere, et facto sibi per eos servandae perpetuae fidelitatis homagio, sicut et nos nunc spontanea et libera voluntate fecimus, ei vel eis tanquam eius vel eorum vasalli sincera fide cum praedictis bonis omnibus intendere debeant et parere.

Hujus rei testes nostri sunt vasalli infra scripti pertinentes ad nostrum dominium praelibatum, videlicet strenui milites Tosso de Schoeneneck, suus filius Conradus, Ditricus de Tossenuelt, Cunradus dictus Sak et Nicolaus, frater suus, militaris, Henricus de Machwitz, Eberhardus de Widersperch, Cunradus de Milin et Heinzelinus dictus Roder, militaris, et quam plures alii fide digni.

In cuius rei

Dat. Pragae a. D. 1327 III. Idus Martii.

(A. K. — *Emler III. 1288.*)

## 68. Infeudatio terrae Plavnensis.

1327, 15. Mart.

List pana Henrycha staršieho z Plavna, že jest přijal léno od krále Jana českého a že má po věčné časy manem býti i jeho budúcí. 1327.

Nos Henricus advocatus de Plawe senior et Henricus, ipsius filius senior, recognoscimus tenore praesentium et fatemur, quod licet olim progenitores nostri bona memoriae quondam a viris spectabilibus, comitibus de Eberstein, terrae Saxoniae, retroactis temporibus dominium eorum in Plawe, quod nunc tenemus et ad nos ex successione legitima devolutum, in feudo recepisse ac etiam possedit noscantur, tamen quia dudum eorundem comitum generatio ita quod superstes nullus remansit, penitus est extincta, multorum sapientum, quos super eo requisivimus, sumus certa et sana informatione edocti, quod ipsum nostrum dominium Plawe

cum omnibus suis juribus et pertinentiis in feudo a quo-  
cunque dominorum nobis placuerit, nunc recipere ac tenere  
licite valeamus. Nos ob specialis amoris affectum, quem ad  
magnifici principis, domini nostri, d. Joannis B. et P. regis  
illustris ac comitis L. celsitudinem gerimus, ipsius nos  
recognoscentes esse feodatarios et vasallos, praelibatum  
nostrum dominium in Plawe cum suis munitionibus et bonis, vid.  
castro Lubow, munitione Johansgrun, castro Schonek, muni-  
tione Plonswitz, munitione Lapide dicta, munitione dicta  
Tirbil et Gatndorf, cum etiam villis . . . (*ut supra in dipl. 67*).

Et nos Tocco de Schoeneck, Arnoldus de Valchenstein,  
Goczo de Menka, Heinricus de Machwitz, Conradus de Sak,  
Eberhardus de Tirbl et Conradus de Milin, milites, nec non  
Nicolaus dictus Sak, Nicolaus de Dobeneck et Heinricus dictus  
Roeder, militares seu armigeri praedictorum dominorum  
nostrorum de Plawe, quorum sumus homines et vasalli, pre-  
cibus inclinati, protestamur praemissa omnia, prout superius  
continentur, per eosdem dominos nostros nobis, praesentibus  
et consentientibus, de certa scientia esse facta.

In quorum etc.

Dat. Pragae a. D. 1327, XVIII. Kal. Aprilis.

(A. K. — *Orig. arch. Vind.* — *Balb. Misc. Dec. I.* —  
*Eml. III. 1292.*)

**69. Boleslaus dux Opoliensis recognoscit se esse  
vasallum regis Boemiae respectu terrae Opoliensis.**

**1327, 5. Apr.**

A. K. List Boleslava kniežete Opolského, jímž vyznává, že jest  
manem krále Jana, českého krále, se všemi svými panstvími 1328.

Nos Boleslaus, D. gr. dux Opoliensis, recognoscimus  
tenore praesentium et fatemur, nos esse principem et vasallum  
magnifici domini nostri, d. Joannis B. et P. regis et L. comitis,  
et ab eo terram nostram Opoliensem cum civitate Opol et  
castro ibidem, cum civitate Rosenberch et castro Crasscow,  
cum oppidis, villis etc. (*ut supra in n. 58, 59, 60*).

volentes et decernentes, quod heredes et successores nostri, duces Opolienses memorati, a domino nostro rege, heredibus et successoribus suis, regibus B. praelibatis praefatam terram nostram, quandocunque eam per mortem alicujus ducis ibidem vacare contigerit, in feodo recipere semper deinceps debeant et habere etc.

Datum Vratislaviae a. D. 1327 in die Palmarum.

(A. K. — *Grünh. II. 304. — Eml. III. 1302.*)

## 70. Acquisitio civitatis Vratislaviensis.

1327, 6. April.

Tempore isto (1327), quo rex Joannes moratus est in regno Boemiae, venit ad ipsum Heinricus VI., dux Slesiae, dominus civitatis Wratislaviae, habuitque cum rege tractatum de ducatus resignatione. Huic rex provinciam Glacensem ad tempora vitae ducis possidendam producatu assignat, sibique deputat M marcas arg. annis singulis a fisco regio, quoad vixerit, percipiendas. Igitur in die b Ambrosii ep (4. Apr.) rex cum duce Wratislaviam pervenit et se de civitate et omni ducis dominio, accedente plurium consilio, jure perpetuo intromisit, ita sane, quod dux ducatum suum regis nomine ad vitam suam debeat possidere. (*Chron. Aulae R.*)

A. D. 1327 in octava S. Joannis B. Joannes rex in regnum suum revertitur et eo ibidem existente inter Boleslaum, Henricum et Wladislaum duces Slesiae grandis est orta dissensio, taliter, quod alter ad alterius procurandum destructionis dispendium anhelaret. Erat enim ducatum dictorum fratrum talis divisio:

Boleslaus, qui sororem reginae Boemiae uxorem habuit nomine Margaretham, pro parte sua Bregensem et alias civitates et castra ejusdem districtus possedit. Hic Boleslaus ex dicta uxore sua duos habebat filios, Wenceslaum et Lodvicum. Alter vero frater Heinrichus civitatem Wratislaviensem et Noviforensem cum suis districtibus possidebat. Tertius Wladislaus civitatem Legnicensem et ejus territorium obtinebat.

Senior itaque frater Boleslaus Wladislaum, juniores fratrem suum, sub spe obtainuae paterna portionis suae ad clericatum induxit, qui usque ad diaconatus ordinem est promotus. Deinde Heinrichum, secundum fratrem, ex eo quod de uxore sua, ducum Austriae sorore, masculina prole carebat, multum oppressit. Qui Heinrichus considerans se adversus fratrem ad debitum non posse tueri, Joannem regem accessit secumque tractatus inivit, juxta tractatus quondam Henrici ducis Wratislaviae, patrui patris sui, ut sibi civitatem et districtum Glacensem, ad vitae dumtaxat tempora,

deputaret et Joannes rex post mortem ejusdem Henrici ducatum Wratislaviensem et ejus civitates atque provinciam pro se, regno et corona Boemiae imperpetuum obtineret.

Quos tractatus rex Joannes gratanter acceptans sibi civitatem et districtum Glacensem cum omnibus pertinentiis assignavit, et viceversa Henricus regem Joannem per fidelitatum homagium tam nobilium quam civium, civitatum et districtuum praedictorum securum reddit in praemissis.

Et sic rex Joannes hoc, quod quondam temporibus Rudolphi Rom. regis per Wenceslaum (II.) olim Boemiae regem, super devolutione ducatus Wratislaviensis in tractatibus conceptum extiterat, et postea mortuo Henrico, protunc duce Wratislaviensi, sine liberis per Henricum cogn. Ventrosum, patrum suum, patrem praedictorum Boleslai, Henrici et Wladislai, qui se de dicto ducatu Wratislaviensi de facto intromiserat ipsumque ad heredes suos praedictos, licet praeter debitum et jus, deduxerat, protunc ad effectum perduxit. (*Pulk. Chron.*)

In nomine Domini Amen. Fidelitatis nostrae dexteram merito hiis liberalius impertimur, in quibus fidei caritatisque sinceritas per amplius reperitur. Ex eo nos Johannes, D. gr. B. et P. rex comesque L., ad memoriam sincerae fidei puritate revocata, quam nobis illustris princeps dom. Henricus dux Slesiae et dominus Wratislaviensis, p[re] caeteris amicis suis exhibuit propter favorem et fiduciam, quam ad nos toto corde suo gessit et adhuc gerit, adeo quod totam terram suam Wratislaviensem eo iure, sicut ipse eam habuit et possedit, ad manus nostras, virium compos suarum, voluntarie resignavit ob commune terrae suaem commodum et honorem, discretis et constantis fidei viris nobis quam plurimum dilectis, feodalibus, consulibus, iuratis, scabinis Wratzlavensis atque aliarum civitatum eiusdemque terrae totius incolis uniuersis, bona fide omniue sine dolo, per praesentes damus, promittimus publice et spondemus, quod idem ingenuus princeps, amicus noster dilectus, dominus Henricus, dux Slesiae et dominus Wratzlaviae, cui ex debito eandem tenemus fidem quam nobis, debet esse totius vitae suaem temporibus et permanere civitatis Wratzlaviae, aliarum civitatum, castrorum, oppidorum, villarum, vasallorum atque totius terrae Wratzlavensis verus cum plena possessione dominus, et non alter, videlicet cum titulo, auctoritate, dignitate, utilitatibus, proventibus, perceptionibus, exactiōibus, pertinentiis, feodo, iudiciis, iure patronatus suorum

omnium beneficiorum ecclesiasticorum et generaliter cum omni dominio et iure, nullo penitus excluso, quibus hucusque usus est, veluti ex paterna successione praedictam suam terram post divisionem cum fratribus suis ducibus Slesiae, Bolezslao Bregensi et Wladeslao Legnicensi dominis habitam, tenuit annis pluribus et possedit, solo homagio per praedictos cives ac fideles seu feodales Wratzlavienses nobis, heredibus ac successoribus nostris, Boemiae regibus, semper reservato, ita quod nullum debeant habere dominum verum, quamdiu vixerit, quam eundem. Fide firma adjicentes certo et voluntario ex promisso, quod si dominus dux Henricus praedictus tempore succedente per nos et heredes nostros vel per quoscunque legitimos successores nostros, Boemiae reges, (quod absit) ex quocunque proposito et occasione a terra Wratzlaviensi, eius iuribus et dominio praedictis, quibuscunque censeantur nominibus, attemptatus fuerit alienari, transponi aut quocunque modo ab ea transmutari, etiam si de hoc nostras, heredum nostrorum et successorum nostrorum, regum Boemiae, receperint litteras speciales, exnunc prout extunc libera ex electione saepedictis feodalibus, civibus ac aliis praedictae terrae Wratzlaviensis incolis praecipimus firmiter et mandamus, quod huiusmodi mandatum, quemadmodum eorum fidei bene convenit et honori, reputare debeant irritum et inane.

Etiam si quocunque feodum suo tempore vacare contigerit, illud a nobis debet suscipi, sed idem dominus dux Henricus praefatus debet habere conferendi ipsum plenariam potestatem. Insuper si aliquas nostris cum inimicis gwerras inierimus, tunc omnes munitiones praedictae nobis debent tunc et omni tempore aperiri, sic tamen, quod dictarum d. Henricus dux praedictus quietus maneat possessor vitae suaे temporibus sicut prius.

Act. Wratzlaviae a. D. 1327, proxima feria II. post diem Palmarum.

(*Gruenhagen und Markgraf Lehens- und Besitzurkunden Schlesiens I*, 66. — *Sommersberg, Ss. rer. Sil. I*. 893. — *Lünig, Cod. Germ. II*, 111. — *Lünig, Corp. jur. feud. II*. 63. — *Böhmer, Reg. Imp. 191*, n. 96.)

**71. Promissio Joannis regis de terra Wratislaviensi a corona Boemiae nunquam alienanda.**

**1327, 6. Apr.**

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod dilectorum fidelium nostrorum, civium Wratislaviensium, gratae devotionis et sincerae fidei promptitudine, quibus nostrae celsitudini complacuerunt hactenus et placere tenentur et poterunt in futurum, benigno pensantes affectu ac volentes ipsos perinde, quanto uberius poterimus, prosequi gratiose, sincere promittimus eos et eorum quemlibet ac universos terrae Wratislaviensis incolas et feodales in omnibus sibi competentibus juribus et libertatibus seu immunitatibus super omnibus bonis suis in civitate Wratislaviensi et extra eam sitis, super quibus privilegia vel quascunque authenticas literas vel alias evidens poterunt testimonium demonstrare, ex quacunque rationabili aut evidenti concessione vel donatione d. m. ducum Silesiae ac dominorum Wratislaviensium sibi facta, de benignitate regia in perpetuum conservare, et jura, libertates ac immunitates hujusmodi ipsis vel ipsorum cuiquam nullatenus violare. Quas potius prout provide ac rationabiliter factae sunt ipsis, ut super diversis suis incommodis ac pressuris, quibus attriti sunt hactenus, novae respirationis sub nostro felici dominio remedia votiva suscipiant, approbandas duximus et etiam confirmandas, absolventes eos perpetuis temporibus a dationibus seu solutionibus generalis collectae regiae, quae vulgo berna dicitur, et volentes servitiis suis et subsidiis, quae servire ac dare consueverunt hactenus, gratiose in posterum contentari.

Praedictam quoque terram Wratislaviensem et universos eius incolas in quibuslibet iustis causis contra quascunque personas, seculares et ecclesiasticas, principes ac principum subditos, super hereditatibus, debitis vel culpis aliis confovere ubilibet potentiae nostrae dextera disponentes praefatos cives Wratislavienses ac etiam Noviforense nec non totius terrae

Wratislaviensis incolas universos, quandocunque et ibicunque per regni nostri Boemici et aliarum terrarum nostrarum loca, in quibus thelonia de mercibus requiruntur, transitum cum quibuscunque suis mercimoniis fecerint, de solucionibus theloniorum huiusmodi liberos perpetuo esse volumus et exemptos.

Ad maioris etiam expressionem nostrae gratiae saepedictis Wratislaviensibus civibus ac terrae Wratislaviensis inhabitatoribus universis duximus nostro, heredum et successorum nostrorum, Boemicorum regum, nomine firmiter promittendum, quod ipsam terram a praedicti regni nostri Boemici unione nullis unquam temporibus venditionis, permutationis, obligationis, infeodationis vel cuiuscunqne alienationis titulo disjungemus nec ipsam alicui capitaneorum locabimas sub determinata annua pensione, quae utique saepedictae terrae Wratislaviensi et eius incolis vergeret in notabile detrimentum.

Nullum etiam alium praeterquam aliquem terrigenam idoneum ipsi terrae capitaneum praeficiemus aut praefici patiemur.

Et quascunque terras Polonicales aut earum partes vel loca a nostris rebellibus Deo nobis cooperante quomodocunque obtinuerimus, illas et illa praefatae terrae, ut ex eo status eius in melius proficiat, coadiuncturos inseparabiliter nos spondemus, nolentes, quod aliquis civium Wratislaviensium extra civitatis Wratislaviae iudicium pro ulla debitis, hereditatibus aut causis aliis quibuscunque alibi responsurus trahatur, vel etiam ullus feodalium et incolarum terrae Wratislaviensis saepedictorum extra ipsius terrae iudicium pro debitis, hereditatibus aut causis huiusmodi ad iudicium longinquius vel eidem intolerabilius aliquatenus evocetur.

Promittimus praeterea nullum terrae ac civitatis Wratislaviensis proscriptorum irreconciliatum laeso vel propinquis, si idem laesus non extiterit, nostrae gratiae reformare vel ei treugas pacis aut quascunque inducias in terra vel civitate Wratislavia saepedicta manendi vel standi aliquatenus indulgere.

Volentes firmiter, ut universus diocesis Wratislaviensis clerus divina in civitate Wratislavia sine rationabili et legitima causa ammodo suspendere non praesumat, et super quibus-

libet causis suis dilectos fideles nostros cives ac feodales Wratislavienses ad forum ecclesiasticum, antequam cives ipsos in iudicio civili et feodales praedictos in iudicio provinciali conveniat, idem clerus trahere similiter non praesumat; in quibus siquidem iudiciis, si ipsi clero iusticia conveniens fuerit denegata, extunc prosequendi iura sua coram spirituali judice plenam habeat potestatem.

In quorum omnium praedictorum robur et testimonium praesentes literas fieri et sigillo nostro majori jussimus roborari.

Actum Wratislaviae A. D. 1327, proxima feria secunda post diem palmarum.

(*Grünhagen und Markgraf, Lehens- und Besitzurkunden Schlesiens I*, 67. — *Böhmer, Reg. Imp. 191, n. 99.*)

**72. Ludovicus Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Reynekino de Adelendorp, civi de Berlin, in feudum confert redditus quinque talentorum in villa Mare.**

**1327, 21. Maii. (Reppin.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**73. Otto senior et Otto junior fratres de Lodburch et de Bergow, bona sua in Antiquo et Novo Seberch atque civitatem et castrum Belina Johanni regi in feudum offerunt.**

**1327, 31. Maii et 7. Junii.**

(*Arch. S. Wenc. — V. Cod. j. b. II. 3, p. 32. — Eml. IV. 1332, 1336.*)

**74. Joannes rex Ottoni et Ottoni fratribus de Lodenburch dictis de Bergow, qui bona sua Seberch atque Bilina ei in feudum offerebant, villam suam Peczschow titulo feudali confert.**

**1327, 31. Maii.**

(*Arch. S. Wenc.*)

**75. Castri Sparmberg infeudatio.**

**1327.**

List Peczolda z Sparenbergka, že se poddává v manství s zámek svým Sparmbergem a se dvěma vsi Plintendorf a Ullrychsreut králi Janovi a jeho budúcím, králom českým, k věčnosti. 1327.

(A. K. — *Lünig Cod. Germ. dipl. I.* 998. — *Emler IV. Addenda 2029.*)

**76. Udalrici de Hanau, resp. Joannis comitis de Spanheim fidejussio pro summa Henrico Karinthiae duci a rege Joanne solvenda.**

**1328, 14., resp. 18. Febr.**

Ulrich Herr zu Hanau, leistet für Johann K. v. B. Bürgschaft über 40.000 Prager Mark Silber, die derselbe an Heinrich Herzog von Kärnten, zu zahlen hat.

(*Arch. S. Wenc.* — *Rieggers Arch. II.* 595. — *Eml. III. 1419, 1420.*)

**77. Nicolai ducis Opaviensis fidejussio pro 40.000 marc. in favorem Henrici Karinthiae ducis Tyrolique comitis.**

**1328, 30. Julii.**

Wir Nyclas von gotes genaden herczog ze Troppaw — daz wir gelobt und gehaizzen haben vnd recht puerge sein worden dez hochgeporn fursten, hertzog Heinrichen von Chernden vnd grauen ze Tyrol, gen ïn vnd gen allen sînen erben, ez sein soen oder tochter, umb viertzig tausent mark silbers prager gewigdez, fuer vnsern lieben herren vnd hochgeporn fursten, chunig Johansen von Beheim . . . Der selben pfenning geuallett in zehen tausent mark zu unsers herren mumen. Dar nach geuallett im zwanzig tausent mark silbers des selben gewigdez fuer die haimstewr chuniginne vrow Annen, seiner wirtinne Dar nach gevallent ïm zehen tausent mark silbers Prager münzze für den spruch, den ïm der wirdig herre pyschof Heinrich von Tryend vnd der hochgeporn fürste herczog Heinrich von Bayern vnd pfallentz

graf ze Rein hin zu gesprochen haben, als die hantfest sprechent, die vnser payde herren gen einander dar umb geben haben. Der summe pringet also viertzig tausent mark prager münzzen.

Der vorgenanten pfenning verhaizzen wir im ze geben uf sand Mychels tag, der schirst chvmpf, fünf tausent mark dar nach aber von dem selben sand Mychels tag über ein jar zehn tausend mark etc.

Der brief ist gegeben ze Brvnne, da man zalt von Cristes gepuert 1328 jar, des sunneabents nach sand Jacobs tag.

(*Arch. c. r. aul. Vindob.* — *Chytil VII. 852.* — *Eml. III. 1470.*)

**78. Cives Znoymenses promittunt Henricum ducem Karinthiae post mortem Joannis regis tutorem liberorum suorum agnoscere velle.**

**1328, 3. August.**

Henricus dux Carinthiae, olim rex Boemiae, litteris 1327, 20. Nov. datis Joannem regem Boemiae tutorem liberis suis instituit et vice versa Joannes rex Henricum ducem fecit tutorem filiorum suorum, ut patet e regesto ab anno 1328: „Quidam Boemiae optimates jussu Joannis regis promittunt, se collaboraturos, ut foedus et contractus inter regem et ducem facta effectui dentur, nempe ut post mortem regis Joannis omnium filiorum tutor sit et omnium bonorum administrator dux Henricus.“ (*Eml. III. 1392, 1407.*)

Slib Znojemských z rozkázanie krále Jana kniežeti Korytanskému, že slíbili jsú a přisahali po smrti téhož krále knězi Henrychovi Korytanskému jakožto poručníku dětí krále Janových 1328. (A. K.).

Der Stat Znoim Verschréybung, daz sie auf Kunig Johans zu Behem gebot Hertzog Heinrichen von Kernten behuflig sein sollen, vermog der tayding und glubd zwischen inen aufgericht.

Wir — richter — burgermaister und die gesworn alle der stat ze Znoym — daz wir von dem gescheffe vnd gebote vnsers liben herren, des hochgeporn chvnig Johansen von B. und P. etc., verhaizzen vnd gelobt haben mit trewen an aydes stat dem edelen hohen fuersten, herzogen Heinrichen von Chernden etc., stete helfen ze haben alle der taiding und gelubbe, di czwischen vnserm vorgenanten herren und im geschehen sint, als diselben vnsers liben herren hantfeste

sagent, di er ïm dar vber geben hat, vnd nemlich, daz der selbe hercoge fuermunt vnd gerhave sein sol, ob ez ze schulden chumt, vnsers egenanten herren chunig Johansen chinde, die er iezunt hat oder nach gewinnet

Geben nach Chr. geburd 1328, an Sand Stephans tag des marterer, als sein lîchnam funden ward.

(A. K. — *Arch. c. r. aul. Vindob.* — *Chyt. VI. 285.* — *Eml. III. 1472.*)

### 79. Ottonis comitis palatini fidejussio pro summa duci Karinthiae a Joanne rege solvenda.

1328, 21. Sept.

Otto Pfalzgraf zu Rhein u. Herzog in Baiern, leistet dieselbe Bürgschaft wie Ulrich Herr zu Hanau (d. i. verbürgt sich für K. Johann um 40.000 mark silbers Prager Gewichtes zuhanden des Herzogs von Chornten). Dat. Purghausen, am S. Matthaeus des zwölfboten und ewangelisten Tag 1328.

(*Arch. S. Wenc.* — *Eml. III. 1494.*)

### 80. Foedus Joannis regis cum generali fratrum domus Theutonicae magistro contra Wladislaum regem Kracoviae.

1329, 12. Mart.

A. 1329. Joannes rex strenua valde et magnifica contra Lituanos et paganos in bellicis actibus exercuit opera: Ipse ad remotiores paganorum transivit terminos, suntque ibi per ipsum multa milia trucidata et circiter tria milia gentilitium baptizata. Ad haec omnia fratres cruciferi de domo Teuthonica sua auxilia praebuerunt fideliter et consilia. (*Chron. Aulae Regiae.*)

Praecedebat foedus cum fratre Wernhero, magistro generali, atque fratribus domus Theutonicae, terrae Pruzziae dominis, anno supradicto in castro Torunensi initum, secundum quod reges Boemiae ipsis, magistro et fratribus, ad eorum requisitionem contra regem Kracoviae, gentis Litvanorum fautorem, debeant toto posse sub expensis et damnis propriis assistere, consiliis et auxiliis opportunis.

Litteris die 3. Apr. 1329 in eodem castro datis Joannes rex dicto magistro et fratribus terras Dobryensem, quam dicioni seu potestati suae ipsorum adjutorio subegerat, et Mazoviensem, quam adhuc fortassis subigere eum continget, aequa lance per medium dividens, medietatem utriusque ripae sive littori fluvii Wizle contiguam, cum omnibus ipsarum terrarum castris, munitionibus etc. dedit, contulit et donavit.

(*Emler III. 1533, 1539.*)

**81. Homagium Wenceslai, ducis Mazoviae et domini Plocensis, Joanni regi Boemiae et suis successoribus, Boemiae regibus, factum.**

**1329, 29. Mart.**

Wenceslaus dux Mazoviae atque terrae Flocensis Joanni regi, contra Lituanos cum exercitu procedenti, litteris die 29. Mart. 1329 in castro Pleck super Wislam datis assistere promisit contra Wladislauum regem Krakoviae, Lituanos contra fratres domus Teutonicae adjuvantem.

List Vacslava kniežete Mazužského, že zemi svú Mazušskou a panstvie Plocenské se vším panstvím jich pod manstvie od krále Jana českého přijal jest a zavazuje se jemu pomáhati proti nepřátelom. 1329. (A. K.)

Nos Wenceslaus, D. gr. dux Mazoviae et dominus Plocensis, constare volumus tenore praesentium universis, quod nos post habitos inter magnificum principem, dominum Joannem B. et P. regem ac L. comitem, dominum et affinem nostrum carissimum, ex una et nos ex altera parte varios anfractus et discordias, status et honoris nostri commodum attendentes, de consilio et favore amicorum et fidelium nostrorum nomine concordavimus in hunc modum:

Quod videlicet nos, heredes et successores nostri praedicti terram nostram Mazoviensem hereditariam et ex gentilium manibus ereptam, sicut ad nos deducta est penitus, liberam et a nullo unquam imperatore aut etiam rege in feudum prius receptam, cum castris nostris Plozck, scilicet Vissegrado et Gostinin, civitatibus et villis locatis meis aut circa ea locandis, nobilibus, baronibus, militibus, vasallis et hominibus aliis ac ceteris omnibus et singulis pertinentiis suis et appendiis, in quibuscunque consistant aut quocunque censeantur nomine, ac bonis aliis, quae nunc possidemus aut imposterum possidebimus titulo sub quocunque, eis, regi, heredibus et successoribus suis, sponte et libere ex causa subscripta resignare, ac eam seu ea ab ipsis, rege, heredibus et successoribus suis, B. regibus et P., in feudum, perpetuis a data praesentium inantea temporibus, praestito per nos, heredes et successores nostros fidelitatis debitae homagio et corporali nihilominus juramento, recipere et habere, dictisque regi, heredibus et successoribus suis, ad requisitionem eorundem

de bonis supradictis parere et intendere tanquam veris nostris dominis, ipsisque serviendo juvare contra quemlibet mundi principem vel hominem fideliter, pro totis nostris viribus, teneamur.

Promittentes omnia et singula supradicta bona fide, dolo et fraude quibuslibet exclusis, firmiter et inviolabiliter conservare, nec contra ea vel eorum aliqua, jure vel facto, ullo unquam casu vel tempore facere vel venire. Renunciantes expresse in omnibus his exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni et consuetudini quibuslibet omnibus, literis apostolicis et aliis quibuscunque nobis concessis vel concedendis, omnique juris tam canonici quam civilis auxilio, quo vel quibus contra praemissa vel eorum aliquod nobis, heredibus et successoribus nostris praefatis quocunque tempore vel modo posset in aliquo suffragium generari. Imo et si fortasse (quod Deus avertat) nos ipsi, heredes et successores nostri praedicti contra dicta vel eorum aliquod modo aliquo aut tempore excesserimus, volumus extunc, prout exnunc omnia et singula bona nostra, quaecunque habuimus, ut praedicitur, ipso facto fore perdita et ad ipsos, regem, heredes et successores suos, legitime et rationabiliter devoluta.

Testes .

Datum in Ploczk, a. D. 1329 quarta feria post dominicam Oculi mei semper.

(A. K. — *Balb. VIII. 240. — Alterae litterae ejusdem tenoris breviores ddo. 1329, 29. Mart. Ib. 239.*)

**82. Joannes dux Slesiae et dominus Stinaviae, terram suam Joanni regi resignans eam in feudum ab eodem rege recipit.**

**1329, 29. Aprilis.**

A. 1329 duces Poloniae et Slesiae, quorum numerum nunc nescio pro multitudine, fere omnes regis Joannis servitiis se mancipant, fidemque praestant. (*Chron. Aulae Regiae.*)

List Jana kniežete Slezského, že se poddal s svými zeměmi Lubyn a Gorau se vším jich panováním králi Janovi i budúcim králom českým pod manstvie 1329. (A. K.)

Nos Joannes, D. gr. dux Sleziae et dominus Stinaviae, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos deliberatione matura et consilio diligentis praehabito, favore quoque et consensu fidelium et amicorum nostrorum expressis, nostrum principaliter, hominum, civitatum et terrarum nostrarum subscriptarum attendentes profectum inantea et commodum, ipsas terras, civitates nostras et castra, Stynaviam videlicet, Luebin, Goram civitates cum castris eis adjacentibus et bona nostra alia, quaecunque possidemus in praesenti vel possessuri seu habituri sumus disponente Domino in futuro, cum omnibus suis juribus, libertatibus et dominio, quibus a nostris ad nos pervenerunt praedecessoribus, ex eo quod magnificum principem, dominum nostrum charissimum, dominum Joannem B. et P. regem ac comitem L., post assumptum sibi ducatus et terrae Wratislawiensis dominium, inferendo damna ipsius ducatus et territorio, districtui et hominibus, dignoscimur perturbasse, in manus regis ipsius sponte et libere nostrorum heredum et successorum nostrorum nomine resignantes, ut nullum contra nos inantea de excessibus retroactis per regem ipsum aut alium suo nomine instauretur judicium vel ut proferatur sententia, a rege praedicto, suo, heredum ac successorum suorum nomine, in feudum perpetuum receperimus. Promittentes nostro, heredum et successorum nostrorum praefatorum nomine, sibi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus ante dictis, de caetero terris, civitatibus, castris et bonis nostris saepe dictis tanquam veris nostris dominis intendere fideliter et parere, obedientiam et fidem ipsis debitas exhibendo.

In quorum etc.

Datum Wratislaviae a. D. 1329, III. Kal. Maii.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Grünhagen I. p. 129.* — *Eml. III. 1548.* — *Pulkava.*)

### 83. Declaratio Henrici ducis de Jawor super venditione civitatis atque terrae Gorlicensis.

1329, 3. Maii.

A. 1329 Gorlicz civitas, quae ab antiquo tempore abstracta fuerat ratione dotis propter nuptias a regno Boemiae, ad regem Joannem

revertitur et suo vero capiti reunitur. Hujus vero reunionis exstitit iste modus: Cives siquidem praefatae civitatis grave jugum, quod eis Henricus dux Slesiae dictus de Javir, eorum tunc dominus, injuste saepius impo-  
suit, ferre noluerunt, ad Wenceslaum, Joannis regis primogenitum, tunc in Francia constitutum, legatos miserunt. Qui heres juvenis urbem G.  
tutamini Joannis regis recommisit. (Chr. A. R.)

O kúpení města Gorlicz. List kniežete Henrycha Javorského, že město Gorlicz s jeho příslušenstvím prodal mocně králi Janovi českému 1329. (A. K.)

In nomine domini Amen. Nos Henricus D. gr. dux Slesiae, dominus de Furstenberch et in Jawor, recognoscimus, quod deliberatione matura et consilio diligentis nobis cum amicis quoque et fidelibus nostris praehabitis, eorum favore et consensu expressis accendentibus, civitatem nostram et terram Goerlitz, quam ab Imperatoribus aut Romanis regibus nos et praedecessores nostri recipere consuevimus, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, quocunque vocentur nomine aut quibus-  
cunque consistant, exceptis Lubano civitate et territorio ejusdem civitatis, Lesna oppido forensi, Czaychow et Sweta castris cum suis appendiciis, nominatim exceptis etiam Sarow civitate, Trybul et Prybuz castris et oppidis, cum omnibus suis juribus, dominiis et pertinentiis, omnibus feudis et feuda-  
libus, quae in terra Lusatiae habere dignoscimur, expressis et non expressis, principi magnifico, domino Joanni B. et P.  
regi ac L. comiti, sororio nostro carissimo, vendidimus et in alia bona, vitae nostrarae duntaxat possidenda temporibus, mutua-  
vimus, nobisque de medio sublatis, relictis per nos heredibus, expressis vel non expressis, et actione quibuslibet remotis, ad regnum Boemiae libere reversura, etiamsi castrum aliquod in bonis eisdem nostris instauraverimus laboribus ac expensis:  
Trautenow vid. et Curiam cum omnibus suis appendiciis, bonis feudalibus et hominibus, salvis omnibus eorum, qui ad nos pervenerunt juribus; in tantum etiam, quod nec collectam nec steuram generalem, quae berna vulg. dicitur, de eisdem, nisi per regem ipsum aut suos officiales imposita fuerit regno Boemiae, et tunc taxationem illam, quae colligitur in Boemja, recipere debe-  
amus, secumcommutavimus, ipsas sibi, heredibus ac successoribus suis, Boemiae regibus, jure hereditario praesentibus testibus subnotatis nostro, herendum ac successorum nostrorum nomine

sponte et libere resignavimus habendas, regendas, utifruendas per ipsum, heredes at successores suos praefatos ac etiam possidendas. Renuntiantes in his perpetuo nostro, heredum ac successorum nostrorum nomine praedictorum, exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, omni juris auxilio, tam canonici quam civilis, literis quoque a papa, Imperatoribus aut Rom. regibus impetratis vel etiam impetrandis, ac aliter quovis adminiculo, quod vel per successionem hereditariam aut infeudatationem imperiale vel alium quemcunque modum, nobis, heredibus vel successoribus nostris antedictis competenter vel competere fortasse posset, per quod nobis suffragium ferri, regi vero, heredibus aut successoribus suis saepe dictis dispendium vel impedimentum aliquod generari, renuntiantes.

Promittentes omnia et singula nostra supra scripta firmiter observare et contra ea, vel eorum alterum, in toto vel in parte, nullo unquam tempore sive casu, dolo, fraude vel ingenio aliquo de jure vel facto per nos ipsos, alium aut per alios facere aut venire.

In quorum etc.

Datum et actum Wratislawiae in die inventionis s. crucis  
a. D. 1329.

(*Ex arch. Trebon. — Köhler, Urk. des M. Oberlausitz I. 152. — Emser III. 1551.*)

**84. Henricus dux Slesiae, dominus de Furstemberg et in Jauer, Imperatori refert, se civitatem Gorlicz regi Boemiae vendidisse.**

**1329, 3. Maii.**

Serenissimo principi ac domino suo, dom. Imperatori ac Romanorum regi semper augusto Henricus D. gr. dux Sleziae, dominus de Furstemberg et in Jauer debitae subjectionis reverentiam cum parato ubilibet famulatu.

Serenitatis V. celsitudini praesentibus indicamus, expresse confitentes, quod nos incitati quadam ex causa rationabili, civitatem nostram Gorliz, quam cum allis bonis nostris a Vobis in feodum recipere consuevimus, cum toto suo territorio ac

appendiciis, magnifico principi d. Joanni B. et P. regi ac L. comiti, sororio nostro carissimo, pro certis bonis aliis per ipsum nobis in regno Boemiae coram multis assignatis principibus, vendidimus, ipsam sibi, heredibus et successoribus suis jure hereditario sponte et libere resignantes ac renuntiantes nostro, heredum ac successorum nostrorum nomine, omni dominio, actioni, impetioni, liti, juri, literis et adminiculis, quae nobis aut heredibus seu successoribus nostris, modo quovis vel ex causis quibuscumque, competit vel competere possent in eisdem. Quapropter C. V. apicem adoramus, quantum dictam venditionem nostram dignemini approbare, civitatem ipsam cum bonis suis et appendiciis, ut praedicetur, omnibus, ipsi regi, heredibus et successoribus suis ac regno Boemiae perpetuo, de certa nostra sciencia, confirmantes.

Dat. Vratislaviae a. D. 1329, die Inventionis sanctae Crucis.  
(*Ludewig Rel. V. 539. — Eml. III. 1550.*)

**85. Joannes rex Boleslaum ducem Lignensem de possessionibus suis hereditatiis, regi in feudum oblatis, infeudat.**

**1329, 9. Maii.**

A. 1329 mense Maio Boleslaus, dux Slesiae, dominus Brigensis, civitatem Lignicz cum suis pertinentiis, quam a fratre suo Wladislao clero vi abstulit et suae dicioni subdidit, a Joanne rege jure feodali quasi coactus suscepit et ad ejus obsequia perpetuo cum suis heredibus se astrinxit. (*Pulk. chron.*)

In gotes namen Amen. Wir Johans von gotes genaden kunig ze Beheim und ze Polan und graf ze Lucemburch, verjehen und tün ze wizzen allen den, die disen brief sehent lesen oder horent lesen, daz wir mit bedachtem mut, mit unserm guten willen, mit unserer manne rat, mit dem hochgeporn fursten, hern Bolezlawen hertzogen von Slezien und herrn ze Lygnitz, umb alle brache und krig, die zwischen uns und im von siner brüder wegen, hern Heinrichs und hern Vlotken, hertzogen von Slezien und herren von Brezlab, bisher gewert haben umb daz lant ze Lygnitz, burk und stat, Haynow, burk und stat, Goltperch die stadt, Chotzenow, die burk und swas

darczu gehört, gesünet und geeynet und ewiclichen berichtent sîn, also daz wir im, sinen erben und nachkomelingen dieselben und alle andere ihre eygen lant, die er von sinem, siner erben und nachkomeling namen uns mit willen und unbewungen oufgeben hat, und unser, unserer erben und nachkomelingen, chunigen von Beheim, und ouch unsers rîches ze Beheim man davon worden ist, sie sein versatzt oder unversatzt, wo sie die haben ietzunt bede, hi diseit der Oder und dort genseit, und die hernach gewinnen, swo sie die gewinnen, verligen haben ze einem rechten erblehen. Dieselben lant sin benant : Lygnitz, burk und stat, Haynow, burg und stat, Golperch die stat, Kotzenow die burk, Bryg, burk und stat, Nemptsch, burk und stat, Olow die stat, Grotkow die stat, Namzlow, burk und stat, Berolstat, burk und stat, Crutzeburch, burk und stat, Lantsperch, Tyefense und Bizin mit wîchpilden, derselben burge und stete und swaz darzu gehört, lant, guot und leut, ez sei verlehent oder unverlehent, mit allen rechten, vriheit und nuetzen, als sie von alder und irn eldern an sie kommen und pracht sint. Und gelob wir mit unsren trewen an alle argelist von unsren, unserer erben und nachkomeling wegen und mainen die egenanten unsren swager, sin erben und nachkomeling ze lazzen und behalden gegen allermaniclich bei allen irn rechten und bie aller vreiheit, in welcher weys daz an sie kommen und pracht ist von iren vorfaren, und nicht hindern, ez sie an manschaft, gulde, zinsen, zollen, gerichten, dem obersten und dem nidersten, in burgen, steten, dörfern und uf den landen, allerhanden berkwerch an golde, silber, plie, tzin oder swie daz ertzt genant sei, müntzen, phaffen, clostern, munchhoven, kyrchlehen, juden oder wiltbar, swaran daz leit, also daz die egenanten unsrer swager, sein erben und nachkomeling muegen vrielich an alle vrug und urloup brechen und bowen newe oder alte veste, swa sie des gelust, iren landen ze frome und ze guot.

Gescheh ouch, daz ire man, rittermessig leut, mit den vorgenanten unserm swager, sinen erben oder nachkomelingen oder sie selbe mit irn egnanten mannen hernach oder ietz und icht haben ze richten oder ze sachen, darumb sulle wir

uns nicht annemen, sonder ob denselben irn mannen von in wurde recht versait oder nicht recht geschehen muocht vor irn mannen, so sullen der oftgenant unser swager, sein erben und genozzen recht gebin und nemen.

Hat ouch er manne einer oder mer guot von uns und auch von in: der sol unser guot vor uns vorantwurten, und daz er, waz en oder sie darumb anget, vor in und iren mannen, und nindert anderswo.

Wer aber, daz ander leut, di ir genozze nicht enweren noch ir man, mit im, unserm swager, sinen erben oder nachkomelingen icht hetten ze sachen umb schult. guot oder von andern sachen, swie daz sei: darumb sulle wir uns nicht annemen, dieweil sie recht bieten ze tun vor iren mannen. Moecht aber denselben davon im nicht recht geschehen, so muegen sie sich vor uns beruffen und ir recht ervolgen. Und umb alle sache, dadurch sie vor uns werden geladen oder beruffen, sulle wir in setzen ze richter irn genozzen, ob wir sie selber nicht ledik wern ze hoern, und des sullen sie nicht vorder warten wanne in dem lande ze Brezlab.

Geschiht aber, daz ir genozze einer oder mer sie, unsern swager, sein erben oder nachkomeling haben ze beklagen: die mugen sie wol vor uns beklagen, und den sullen sie volgen vor uns, wo wir sein in Behem oder in Polan.

Auch sol man ire leute, ritter, rittermezig oder choufleut und swie sie genant sein, umb derselben unsers swagers oder siner erben und nachkomeling schult oder gelt nicht bekuemmern noch oufhalden in unsern landen, stete, dörfer oder vesten; aber irn purgen mag man wol zusprechen mit einem recht, swa man die vindet in den egeschribene unsern landen.

Auch sullen unser swager, sein erben und nachkomeling nach iren lehenn ze enpfahen uns, unser erben oder nachkomeling nicht furbas suchen wenne in dem chunichrich ze Beheim.

Ez ist auch gemachet, ob der oftgenant unser swager, sin erben oder nachkomelinge etzliche irer stet oder gewich-pildet vesten von noeten oder ander sachen verkouffen oder versetzen muezzen, daz sie dieselbe stat oder veste uns,

unser erben und nachkomeling des ersten anbieten. Und ob wir sie denne nicht kouften noch enloesten umb daz guet, da si ein ander man umb kouffen oder loesen wolde, so mugen si einem andern irem genozzen oder einem fugelichen manne die stat oder vesten verkouffen oder versetzen; und swer sie kouffet oder ze pfande innimt, der sal sie von uns, unsern erben und nachkomeling ze lehen enphahen und nemen gelicher wys, als unser swager, sein erben oder nachkomeling sie haben gehabt; doch sulle wir und unser erben oder nachkomeling allewege macht haben, dieselbe stat oder vesten zu loesen, vmb daz guot, darumb sie varsatzt ist, ob sie derselben stat oder vesten selber nicht enloesen, mit sulcher bescheidenheit, daz wir und unser erben oder nachkomelingin unserm swager und sinen erben die oftgenante stat oder vesten sullen widergeben zu loesen, wenne sie die geloesen muegen, mit allem rechten, als sie von in versatzet ist. Swaz aber sie gutes an stete und an gewichpildet vesten irn mannen verkouffen oder versetzen, des enduerfen sie uns nicht anbieten, die ez von dem oftgenanten unserm swager und seinen erben oder nachkomelingen ze lehen enpfahen und nemen.

Dise vorgeschriven red alle loben wir mit guten trewen, an arglist, ewiglich stet und gantz ze behalden, und daruber so geben wir im disen brief versigelt mit unserm insigel zu einem offenne vrkund und getzugnuzze der warheit. Der ist gegeben ze Brezlab, da man zalt von Christes geburd 1329 an dem nehsten dynstag nach des heyligen crutz tag, als ez funden wart.

(A. K. — *Goldast Beyl. 26. — Grünhagen I. 302. — Eml. III. 1556. — Vide processum Lehnicensem ab a. 1546. Tieftrunk 1868.*)

**86. Henricus, dux Sleziae et Glogoviae ac dominus Saganensis, possessiones suas regi Joanni resignans easdem ab eo in feudum recipit.**

**1329, 9. Maii.**

List Henrycha kniežete Hlohovského a Zaganského, že se poddává králi Janovi i budúcim králom i koruně české pod manstvie se všemi svými kniežetstvími 1329.

In nomine Domini amen.

Noverint universi tam praesentes quam posteri, notitiam praesentium aut copiam habituri, quod quia nos Henricus, D. gr. dux Sleziae et Glogoviae ac dominus Saganensis, ob specialis amoris affectum, quem erga magnifici principis, domini Johannis B. et P. regis ac L. comitis, domini nostri charissimi gerimus celsitudinem, habito nobis cum amicis quoque ac fidelibus nostris consilio diligent ac deliberatione matura, accendentibus etiam favore et consensu eorundem expressis ad subscripta, bonum in hoc nostrum principaliter, consequenter autem fidelium, terrarum, civitatum, hominum et bonorum omnium nostrorum infrascriptorum commodum statumque in antea pacificum perpendentes, princeps et vasallus suus, heredum, successorum suorum, Boemiae regum ac ipsius regni Boemiae, in perpetuum fieri et fore decrevimus, omnia et singula bona nostra sub eisdem libertatibus ac iuribus, quibus a praedecessoribus nostris ad nos pervenisse noscuntur, omnesque terras nostras, quas ad praesens possidemus vel possidebimus quocunque titulo in futuro, tam citra quam ultra fluvium, qui Odera dicitur, cum civitatibus ac castris eis adiacentibus ac aliis, Sagano videlicet, Vreinstat, Sprotaw, Grunemberch, Krozzen, Nuenburch, Wartenberch, Malnitz, Pusa, Pobersberch, Czulchow, Swibosin, Lubnaw, Butnicz, Bentschicz, Kopaniz, Brandatendorf, Netka, Babinmost, Premund, Prsibow, Trebechow cum ceteris fortaliciis et munitionibus nostris omnibus, appendiis, dominiis etc. nostro, heredum et successorum nostrorum, Sleziae et Glogoviae ducum ac dominorum Saganensium, nomine in regis ipsius manibus sponte et libere resignantes, ab eo in feudum recepimus perpetuum, factoque sibi per nos fidelitatis debitae homagio, praestito corporali nihilominus iuramento, ipsi regi, heredibus et successoribus suis praedictis tanquam veris dominis nostris velut princeps et vasallus eorum regnique Boemiae antedicti parere deinceps promisimus et intendere in eosdem et contra quemlibet principem et hominem ipsos pro viribus fideliter adiuvare; reservata nobis aedificandi ac restaurandi munitiones novas in terris nostris et bonis praemissis et destruendi veteres, ubicunque et quandocunque

nobis videbitur pro nostro, terrarum praedictarum et hominum nostrorum commodo expedire libera facultate.

Volentes et firmiter statuentes, ut, si forte nos, heredes aut successores nostri sublati de medio fuerimus, heredibus legitimis et praesertim masculinis non relictis, extunc iam dicta bona nostra, terrae, civitates et oppida cum omnibus pertinentiis suis, ut praedicitur, ad fratres nostros, principes illustres, d. Conradum videlicet, ducem Slesiae et Glogoviae, dominum Olsensem, ac d. Joannem, ducem Sleziae et Glogoviae ac dominum Stynaviae, heredesque masculos duntaxat, si quos reliquerint, si autem nulos post se masculos reliquerint, ad regnum Boemiae praedictum libere et hereditarie debebunt pertinere.

Hoc tamen adiciendum duximus nominatim, quod si nos ipsi, heredes vel successores nostri praefati cum clericis, ciuibus, rusticis et Judeis nostris aliquid causae, quaestio[n]is vel iudicij instauraverimus, de his et huiusmodi rex, heredes et successores sui praedicti nobis, heredibus vel successoribus nostris superstitibus intromittere se non debeant quovis modo. Si vero nobiles vel fideles terrarum nostrarum suprascriptarum debitam per nos, heredes vel successores nostros de suis quaestio[n]ibus aut causis nobis motis, de quibus iuxta literarum regalium datarum nobis continentiam, secundum fidelium nostrorum sentenciam et dictamen subire tenemur et facere judicium, assequi non possint iusticiam: regem, heredes et successores suos praenotatos adire poterunt, libere querelas ipsorum propnere et defectus, nosque heredes et successores nostri praedicti citati ibidem coram rege videlicet, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, ubique fuerit, Boemiae aut Poloniae coram altero vero principe per eos ad hoc iudice deputato, sisti tenebimur in terra Wratislaviensi duntaxat iudicio, facere et subire de nobis, heredibus vel successoribus nostris conuentibus quibuslibet iusticiae complementum.

Illud insuper specifice decrevimus exprimendum, quod si fortasse nos, heredes vel successores nostros gravatos inopia, debitibus aut alia causa rationabili aliqua territorii et dominii aliquanti de nostris vendere aut obligare continget munitionem

principi nobis aequali, aut etiam territorium non habentem seu dominium, alteri ipsi regno Boemiae competenti, munitionem eandem, sive dominium habeat et territorium sive non, vendendam vel obligandam ipsis regi, heredibus et successoribus suis exhibere p[ro]ae ceteris debeamus. Qui si ipsam emere vel in pignore recipere noluerint, princeps ipse munitionem praedictam, territorium videlicet habentem, emens aut pignore tenens in feudum ipsam recipere tenebitur ab eisdem, ipsisque tanquam suis veris dominis parere, servire, intendere de eadem. Alter vero, non princeps, emens vel pignore tenens munitionem nostram, ut praedicitur, territorium aut dominium non habentem, a nobis, heredibus et successoribus nostris eam in feudum recipere tenebitur. Hoc adiecto, quod rex, heredes aut successores sui antedicti municiones supradictas pro summa eadem, in qua obligatae fuerint vel venditae, redimere valeant, quando velint.

Illud etiam nolumus praeterire, quod si rex, heredes vel successores sui saepedicti nos, heredes aut successores nostros pro praestando ipsis per nos adiutorio ad partes extra Boemiam et Poloniam evocaverint alienas, subvenientiam nobis debitam, ne servitiis nimiis et importabilibus praeggravemur, facere teneantur.

In quorum omnium etc.

Datum et actum Wratislaviae fer. III post dominicam Misericordia Domini a. D. 1329.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Exc. apud Griinlagen et Markgraf Lehens- und Besitzurkunden Schlesiens im Mittelalter I. pag. 129.* — *Eml. III. 1557.* — *Pulkava.*)

## 87. Homagium Conradi ducis Olsnicensis.

1329, 10. Maii.

List kněze Kunrata Hlohovského a Olsnického, kterak se králi Janovi i budúcím kralóm a koruně české se všemi svými panstvími pod manstvie dává. 1329.

In nomine Domini amen. Noverint universi tam praesentes quam posteri notitiam praesentium aut copiam habituri, quod,

quia nos Conradus, D. gr. dux Sleziae et Glogoviae et dominus in Olsna, ob specialis amoris affectum, quem erga magnifici principis, d. Joannis B. et P. regis ac L. comitis, domini nostri carissimi, gerimus celsitudinem, habito nobis cum amicis quoque et fidelibus nostris consilio diligent et deliberatione matura, accedentibus etiam favore et consensu eorundem expressis ad subscripta, bonum in hoc nostrum principaliter, consequenter autem fidelium, terrarum, civitatum, hominum et bonorum nostrorum omnium infrascriptorum commodum statumque inantea pacificum perpendentes, princeps et vasallus suus, heredum ac successorum suorum, B. regum ac ipsius regni Boemiae, in perpetuum fieri et fore decrevimus, omnia et singula bona nostra sub eisdem libertatibus et juribus, quibus a praedecessoribus nostris ad nos pervenisse noscuntur, omnesque terras nostras, quas ad praesens possidemus vel possidebimus quoque titulo in futurum, tam citra quam ultra fluvium, qui Odora dicitur, cum civitatibus Wartenberch, Olsna, Mylitsch, Trebenitz, Trachenburch, Walow, Lubest, Wynczk, Herremstat et castris eis adjacentibus, cum aliis, Ploczk vid., Prusnitz, Sandewel, cum omnibus suis appendiis, dominiis, oppidis, villis, allodiis, feudis, feudalibus, nobilibus et plebejis, juribus, redditibus, proventibus et utilitatibus earundem, quocumque vocentur nomine vel in quibusunque consistant rebus, nostro, heredum et successorum nostrorum, Sleziae et Glogoviae ducum et dominorum Olsnensium nomine, in regis ipsius manibus sponte et libere resignantes, ab eo in feudum recepimus perpetuum, factoque sibi per nos fidelitatis debitae homagio, praestito corporali nihilominus juramento, ipsi regi, heredibus et successoribus suis praedictis, tanquam veris dominis nostris, velut princeps et vasallus eorum et regni Boemiae antedicti, parere deinceps promisimus et intendere in eosdem et contra quemlibet principem et hominem ipsos pro viribus fideliter adjuvare.

Reservata nobis aedificandi ac instaurandi munitiones novas in terris et bonis nostris praedictis et destruendi veteres, ubicunque et quandocunque nobis videbitur pro nostro, terrarum praedictarum et hominum nostrorum commodo, atque expediendi libera facultate.

Volentes et firmiter statuentes, ut, si forte nos, heredes aut successores nostri sublati de medio fuerimus, heredibus legitimis et praesertim masculis non relictis, extunc bona jam dicta nostra, terrae, civitates et oppida, cum omnibus suis pertinentiis, ut praedicitur, ad fratres nostros, principes illustres d. Henricum vid. ducem Sleziae et Glogoviae, Saganensemque dominum, ac d. Johannem ducem Slesiae et Glogoviae ac dominum Stynaviae, heredesque suos, masculos duntaxat, si quos reliquerint, si autem nullos post se masculos legitimos relinquint, ad regnum Boemiae praedictum libere et hereditarie debeant pertinere.

Hoc tamen adjiciendum duximus nominatim, quod si nos ipsi, heredes vel successores nostri praefati cum clericis, civibus, rusticis vel judaeis nostris aliquid causae, quaestionis aut judicii instauraverimus: de his et de huiusmodi rex et heredes sui praedicti nobis, heredibus vel successoribus nostris superstitibus intromittere se non debeant quovis modo. Si vero nobiles vel fideles terrarum nostrarum superscriptarum debitam per nos, heredes vel successores nostros de suis quaestionibus sive causis nobis motis, de quibus juxta litterarum regalium datarum nobis continentiam, secundum fideliū nostrorum sententiam et dictamen subire tenemur et facere judicium, assequi non possit justitiam: regem, heredes et successores suos praenotatos adire poterunt libere, querelas ipsorum proponere et defectus, nosque heredes et successores nostri praedicti, citati ibidem coram rege vid. et heredibus ac successoribus suis B. regibus, ubicunque Boemiae fuerint aut Poloniae, coram altero vero principe, per eos ad hoc judice deputato, sisti tenebimur et tenebuntur in terra Wratislaviensi duntaxat judicio, facere et subire de nobis, heredibus et successoribus nostris conquerentibus quibuslibet justitiae complementum.

Illud insuper specifice duximus exprimendum, quod si fortasse nos, heredes vel successores nostros, gravatos inopia, debitis aut alia causa rationabili, aliquam territorii et dominii aliquanti de nostris vendere vel obligare continget munitionem principi nobis aequali aut etiam territorium non habentem,

alteri regno Boemiae competenti fideli vel vasallo nostro : extunc munitionem eandem, sive territorium habeat et dominium sive non, vendendam et obligandam ipsis regi, heredibus et successoribus suis, B. regibus, exhibere p[re] caeteris debeamus. Qui si ipsam emere vel in pignore accipere noluerint, princeps ipse munitionem praedictam territorium vid. habentem emens aut in pignore tenens, in feudum ipsam recipere tenebitur ab eisdem, ipsisque tamquam veris suis dominis servire, parere et intendere de eadem. Alter vero, non princeps, emens vel in pignore tenens munitionem nostram, territorium aut dominium, ut praedicitur, non habentem, a nobis, heredibus et successoribus nostris eam in feudum recipiet. Hoc adjecto, quod rex, heredes et successores sui antedicti munitiones supradictas pro summa eadem, pro qua obligatae fuerint vel venditae, redimere valeant, quando velint.

Illud etiam praeterire nolumus, quod si rex, heredes ac successores sui antedicti, nos, heredes vel successores nostros in adjutorium sibi per nos praestandum ad partes alienas extra Boemiam vel Poloniam evocaverint, subvenientiam nobis debitam, ne serviis nimiis aut intolerabilibus praeggravemur, facere teneantur.

In quorum omnium etc.

Datum et actum Wratislaviae a. D. 1329, VI. Idus Maii.

(A. K. — *Pulkava*. — *Ludwig V.* 630. — *Balb.* VIII. p. 225. — *Sommersberg Sc.* I. 832. — *Emler III.* 1558. — *Grünh.* II. 19.)

## 88. Civitatis Gorlicensis regno Boemiae incorporatio, privilegiis ei simul confirmatis.

1329, 19. Maii.

Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, omnibus quibus praesentes exhibitae fuerint, in perpetuum.

Ab eo, per quem reges regnant et imperant, principatus regum et principum emanavit auctoritas, ut virga aequitatis et disciplinae subditos sibi regant populos, baculoque correctionis et justitiae barbaras subigant et corrigant nationes.

Sane quia fideles nostri dilecti cives Gorliczenses coronae et mensae regni nostri Bohemiae stabiliter affigi ac inseparabiliter uniri, ut eo placibilius tantoque vehementius per nos, heredes et successores nostros, Boemiae reges, in sua causa foveantur et ubilibet in suis continuaisque proficiant sub nostri regiminis umbraculo incrementis, desiderant: nos ipsorum grato in hac parte benignitatis occurrere volentes desiderio, cives eosdem ac ciuitatem Gorlicz cum omnibus suis pertinentiis, dominio, proventibus, redditibus, censibus, utilitatibus et quaestu aduocaciae ibidem nobis, heredibus et successoribus nostris regibus ac ipsi regno nostro Bohemiae perpetuis inantea temporibus incorporandos duximus et indissolubiliter uniendos.

Promittentes nostro, heredum et successorum nostrorum praedictorum nomine, cives ipsos, ciuitatem et proventus aduocaciae ibidem a corona regni nostri antedicti nullo unquam tempore alienare, venditione videlicet, obligatione, permutatione, infeudatione, donatione vel alio quovis modo, sed ipsos et eam nobis, heredibus et successoribus nostris omnimode reseruare, volentes ac firmiter statuentes, ut cives civitatis ejusdem eis iuribus, quibus freti sunt hactenus, Magdeburgensibus videlicet, prout ipsis a marchionibus Brandenburgensibus est concessum, in suis utantur de cetero judicii quaestionibus, contractibus atque causis.

Concedimus etiam civibus praedictis gratiose usum lignorum de merica nostra provinciali pro aedificiorum necessariis succidere, si forte, quod absit, ciuitatem dictam in parte vel in toto sibi contigerit incendio desolari.

Et quod de bonis suis, quae propriis ad ciuitatem excolunt araturis, taxaciones solvant in ciuitate solitas et collectas, nec de ipsis ad solutionem collectae qualis, quae volgariter berna dicitur, nobis aut alteri nostro nomine de cetero teneantur.

Admittentes, quod, si cives ipsi bona aliqua a nobis, heredibus vel successoribus nostris supradictis in feudum recipienda et a praedecessoribus nostris recipi consueta emptionis titulo comparaverint citra marcas decem, aduocatus ibidem, qui pro tempore fuerit, nobis absentibus infeudare possit eos usque ad nostram praesentiam de eisdem.

Recognoscimus nichilominus, quod, si cives iam dicti procurante seu mandante aduocato ipso hostes ciuitatis aut nostros insequendo aut etiam invadendo dampnificati rationabiliter fuerint, ipsa sua dampna eis tenebimur resarcire.

Si quis vero feudalium districtus Gorlitzensis bona sua, quae possidet, quocunque titulo vendere seu alienare decreuerit, per aduocatum praefatum licenciam recedendi de eisdem sibi dari simpliciter inhibemus, quo usque per viam amoris, aequitatis vel iusticiae cum suis omnibus componat creditoribus, quibus scienter praesens debitorie fuerat obligatus.

Et ne quis, cuiuscunque conditionis, status vel preemi-  
nentiae fuerit, tabernas unam vel plures infra distantiam miliaris  
unius a ciuitate ipsa de novo praesumat omnimodo instaurare,  
vel tutelam Judaeorum Gorlitzensium, quos ciuibus saepedictis  
gubernandos, regendos et ab injuriis quibuslibet perpetuo  
defensandos nostro, heredum et successorum nostrorum pre-  
pictorum nomine et vice committimus curam, sibi ausu temerario  
vendicare.

In quorum omnium testimonium et cautelam ampliorem  
praesentes literas fieri et sigilli nostri majoris patrocinio  
fecimus roborari.

Datum et actum Gorlicz a. D. 1329, XIV. Kal. Junii.

(*E copia Rudolfi episcopi ddo. Godow 25. Nov. 1424 in  
archivo civ. Gorliczensis asservata typis exc. Tschoppe et  
Stenzel. — Köhler I. 148.*)

**89. Vitko episcopus Misnensis contestat divisionem  
bonorum inter fratres suos dom. Henricum et Thymonem  
de Kolditz.**

**1330, 5. Febr. (Mogelin.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**90. Ulricus comes de Leuchtenberg declarat se esse  
vasallum Joannis regis in medietate castri Peczenstein.**

**1330, 9. Febr.**

List Oldřicha lantgrabi z Laytamberka, že od krále Jana na  
zámek Peczenstein léno přijal. 1330,

(*A. K. — Emler III. 1618.*)

**91. Foedus Joannis regis cum ducibus Austriae.  
1330, 9. Maii.**

Wir Johans chunig ze Beheim veriehen „daz wir durch liebe und freundschaft und durch vrîd und genade aller unser lande und leut uns mit einer lautern fruntschafft gemachet und verbunden haben ze den hochgeboren fürsten Albrechten und Otten, herzogen ze Osterrîch und ze Steyer und Kernten, ze Chrayen, auff der March und ze Portnaio, und si sich herwider ze uns, di weil wir leben, ze baiden seiten, und auch unser jetweder chinde, daz die in derselben puntnusse sullen sein alle, die weil wir, ir vater, leben, zu einer ganzen freuntschaft und einer freuntlichen helffnusse wider aller menlich, an die heiligen kirchen und daz Rîche und chunig Karel von Ungern, den wir also beschaidenlich ausgenommen haben nach unsren brieten, als di sagen, die er von uns hat.

Wir nemen auch aus herzog Hainrich von Bayren den eltern, vnsern aydem, mit solcher bescheidenheit, ob er mit den hertzogen von Osterîch kriegen wurde oder si mit im, möcht wir si denne mit einander nicht berichten, so sullen wir stille sitzen in dem krieg und einem auff den andern nich beholffen sein.

Wir nemen auch aus den edelen man, graf Ulrich von Wirtenberch, also ob er mit den vorgenannten herzogen von Osterrîch oder si mit im wurden kriegen, so sullen wir macht haben uns anzenemen, daz freuntlich ze verrichten um alle sache, die ietzund oder hernach zwischen in sind, und wie wir dieselben sache verrichten, des sullend si uns baidenthalben gevölgig sein.

Und ze gelicher weiss habent sie ausgenomen den erwirdigen fürsten den bischof von Strazburch, also beschaidenlich, ob wir mit im oder er mit uns kriegen wurden, daz deme diselben hertzogen auch macht sullen haben, dieselben sache ze verrichten freydtlich, und wie sie die sache verrichtent, des sollen wir beidenthaben gevölgig sein.

Wir sullen auch wider die egenannten hertzogen von Osterrîch, chaiser Ludwigen von Rom, oder ob ein ander chunig oder chaiser ufgestunde, er wer einwelich oder nicht, deheins kriges zu legen.

Es ist auch getaidingt, daz unser kainer sich verbinden fürbaz gen nimand sol, ez nem ainer den andern aus mit namen, und auch also, daz ez dieser puntnusse an disen briefen nicht schade. Wenne auch dez Rîche fürbaz ledig wirt, wollen wir uns denne um das Rîche annemen und darnach stellen, so sullen uns diselben hertzogen von Osterich darzu beholffen sein, freuntlich trewlich, und sullen si da inne besorgen mit allen sachen, als wir des notdürftig sein und daz wir ez dester baz erzugen mügen.

Wer aber, daz wir uns um daz Rîche nicht annemen wolten und si darnach stellen wolten, so sullen wir in darzu beholffen sein, freuntlich trewlich, vnd sullen wir si da inne besorgen auch mit allen sachen, als sie des notdurftig sein vnd daz sie es dester baz erzugen mügen.

Wer aber, daz der vorgenant herzog Albrecht oder hertzog Otte sein bruder, des Gott nich engebe, abgienge und stürbe, so sol doch dieselbe püntnusse stet beleiben zwischen unser und ir einen, der denne lebet, und unsern beiden chinden in aller der mazze, als vorgeschriften stet.

Wer auch, daz si beide abgiengen und nicht enwern, des Gott nicht wolle, so sullen wir irre chinde, lant und leut pfleger sein mit gantzen tuen, als unsers selbers kinde, als lange untz dieselben ire chinde zu iren tagen kommen; also sullen si auch herwider, ob wir abgiengen, unser kinde, land und leut pfleger sein mit denselben trewen, als ir selbes chinde auch, als lang untz unser chinde zu ihren jaren kommen, an geuerde.

Und darumb loben wir dise püntnusse, als vorgeschriften stet, gantz und stete ze haben bei dem aide, den wir darumb gesworn haben ze den heiligen ewangelien, und geben darüber disen brief versigelt mit unserm grozzen insigel, daz daran hanget, zu einer gezugnuzze der warheit.

Der ist geben ze Landow, do man zalt von Christes gepurde drewzehen hundert jar, darnach in dem dreizzigsten jar, der nechsten mitwochen nach dem suntag, wenne man singet: Cantate Domino.

Und aller diesen vorgeschriben püntnusse und sachen  
sint gezeug etc.

(*Steyerer, Comment. pro hist. Alberti II. p. 26. Ex tab. caes. Vindob. — Böhmer, Reg. Imp. 194, n. 128. — Eml. III. 1636.*)

**92. Ludowicus Romanorum rex domino Henrico et Dyemoni de Kolditz confirmat feudum et jus, quod habent super castro et civitate Kolditz.**

**1330, 24. Maii. (Würnitz.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**93. Promissio circa bernam per regnum Boemiae.**

**1331. 22. Aug.**

Nos Johannes D. gr. B. et P. rex ac L. comes, recognoscimus tenore praesentium universis, nos temporibus retroactis omnes et singulas bernas, ad quarum praestationem sive solutionem nobis ratione coronationis nostrae ac desponsationis seu dotationis filiarum nostrarum, postquam ad aetatem nubilem, annos videlicet duodecim, pervenissent, ac deinde post annum desponsationis factae, regnum Boemiae ac ipsius incolae, episcopi, clerus, religiosi, barones, nobiles, civitates, cives, pauperes et divites, faciendam erant obnoxii, plenarie et integraliter recepisse. Post haec etiam ad nostras preces pro defectibus et necessitatibus nostris pluribus et evidentibus, quas alias evadere non potuimus, bernas plures non de jure, sed de eorum mera benivolentia nobis ipsos persolvisse profitemur, recognoscentes, quod ipsi nobis (sic) alicujus bernae, ut prae-dicitur, minime tenebantur, quod majestas regia apud ipsos non immerito recognoscit.

Ob quod sincere promittimus et volumus ipsos, episcopos, clerum, religiosos, barones, nobiles, civitatum cives ac incolas ipsius nostri regni, inantea circa jura ipsorum ab antiquo observata inviolabiliter permanere, nullamque bernam per nos, heredes nostros vel quempiam nostro nomine ab ipsis de cetero petere (et) recipere volumus nec debemus, nisi contingat in futuro alias nos habere filias aetatis legitimae supradictae, et tunc

post unum annum, postquam desponsata fuerit earum aliqua, aut filium nostrum in regem Boemiae coronari, tunc enim licebit nobis, et non prius, bernam ab ipsis, per fertonem tantum de laneo quolibet, accipere et recipere, et non ultra.

Praeterea et bona nostra fide et sincera promittimus, ipsos, episcopos, clerum, religiosos et civitatum cives, in receptione bernae alicujus a baronibus (et) nobilibus terrarum nostrarum non sejungere, aut contra barones et nobiles in bernae alicujus singularis datione ab ipsis similiter sequestrare et dividere; sed volumus, ut ipsi omnes et singuli ad solutionem et dationem alicujus bernae nobis vel heredibus aut successoribus nostris persolvendam insimul sint astricti. Si contrarium aliquod per nos vel filium nostrum aut alium ex parte nostri quemcunque fuerit attemptatum, ipso facto exnunc prout extunc omnibus et singulis ipsius regni nostri incolis, vid. episcopis, clero, religiosis, nobilibus, baronibus et civitatum civibus pauperibus et divitibus, bernam ipsam nobis, heredibus et successoribus nostris denegandi, mutuo se juvandi et nobis resistendi, in hac parte tantum in solidum, plenam et liberam praeter quamvis nostram displicantiam damus praesentibus facultatem.

Harum quas coram principibus, nobilibus seu quibuscumque aliis demonstrare poterunt, in testimonium super eo datarum majori sigillo signatarum.

Datum Tust a. D. 1331, in octava Assumptionis glor. Virg.

(*Lib. vel. Prag. — Chyt. VI. suppl. 29. — Eml. III. 1807.*)

**94. Joannes dux Sleziae et dominus Stinaviae omne  
jus proprietatis et successionis in civitate et territorio  
Glogoviensi post patrem Henricum aut fratrem Prim-  
konem sibi competens resignat et tradit Joanni regi.**

**1331, 1. Oct.**

List kniežete Stěnavského, že kniežetstvie Hlohovské zastavil králi Janovi ve dvou tisících hřivnách. 1331.

Nos Joannes D. gr. dux Sleziae et dominus in Stinavia, notum fieri volumus universis tam praesentibus quam futuris,

praesentes literas inspecturis, quod nos animo deliberato maturoque consilio, sani mente et corpore, totum jus proprietatis ac dominii, devolutionis et successionis hereditariae, quod ex parte domini quondam genitoris nostri, dom. Henrici, aut ex parte dom. Prymkonis, b. m., fratris nostri, ducum Glogoviae, in ipsa civitate Glogov, territorio, juribus, reditibus, censibus, proventibus, suisque appendiis et pertinentiis omnibus et singulis, quibuscumque nominibus censeantur, nobis hactenus competiit aut in praesenti competit vel competere poterit in futuro, magnifico principi, domino nostro, d. Joanni regi B. ac P. ac comiti L. et heredibus suis, pro 2000 marcarum Polonici pagamenti, 48 grossos Pragensium denariorum pro marca qualibet computando, quas ab ipso domino rege recepisse paratas praesentibus nos fatemur, vendidimus, cessimus et resignavimus libere in praesentia illustrium principum et dominorum, Boleslai vid. ducis Sleziae, domini Lignicensis, dom. Conradi, fratris nostri carissimi, ducis Glogoviae et domini Stinaviae, dom. Wytigonis episcopi Mysnensis, et aliorum magnorum nobiliumque multorum virorum, convocatis et evocatis ad hoc civibus Glogoviensis universis, quos omnes tam divites quam pauperes, juvenes quam senes, sexus etiam utriusque, in loco publico ante hospitium dicti dom. regis, hoc est ante domum Henrici filii quondam Eckardi civis Glogoviensis, convocabimus, a praestito nobis homagio et fidelitatis debitae juramento et liga qualibet, quibus nobis tenebantur hactenus et astringebantur, absolvimus et absolutos a nobis et heredibus nostris, si quid adhuc nos habere contigerit, eos fore, publice pronunciamus; dirigentes et demonstrantes seu transferentes eos ad ipsum regem et heredes suos, tanquam homines ligios et fideles ad veros legitimos et hereditarios, de cetero suos dominos, doli, fraudis et malitiae fomento quolibet procum moto.

Renunciantes sponte in his scriptis et expresse nostro et heredum nostrorum nomine, omni juri, proprietati et dominio, quae nobis in praedictis civitate Glogov et territorio ipsius ac ceteris annotatis superius hucusque competitorunt, competent praesentialiter aut competere poterunt in futuro quoquo modo, exceptioni nihilominus doli mali, in factum actioni, bene-

ficio restitutionis in integrum, literis quoque a papa, Romanorum imperatoribus et imperatore sive regibus et rege impetrandi ac etiam impetratis, omnique juris auxilio tam canonici, quam civilis, quibus praesenti nostrae venditioni, cessioni ac resignationi spontaneae modo posset aliquo derogari aut etiam obviari; et promittentes bona fide, nostro et heredum nostrorum nomine, praedictum contractum nostrum praesentem venditionis sc., cessionis ac resignationis nostrae voluntariae omnium superius expressorum inviolabiliter perpetuis inantea temporibus observare et contra praemissa vel praemissorum aliquid, de jure sive de facto, per nos ipsos, alium vel alios, nullo unquam tempore facere vel venire aut aliqualiter contraire.

In quorum omnium testimonium, memoriam et cautelam praesentes fieri et sigillorum, nostri videlicet et ven. patris in Christo domini Wytigonis, Mysnensis episcopi, nec non civium seu civitatis Glogoviensis a nobis rogatorum, appensionibus fecimus roborari. Et nos Wytigo D. gr. Mysnensis episcopus, judex, scabini et cives Glogovienses antedicti, ad preces d. Johannis ducis supradicti, sigilla nostra praesentibus in testimonium enarratorum superius omnium et singulorum duximus appendenda.

Datum et actum Glogoviae in die b. Remigii a. D. 1331.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Grünh. I, 133.* — *Eml. III. 1836.*)

**95. Joannes rex privilegia civitatis Glogoviensis confirmat, promittens dictam civitatem nunquam a regno Boemiae alienandam.**

**1331, 2. Oct.**

(*Regestum apud Grünhagen ex libro nigro civitatis Glogoviae.* — *Eml. III. 1837.*)

**96. Duces Sleziae Boleslaus, Wenceslaus et Ludwicus, domini Legnicenses, terras suas Joanni regi resignantes easdem ab ipso in feudum recipiunt.**

**1331, 13. Dec.**

Nos Boleslaus, Wenceslaus et Ludvicus D. gr. duces Sleziae et domini Lignicenses, ad universorum tam praesentium

quam futurorum notitiam tenore praesentium volumus devenire, quod nos, habita deliberatione et contracto inter nos et cum fidelibus nostris consilio diligenti, nullo metu nos penitus urgente, sed motu proprio et bona nostra et libera voluntate induci, omnes terras, civitates nostras, Lignitz vid. cum castro ibidem, Goldperg, Haynow cum castro adjacente, Brigk cum castro, Olow, Grotkaw, Nemptz cum castro, Namzslaw cum castro, Peroltstat cum castro, Creutzpurg cum castro, Bitschin, Lantsberg et Chuntzenstat cum castro, Choczenow et Tyefense castra nostra, cum territoriis et pertinentiis ipsorum, omnibus et singulis, quibuscunque distinguuntur nominibus et in quibuscunque consistant rebus, quas et quae ab ineunte nostra aetate a parentibus et progenitoribus nostris liberas semper et ab omni servitute distrigatas tenuimus et possedimus, principis magnifici dom. Joannis B. et P. regis ac L. comitis, domini et sororii nostri carissimi, ante fores ecclesiae b. Joannis in Vratislavia submisimus ditioni; ipsa et ea pro nobis et heredibus nostris praesentibus et futuris dicti regis libere resignantes in manus, ut principes vasalli sui, heredum et successorum suorum ac regni Boemiae fieri valeamus. Ipse vero dominus rex affectionem nostram et vota considerans, grato favore nobis occurrens, nos et heredes nostros in principes et vasallos suos, heredum et successorum suorum regum ac ipsius regni Boemiae recepit placite et assumpsit, praefatas terras, civitates nostras atque castra cum omnibus suis, ut praemittitur, appendiis, nostro et heredum nostrorum praedictorum nomine, in feudum perpetuum et hereditarium conferendo, ita quod regem ipsum, heredes et successores suos prae-notatos, de cetero dominos nostros et legitimos nos et heredes nostros recognoscere et eis intendere fideliter et assistere perpetue teneamur.

Unde si, quod absit, nos ipsos vel heredes nostros migrare contingeret ab hac vita, heredibus masculis legitimis de corporibus nostris procedentibus non relictis, saepedictae terrae nostrae et civitates cum castris et appendiis suis omnibus ad supra dictos regem, heredes et successores suos nec non ad ipsum regnum Boemiae nomine et titulo

dominii devolventur. Si tamen, urgente casu aliquo, civitatem nostram aliquam sive castrum cum territorio vel sine territorio nos vel heredes nostri vendere compellamur principi vel nobili viro alteri, qui civitatem ipsam vel castrum a nobis vel heredibus nostris in feudum recipere voluerit et habere, ipsam vel ipsum eisdem regi, heredibus et successoribus suis emenda offerre tenebimur et exhibere, pretio si voluerint, comparanda; sin autem, ex tunc licebit nobis illam vel illud viro fideli et idoneo vendere, qui in feodium ipsam vel ipsum ab ipsis rege, heredibus aut successoribus suis recipiat, facturus et exhibiturus eis servitia debita, juxta morem suorum fidelium aliorum et consueta.

Mandamus igitur universis et singulis, baronibus, nobilibus, clientibus, vasallis, fidelibus, civibus, oppidanis, villanis ac ceteris nostris hominibus, omnibus et singulis, qui nunc sunt vel erunt tempore futuro, quatenus supradictis regi et successoribus, heredibus suis, si (quod absit) ut praedicitur, nos et heredes nostri decesserimus heredibus masculinis non relictis, tanquam veris et naturalibus dominis suis, ad quos ipsos praesentibus ordinamus et dirigimus, serviis et modis aliis, juxta communem fidelium Poloniae consuetudinem intendere debeant et parere.

#### Testes

Datum Pragae, in die b. Luciae a. D. 1331.

(*Arch. S. Wenc. — Grünhagen I. 306. — Eml. III. 1862.*)

#### 97. De castris et civitatibus in Imperio a Joanne rege non acquirendis.

K. Johann vereinigt sich mit Kaiser Ludwig dahin, dass der erstere sich keiner zum Reich gehörigen Burg oder Stadt unterziehen soll ohne des Kaisers Willen, der ihm jedoch die lehen, die er jetzt hat, für seine schäden lassen soll.

#### 1331, 19. Dec. (Frankfurt.)

(*Böhmer, Reg. Imp. — Eml. III. 1864.*)

#### 98. Pactum militare inter Joannem regem et Fridericum lantgravium Thuringensem.

#### 1332, 6. Juni.

Wir verichen öffentlich, daz wir durch sunderlich lieb und frientschaft, die wir ze einander haben, und bezzerung

vnd frid vnd genade vnser beider lande vnde leute willen,  
einmuticlich vnd eintrachticlich vberein chomen sein, also daz  
wir alle vnser beider lebtage an einander beholfen sullen sein  
gegen alle die, die an vnser, des vorgenanten chunges Beheim,  
Merhern vnd Polan, vnd vnser, des egenant marcgrafen  
Meisen, Duriingen, Osterlont und Plisnerlant, lant vnd herschete,  
stozzen, der veinde wir wern, mit hundert mannen mit helmen,  
wie ofte oder wenne vnser einer den andern des ermant und  
bedorf; also bescheidenlich, swenn vnser einer dem andern  
hundert man mit helmen ze helfe sendet, daz er den die  
choste geben soll, vnd ob sie schaden nemen, den sol der,  
der daz volke gesendet hat, selber tragen, vnd ob sie frumen  
nemen, ez wer mit vesten oder mit geuangen, der frvnd sol  
des herren sein, ze dem sie gesant werdent. — Ez ist auch  
geret und geteidinget zwischen vns, ob vnser einer dem  
andern durch notdurft vber die hundert man mit helmen, mit  
zwain hundert mannen oder mer oder minner, seinen dinst  
haben wolte gen seinen veinden, als vorgeschriften ist: darvber  
sol iecslicher vnder vns czwenn seiner monne chiesen; die vier  
sullen vollen gewalt haben von vnser beider wegen ze sprechen  
vmb dinst vnd vmb schaden, vnd swaz dann die vier ein-  
muticlich sprechent bei iren trewen, als ez sie dunchet redlich  
sein, daz sol von vns beiderseit an alle widerrede chraft  
haben vnd gancz vnd stet beliben. — Ez ist auch geteidinget,  
daz wir beidenthalben daz romisch reich ouz nemen, sunder  
ob ein cheiser oder ein romisch chunig in vnser eines lant  
ze schaden ziehen wolte, so sol der ander an allez geuerde  
stille siczen vnd dem selben cheiser oder romischen chunge  
weder mit rat noch mit tat, noch mit landen, noch mit leuten  
an alle argliste dehein dinst noch dhein helfe tun. — Vnd wer  
getan, daz wir Johans, chunig ze Beheim, des vorgenanten  
marcgrafen von Meisen dinst vnd helf bedorften, daz sulle  
wir im vor einem monade embieten vnd ze wizzen tun in die  
stat ze Dresden; wer aber, daz vns Fridrich, marcgraf von  
Meisen, des egenanten chunges von Beheim dinst vnd helfe  
not wurde, daz sulle wir im gelicher weis einem monade vor  
in die burch ze Prag verbotscheften vnd empieten.

Der ist gegeben, do man zalt von Christes geburt dreuzehenhundert iar, vnd dar nach in dem zwei und dreizigisten iare, an dem pfingstabent.

(*Ex orig. arch. reg. Dresd. typis excussit Eml. III. 1905.*)

**99. Pactum concordiae inter Ludovicum Rom. Imp.  
et regem Joannem.**

**1332, 23. Augusti.**

Verichen und tun chund, daz wir nach richtigung des hochwirdigen herrn Baldwins, ertzbischof ze Trier, vnd anderer vnserr friunt vnd rat ein gantz ewig verainung vnd friuntschaft vmb alle bruche, ouflauf vnd missehelung, die zwischen vns biz her gewesen sint, gemachet haben vnd machen sie ouch mit disem brif, als hie geschriben stat, also daz wir beiderseit an einander beholfen sullen sein wider aller menlich, si sein geistlich oder wertlich, wie si genant sein, si sein hoch oder nider, ze allem dem, daz wir itzund inne haben oder noch ein gewinnen. Und wir chunig Johans vnser tochter Annen vnsers herren des cheisers sun, dem hochgeboren fursten hern Ludowig, markgrafe ze Brandenburg, ze einer eelicher housfrowen geben, vnd sullen die selben antworten zwischen hie vnd sand Lucas tag, der schirist chomet, gegen Frankenfort in die stat, in der gewalt, die vnser herr, der cheiser, dar zu benennet vnd erwellet. Und sol man die selben vnser tochter behalten untz ostern, die schirist choment, vnd dannen vber ein iar, also daz der hyrat vnd zulegung zwischen in niht geschehen sol auf die rede, daz wir in der vryst versuchen sullen, ob wir dispensationn vnd vrlaub von dem stul ze Rom erwerbe mugen vber die sipteil, die zwischen in ist, vnd sullen ouch daz werben, so wir beste mugen, an allen argen list; mochte wir ez aber in der vryst ê erwerben, so mag man sie ouch ê ze samen legen. Geschehe des allez niht, so sullen wir, der cheiser, die vorgenanten junchfrowen Annen, swenn sie vnser swager, der chunig, nach der vorgenanten vryst vordert, dar nach in vier wochen den Rein ze tal antworten gen Pingen oder gen Chobelentz oder eingen Beheim

gen Tachow oder hintz dem Ellenbogen, sweders er wil. Wir, chunig Johans, sullen ouch vnsrer tochter Annen geben zehn tousent schok pfennig prager montze ze heimstewer, vnd die sullen wir ir geben ouf di zil, als vnser lieber vetter her Baldwin ertzbischof vnd graf Berthold von Hennenberch vns heizzent.

Ez sol vnser, des cheisers sun, markgraf Ludowig von Brandenburch, der vorgenanten vrowen Annen geben ze widerlegung zehn tousend schok pfennig prager montze vnd sol si der richten, nach dem der hyrat geendet wirt, in iares vrist in der mark ze Brandenburch ouf den steten Frankenfort, Struzperch vnd Munichperch vnd daz darzu gehoret. Darzu sol er si nach seinen eren bemorgengaben. Swenn ouch der vorgenant markgraf selber gelobt vnd gesworen hat den hyrat ze vollfueren vnd sein brif dar vber gibt, so sullen wir, der cheiser, des geduldes ledik sein von dem hyrat, daz man vns dar umb nicht manen soll, wann er ze seinen tagen chomen ist, doch sullen wir ez furdern, an allez gewerde.

Ez ist ouch zwischen uns geteidingt, daz wir, chunig Johans, schaffen vnd zvbringen sullen, daz die stet vnd gut ze Lamparten, die von dem cheiser vnser pfant sint, tun und vollfueren allez, daz wir tun sullen nach den brifen, die dar vber gegeben sint, und sol daz geschehen zwischen hie vnd virtzehen tag nach dem ostertag, der schirist chomet. Geschehe das nicht, so sullen die stot vnd gut dem cheiser an allez get ledig sein. Wir, chunig Johans, sullen ouch dem cheiser oder seinen boten die vorgenanten stet vnd gut wider ze losen geben, als die brif sagent, di vor dar vber gegeben sint, vnd sol ouch der pfening weren ze Venedi in aller der weise, als man ze Trient getan solt haben.

Wir, der cheiser, sullen ouch schaffen, daz alle die laute (sic), die ze Lamparten in steten vnd ouf dem lande mit dem chunig von Beheim gewesen sint, gantz sun vnd friuntschaft haben, an allez geverde. Wir, der chunig, geheizen ouch, daz wir die selben stet vnd gut ze Lamparten niht versetzen sullen, weder dem babst, noch dem chunig von Frankrich, noch anders yemant von irn wegen.

Wir, der cheiser, sullen dem chunig von Beheim auf die von Berne nicht beholfen sein und sol vns auch dar vmb niht manen; wir wollen auch in wider den chunig nicht beholfen sein, sunder sullen wir sie friuntlich weisen mit vnsern brifen vnd botschaften, daz si im widergeben vnd lazzen volgen, daz si im genomen habent. Wolten si aber des niht gehorsam sein im wider ze geben Prichse die stat vnd swas sie im genomen habent, do mag er si an greifen an allen guten, die si inne habent, vnd daz sol niht wider vns sein.

Wer aber, daz wir, der cheiser, den von Berne zulegten vnd beholfen wern, so mag vnser vorgenanteer swager, der chunig, vns manen vnd sullen wir im tun, als unser brif sprechent.

Ouch schatzen wir, der chunig von Beheim, daz wir vnser lehen von vnsern herren, dem cheiser, empfahen sullen von virtzehen tag nach dem oster tag, der schirist chomet, vber ein iar an alles vertzichen, wir mugen sein dann mit seinem guten willen vnd gunst lenger vberik werden.

Wir, der cheiser, nemen ouz mit namen vnser oheym von Osterich vnd alle vnser vettern, pfaltzgrafen bey Rein vnd hertzoge in Obern und in Nidern Beyern, vnd vnsern oheim, den hertzogen von Chernden, vnd vnsern aidem, margraf Fridrich von Meissen, all gemainlich auf recht.

So nemen wir, der chunig von Beheim, ouz die hertzogen von Osterich, den hertzogen von Chernden, den markgrafen von Meissen, hertzogen Heinrich von Beyern, vnsern aidem, den chunig von Frankrich, den chunig von Vngern, vnsern vettern den ertzbischof von Trier, den ertzbischof von Cholen vnd den grafen von Gulich, auch all gemainlichen auf ein recht.

Sunderlichen sullen auch die gegenburtig brief vnd ainung stet und vntzerbrochen beliben, unschedlich allen vnsern vordern brifen, wenn also vil, als si verendert sein mit disem gegenwertigen brife.

Vnd daz daz alles stet vnd vntzerbrochen beleibe, der geben wir disen brif mit vnser beider insigel versigelt, vnd ze einer merer steticheit vnd sicherheit haben wir Baldwin, von gotes gnaden ertzbischof ze Trier vnd pfleger des heiligen stules ze Meintze, vnser insigel an disen brif ze vnsers herren

cheiser Ludowig vnd vnsers vettern des chuniges von Beheim beider insigel hängen lassen.

Vnd daz ist geschehen vnd der brif ist gegeben ze Nurmberch an sand Bartholomei abent des zwelifboten, do man zalte von Christes geburt dreuzehenhundert iar vnd dar nach in dem zway vnd dreizigisten iare, in dem achzehenden iar vnser, cheiser Ludowigs, rîchs vnd in dem funften vnsers cheisertomes.

(*Emler III. 1933.*)

**100. Joannis regis cum Alberto et Ottone ducibus Austriae et Styriae amicitiae contractus.**

**1332, 30. Nov.**

Wir Johans, chunig ze Behem, vnd wir Albrecht und Ott, herczogen ze Oesterreich, veriehen, daz wir uns lieplich vnd vreuntlichen mit einander veraynet haben durch vrid vnd nucz aller vnser land vnd lüete, vnd daz dest nimer archwones vnd zwiuels zwischen vns sei, so haben wir bederseitt an aydes stat gelobt, daz vnser ietweder dem ander oder den andern getrewe vnd gewer sei, vnd zwischent vnsern chindern, noch nicht ger noch tracht, daz dem ander oder den andern weder an leib, eren noch gut schade sei, noch niemant dorauf sterckch noch anweis mit dheinen sachen, an allez geuerde.

Wer ouch, daz ieman vnser eynt weders schaden werben wollte oder wurbe mit worten oder mit werchen, daz sol der ander oder die andern fuerchomen vnd wenden, als verre er mag oder als verre si mogen, vnd sullen vns furbaz getrewlichen vnd genczlich an einander lazzen leibes, eren vnd gutes.

Wir wellen ouch, daz alle punde stet beleiben, die vnser ietweder gegen sinen vreunden getan hat. Gemaynlichen bederseite haben wir daz heilig Ryche ausgenomen, darzu vnsern lieben bruder, kunig Charlen von Vngern, vnd den herczogen von Chernden. So haben wir, chunig Johans, sunderlich ausgenomen den kunig von Frankchriche, die erczbischoff von Trier vnd von Colen, den margrafen von Missen, den grafen von Gulich vnd vnsern aydem, herczog Heinrichen von Payern.

So haben wir herczog Albrecht vnd herczog Ott auzgenomen auch besunderlich den erczbischoff von Salzburg, den bischolff von Pazzow, den herczogen von Sachsen vnd herczog Otten von Pavern, vnser ohem, vnd die pischoelf von Chostencz vnd von Strazburch. Vnd wellen doch darinne tun daz beste, daz wir mugen, mit worten vnd mit werkchen, daz zu vreunt-schaft vnd aynung gehoeret vnd zeuchet vnd daz chrieg verchomen mag, mit guten trewen, an allen argen list.

Der geben ist ze Wien, do man von Christes gebuerde zalt tusent drev hundert jar, darnach in dem zway vnd drizzigistem jar, an sand Andree des zwelipotentag.

(A. K. — *Kunig Johansens Voreinunge und buntnuns mit Albrechten und Otten herzogen zu Osterreich und zu Steyer.* — Lünig, *Cod. Germ. I.*, 1007. — Böhmer, *Reg. Imp. p. 253, n. 187.* — Emller *III.* 1963.)

**101. Friczkonis de Egerberch infeudatio bonorum Fünfhunden, Nechranicz, Brziežan et Wyklebitz cum pertinentiis.**

**1332, 24. Dec. (Parisius.)**

Pětipsy: List Fricka z Egrberga, kdež Pětipsy a jiné vsi pod-maňuje králi Janovi a budúcim jeho, kralom českým. 1332.

(A. K. — *Cod. j. b. II. 3. p. 32.*)

**102. Otto et Carnim duces Pomeraniae cum Ludovico marchione Brandenburgensi ineunt pacem trium annorum.**

**1333, 28. Jan. (Lippen.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**103. Infeudatio castri Kostomlat.**

**1333.**

Kostomlaty: List Borše z Ryzberka, že prodává hrad Kostomlaty a zuostavuje sobě a budúcim, aby léno sobě přijímal k Ryzberku. 1333.

(A. K. — *Cod. j. b. II. 3. p. 34.*)

## 104. Infeudatio castri Crosberg.

1333.

List Lucze z Hoenloh, že sie podává v manství králi Janovi jakožto králi českému a jeho budúcim, kralom českým, s zámkom Crosperk a koruně české k věčnosti. 1333. (A. K.)

## 105. Caroli, Joannis regis filii, in marchionem Moraviae institutio.

Exeunte anno 1333.

Illis autem temporibus dederat nobis pater noster marchionatum Moraviae et eodem titulo utebamur. (*Vita Caroli.*)

Joannes rex, qui sibi nomen et titulum regis obtinere voluit et appellari „antiquus rex“ noluit, marchionatum Moraviae Carolo qui et Wenceslaus, primogenito suo et heredi regni legitimo, anno aetatis suae decimo septimo Pragam revertenti, contulit et ipsum „marchionem“ nominari praecepit; qui et deinceps vocari „marchio Moraviae“ incoepit. (*Chr. Aulae Reg. ad 1333.*)

## 106. Sublevatio incolis territorii Glacensis quoad bernam concessa.

1334, 12. Sept.

Joannes rex . . quod grata promptaque fidelitatis officia, quae fideles nostri dilecti universi, nobiles vid, milites et armigeri territorii seu districtus Glacensis, nobis exhibuerunt hactenus et exhibere poterunt et debebunt in futurum, interna mentis consideratione pensantes attendentesque ejusdem territorii quoad fructum proferendum sterilitatem non modicam, praefatis nobilibus territorii Glacensis, ut ipsi continuis proficere valeant incrementis et nostris nostrorumque successorum, regum Boemiae, servitiis insistere debeant, hanc gratiam duximus perpetuo faciendam, vid. quod quotienscunque nos aut heredes vel successores nostros, reges Boemiae, collectam generalem, quae berna vulg. dicitur, in regno B. imponere continget, quod ipsi nobiles de quibuscunque bonis eorum, sitis in dicto districtu Glacensi, de quolibet manso seu laneo unum fertonem dumtaxat, XVI gr. Prag computando pro fertone, camerae regiae dare et solvere teneantur, et quod ad solvendam

ultra fertonem nos, heredes vel successores nostri aut aliquis officialium nostrorum eos compellere non possemus vel artare, non obstantibus quibuscunque juribus, consuetudinibus, privilegiis, statutis, ordinationibus vel edictis, quibus, quantum hujusmodi gratiae nostrae obviarent, esse et intelligi volumus totaliter derogatum.

Dat. apud S. Hubertum a. D. 1334, fer. II. post festum Nat. b. Mariae virg.

(*E tab. terra regni B. apud Eml. IV. 86.*)

**107. Capitulum Regensburgense vendit proventus de castellis Stauff et Werde.**

**1335, 16. Febr.**

Verkaufbrief hundert Pfunt geldes Regenspurger pfenige von dem Stift zu Regenspurg auf den Vesten Stauff und Werde Friedichen dem Awer von Premerberch u. Rudigern dem Reichen. (A. K.)

**108. Carolus marchio Ottoni, duci Austriae, impignorat civitatem Znoym cum castro ibidem pro dotalitio sororis suae Annae.**

**1335, 23. Febr.**

(*Chron. Aulae Reg. ad a. 1335. — Chyt. VII. 38. — Eml. IV. 133.*)

**109. Albertus et Otto duces Austriae promittunt restitutionem civitatis Znoymae pro dote impignoratae solutis 10.000 marc. arg. ejusdem dotis.**

**1335, 10. Mart.**

(*Arch. S. Wenc. — Chyt. VII. 41. — Eml. IV. 137.*)

**110. Impignoratio castri Adelburg a Ludovico Imp. pro 2000 tal. Friderico de Awe praeposito Regenspurgensi et Cuonrado Czintzennhouer facta.**

**1335, 23. Apr. (Nurnberch.)**

List ciesaře Ludvíka, kdež zámek Adlburk zastavuje Fridrichovi Zalbr (sic). 1335. (A. K.)

Té zástavy povolenie krále Jana českého jakožto korferšta dvěma listy. Jedním, druhým i třetím listem Hendricha Mohutského arcibiskupa, Balduina Trieského, korferšta ddo. 30. Junii 1335. (A. K.)

List Ludvíka markrabí bramburského, korfersta, ddo. 12. Mart. 1335. (A. K.)

Dva listy Rudolfa kniežete saského, korferšta ddo. 12. Martii 1335, kdež ti všichni nadepsaní korferštové dávají povolení k zástavě, a kterýchž listuov jest datum 1335. (A. K.)

### **111. Conventio inter Kazimirum Poloniae regem et Carolum marchionem Moraviae de pace servanda.**

**1335, 28. Maii.**

Kazimirus, D. gr. rex Poloniae nec non terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Pomoraniaeque dominus et heres, universis, praesentes litteras inspecaturis, salutem et praesentibus fidem dare.

Ad universitatis vestrae notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos de maturo, sano et deliberato nostro et nostrorum consiliariorum consilio, treugas et treugarum foedera cum magnifico principe, domino Karolo, regis B. ac L. comitis primogenito, marchione Moraviae, hinc a festo b. Joannis baptistae proxime instante ad sequens festum eiusdem beati Joannis inclusive, ad annum nunc proxime secuturum, hodie in Dei nomine inivimus amicabiliter et inimus.

Promittentes praedictas treugas pro nobis ac pro baronibus, nobilibus et fidelibus nostris, omnibus et singulis cuiuscumque status, eminentiae, conditionis seu dignitatis existant, qui pro nobis et nostri contemplatione faciunt et etiam facere praetermittunt, usque ad dictum festum et terminum b. Joannis B. attendere, servare et irrefragabiliter custodire secure, libere pacifice et quiete, nec umquam tempore medio pendentibus et durantibus ipsis treugis, per nos seu aliquos aut aliquem de nostris fidelibus et nostraे subjectis dicioni, contravenire verbo, facto, pacientia, conniuencia, auxilio, consilio vel fauore.

Pollicemur etiam firmiter et spondemus, praenominatas treugas ac ipsarum conditiones, pacta, pactiones, conventiones

et sollempnitates quascumque inibi appositas et eorum quodlibet rata, grata, firma et irrefragabilia ac incommutabilia exacta diligencia tenere benivole et habere ac inviolabiliter obseruare, omni malo ingenio, dolo et studio penitus procul motis.

Ceterum praedictis treugis et ipsarum pactionibus ac interiectionibus superius nominatis, magnificos principes, fratres nostros carissimos, dominos Karolum illustrem Ungariae regem, necnon Premislum Siradiensem et Wlodkonen Lanciciensem duces, praesentibus duximus includendos et includimus; qui quidem domini, rex et duces praedicti, ipsas treugas firmare, assecurare et approbare debent per suas litteras et scripturarum munimenta necnon cautione fideiussoria suorum et per suos idoneos vasallos. Idem vero dominus, Moraviae marchio, id ipsum ipsis dominis, regi Ungariae et ducibus praedictis, facere et assecurare debet.

Sane insuper adjicimus et promittimus, quod, si fortasse (quod absit) aliquem vel aliquos ex nostris ipsas treugas vel earum interiectiones et conditiones violare aut contra eas aliquo casu vel modo venire contingat, extunc ad denunciationem et monitionem solam et vnicam dicti domini marchionis M. factam publice in castro vel civitate Kaliss, nos nostros nuntios et ambassiatores idoneos ad Kaliss infra spatium duorum mensium a die denunciacionis praedictae continue numerandorum transmittere volumus et tenemur. Ipse vero etiam dominus marchio M. suos Kaliss tenebitur et debebit infra dictos duos menses destinare nuncios, proposituros et demonstraturos saltem vltima die praedictorum duorum mensium, nisi saepefatus dominus marchio M. et nos de alia die anticipanda vel posterganda contingat fortasse vnanimiter concordare, quoties vel quomodo, qualiter seu per quempiam ipsae treugae fuerint violatae, recepturosque ibidem iuxta bonorum virorum arbitrium ad hoc communiter eligendorum super obiectis et illatis dampnis et iniuriis emendam et satisfactionem competentem. Ipsi autem nunciis praedicti domini marchionis M. volumus et promittimus de seguro et libero providere conductu, incepto et inchoato in Barcz veniendi Kalis, et ibi placitandi, standi, demorandi et abinde ad prae-

dictum locum Barcz remeandi, quandocumque placuerit pro ipsorum omnimodo libito voluntatis, sincere et absque omni dolo, salvis rebus eorum pariter et personis.

Sin autem ipsum dominum marchionem Moraviae aut suos treugas praedictas vel earum conuentiones violare aliqualiter contingat, tunc etiam ad denunciationem solam et vnicam factam in castro et civitate Wratislauiae, idem dominus marchio M. suos nuntios et ambassiatores idoneos in Wratislauia infra duos menses a die denuntiacionis et admonitionis praedictae continue numerandos transmittere tenetur. Nos vero etiam nostros inibi infra duos menses tenebimus destinare nuntios, proposituros simili modo, vt supra diximus, et declaraturos saltem vltima die praedictorum duorum mensium, nisi etiam saepfatus dominus marchio M. et nos de alia die anticipanda vel posterganda contingat fortasse concorditer concordare, quoties vel quomodo, qualiter vel per quos praefatae treugae fuerint violatae, recepturosque ibidem, iuxta bonorum virorum arbitrium ad hoc communiter electorum, super obiectis et illatis dampnis et iniuriis emendam et satisfactionem condignam. Ipsiis etiam nostris nunciis saepfatus dominus marchio M. debet et tenetur de securo et libero prouidere conductu, incipiendo in Barcz veniendi in Wratislauiam, ibidemque placitandi, standi, demorandi et abinde ad praedictum locum Barcz remeandi, quandocumque placuerit pro ipsorum omnimodo libito voluntatis, sincere et absque omni dolo et ingenio malo, salvis rebus eorum pariter et personis.

In quorum omnium testimonium atque robur irrefragabiliter valitrum praesentes conscribi et nostri sigilli appensione iussimus communiri. In testimonium autem praedictorum et eidenciam pleniorum, viris nobilibus nostrisque fidelibus, Spicimiro Cracouiensi castellano, Mistuijo Sandomiriensi, Nicolao Cracouiensi palatinis, Petro Sandomiriensi, Mistigneo Radomensi castellanis, Criuosando Cracouiensi, Henrico Sandomiriensi subcamerariis mandauimus; qui quidem sigilla sua praesentibus appenderunt.

Datum et actum in castro Sandomiriensi die dominico Infra Octavas Ascensionis Christi a. D. 1335.

Nos vero, praedicti Spicimirus castellanus Cracouiensis, Mistuijus Sandomiriensis, Nicolaus Cracouiensis palatini, Petrus Sandomiriensis, Mistigneus Radomensis castellani, Criuosandius Cracoviensis et Henricus Sandomiriensis subcamerarii, mandatis gloriosi domini nostri Kazimiri D. gr. illustris Poloniae regis, volentes obedire praedictis omnibus interfuius, et in testimonium sufficientissimum praesentibus nostra sigilla duimus appendenda. Datum et actum anno, die et loco antedictis.

(*Chyt il VII.*, 41. — *Eml. IV.* 164.)

**112. Conventio inter Joannem ducem Stinaviensem et regem Joannem de subjectione terrae ducalis.**

**1335, 7. Junii.**

Nos Johannes D. gr. dux Sleziae et dominus Stinaviae, praesentibus publice recognoscimus et fatemur, quod nos cum magnifico et excellente principe, domino nostro Joanne, rege B., et cum inclyto domino Carolo, primogenito dicti domini regis, marchione Morauiae, conuenimus amicabiliter et singulas causas concordavimus, in hoc videlicet, quod ipsi civitatem Frauenstadt et districtum cum omnibus suis nobilibus, burgensibus et juribus, dominiis, oppidis, castris, vasallis et pertinentiis, quibus ea prius possidebamus, et qui duci Conrado, fratri nostro, homagium praestiterunt, ab eodem fratre nostro tenentur iterato disbrigare, et hoc facere infra hinc et festum sancti Michaelis proxime affuturum. Et quando ipse rex ac marchio M. praedictam civitatem Frauenstadt cum pertinentiis suis praedictis ab homagio facto, ut dictum est, nobis disbrigaverint et etiam potestati nostrae assignaverint, nec non quadringentas marcas polonicalis ponderis, XLVIII grossos pro marca qualibet computando, infra hinc et dictum festum S. Michaelis nobis satisfecerint: tunc nos statim praefato domino regi B. heredibus et successoribus suis ordinabimus et faciemus et effectualiter procurabimus fieri homagium et fidelitatis iuramentum perpetuo per vasallos et burgenses civitatum Stinaviae, Frauenstadt, Gore, Lobyn, Lynda, Polchowitz, Colowen cum castris et pertinentiis uniuersis et alios incolas terrarum nostrarum uniuersos.

Et praedicta homagia seu fidelitatis juramenta ipse rex B., heredes et successores sui pro se perpetuo debebunt retinere, tali adiecta conditione, quod frater dux Henricus Sagannensis et sui heredes iustum ipsorum portionem post mortem meam in praedictis terris nostris expectabunt, exceptis duntaxat Frauenstadt et Lubin civitatibus cum universis districtibus et dominio ipsorum, quae dicto d. nostro regi, heredibus et successoribus suis absolute et libere remanebunt.

Postquam autem vasalli, homines et burgenses praefati fidelitatis homagium seu iuramentum dicto regi et suis heredibus fecerint: extunc statim ipse d. rex et sui heredes omnes praedictos vasallos, burgenses seu homines vel incolas ad nos remittere debet, eisdem praecipere et mandare, ut nobis prompte obedient, pareant et intendant tanquam ipsorum domino iusto temporibus vitae nostrae nec a nobis unquam recedere seu deviare propter aliquam causam, quam ipse d. rex aut sui heredes nobis adinvenire possent modo quovis.

Promisimus etiam firmiter et tenemur dicto d. regi et suis heredibus, quod praefatos vasallos, homines et burgenses circa ipsorum jura debeamus favorabiliter conservare.

Praeterea dictus d. rex pro se et heredibus suis nobis sincere promisit, quod pro possessionibus nostris seu terris nunquam laborabit, sed potius easdem terras nostras a violentiis et iniuriis quorumcunque vitae nostrae temporibus tenebitur magnifice defendere et tueri.

Insuper si aliqui nobiles, burgenses aut incolae terrarum nostrarum homagium et fidelitatis iuramentum dicto d. regi B. aut heredibus suis facere renuerint et ipso praestito homagio nobis obedire nec promittere iterato nolent: extunc ipse rex B. aut heredes sui et nos eosdem renitentes seu rebelles vi compellere tenebimus ad praedictum homagium et fidelitatem dicto d. regi et obedientiam nobis faciendam.

Et si nos praedictam ciuitatem Lubin infra quadriennium continuum exsoluere potuerimus, in huiusmodi exsolutione subsidium ipse rex tertium denarium nobis dare tenetur. Si autem ipse rex aut sui heredes ipsam prius exsulerent, extunc datis sibi per nos duabus partibus civitatem eandem

nobis tenebitur assignare; ita tamen, quod ipsa semper civitas Lubin cum castro et territorio suo post nostrum obitum ad eundem regem B. et heredes suos esse debebunt illico et libere devoluta.

Deinde ipse rex denuo per literas suas et tractatus pridem in Wratislavia nobiscum habitos ratificare tenebitur praeter Lubyn et quingentas marcas ponderis et numeri praedictorum, de quibus ipse rex et heredes sui soluti erunt et liberi, ex eo quod praedictus noster frater dux, Henricus Saganensis, et heredes sui successionis in media parte terrarum nostrarum, prout superius exprimitur, respectum obtinebunt.

Promittimus etiam omnia et singula praedicta bona fide loco praestiti corporaliter iuramenti custodire, attendere et infra hinc et festum beati Martini proxime affuturum observare et effectualiter adimplere, nec contra ea venire vel facere per nos, alium vel alios, de jure, consuetudine vel de facto; alioquin praefatae terrae nostrae ipso facto ad dictum dominum regem et heredes suos debebunt esse devolutae; de quibus terris nostris ipse rex aut heredes sui se tunc intromittere poterunt et debebunt, recusatione, contradictione et impedimentis cessantibus quibuscumque, renuntiantes in his omnibus et singulis supradictis exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni, consuetudini, literis et indulgentiis apostolicis, imperialibus vel a Romanorum regibus impetratis vel impetrandis, vel omnibus aliis tam iuris canonici, quam civilis auxilio, per quod nobis suffragium a dicto d. rege et heredibus suis praeiudicium posset quomodolibet generari.

In quorum etc.

Actum et datum Prage a. D. 1335 septimo die Junii.

(*Grünhagen I. 138, ex archivio civ. Vratislav. — Chyt. VII. 61. — Eml. IV. 165.*)

### 113. Balduinus archiepiscopus Trevirensis literas Ludovici Rom. regis 1314 IV. Dec. Joanni regi datas vidimat.

1335, 18. Augusti.

List Vidimus arcib. Balduina, kdež svědomí dává, kterak Ludvík římský král zavazuje se Janovi, králi českému, pomocen býti proti všem a jeho při všem, což předkové, králi čeští, držali, zachovati a zuostaviti. 1335. (A. K.)

Baldewinus D. gr. S. Treuerensis ecclesiae archiepiscopus, S. Imperii per Galliam archicancellarius, recognoscimus, nos literas infra scriptas, omni carente suspicione, vero sigillo pendente ejus, de quo in ipsis literis fit mentio, prout prima facie apparebat, sigillatas, vidisse ac de verbo ad verbum perlegi fecisse, tenoris et continentiae in haec verba:

(*N. 22 hujus Codicis.*)

In cujus nostrae visionis et perlecturae testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum.

Actum et datum Treveris a. D. 1335, die XVIII. mensis Augusti.

(A. K. — *Chyt. VII. 71. — Eml. IV. 191.*)

**114. Legati Kazimiri Poloniae regis testantur, Joannem regem necnon Karolum marchionem renuntiassse omni juri ac titulo regni Poloniae.**

**1335, 24. Aug.**

A. 1335 rex Joannes cum Carolo filio suo et cum pluribus suis satrapis Ungariam pacifice intravit et Carolum regem Ungariae in castro suo quod Plyntenburk dicitur, visitavit. Ubi tribus ebdomadis, juramento et pacto inter se de fide et concordia mutuo servanda factis, Joannes rex Cazimirum regem Cracoviae, filium Lokietkonis, cui ipse coram rege Ungariae regnum Poloniae pro XX millibus marcarum vendiderat, secum adduxit et Pragam in die b. Nicolai cum eo pariter intravit. Ideo rex Cazimir pluribus susceptis honoribus Pragae per dies novem mansit et ad sua rediens jus et titulum regni Poloniae consentiente Joanne rege hilariter reportavit. Igitur ex hac die Joannes rex tam sigillis quam epistolis cessavit se „regem Poloniae“ nominare. Isti itaque tres reges pariter confoederati se juvare mutuo nunc contra omnes alios principes sunt parati.

Hoc itaque regnum Poloniae, quod triginta septem annis in persona Wenceslai regis fuerat regno Boemiae unitum, ab ipso modo quibusdam adjectis conditionibus est divisum. (*Chron. Aulae Regiae ad A. 1335.*)

In nomine Domini amen. Anno ejusdem 1335 in festo b. Bartholomei ap. nos Spitko castellanus, Sbigneus praepositus Cracoviensis, Petrus castellanus Sandomeriensis, Thomas de Zaiuncko et Nimissa Mandrossa, procuratores a magnifico principe et domino Cazimiro rege Poloniae constituti ad infrascripta realiter atque dati — ad universorum notitiam

tenore praesentium volumus publice devenire, quod cum ser. princeps, dominus Johannes B. rex et illustris dominus Carolus primogenitus ejus, marchio Moraviae, pro se et suis heredibus praetendentes commodum et tranquillitatem regnorum Boemiae et Poloniae ac regnigenarum et incolarum ipsorum nec non contemplatione et intuitu serenissimorum principum, domini Caroli Hungariae regis et dicti Kazimiri Poloniae regis, cupientesque ipsis regnis et hominibus hinc inde salubri providere remedio, quatenus provide animarum et corporum periculis salubriter obvietur, sponte ac libere renunciaverint omni iuri, actioni, exceptioni, proprietati, dominio et titulo regni Poloniae eis in eo competentibus, sub poena excommunicationis, promittentes pro se et heredibus suis contra huiusmodi renuntiationem et cessionem non contravenire aliqua occasione, ingenio, facto pariter et sermone, prout in aliis eorum litteris plenius continetur. Exceperunt tamen excipiuntque generosos principes, dominos duces infra scriptos, vasallos eorum, cum eorum ducatibus, terris, bonis, dominiis et pertinentiis quibuscumque, quae tempore praestiti homagii possiderunt et omni modo et forma, quibus dicti domini duces ipsis dominis regi Boemiae et marchioni Moraviae et eorum heredibus sive ipsorum dicioni subiecerunt se successores duces et ducatus eorum et dominia cum appendentiis quibuslibet suis suo et heredum suorum dominio totaliter reservantur. Exceperunt etiam terras Wratislaviae et Glogoviae cum omnibus pertinentiis, districtibus et dominio ad ipsam spectantibus quoquo modo. Domini autem duces et ducatus praedicti hi sunt: domini Boleslaus Lignicensis et Bregensis, Henricus Saganensis et Crosnensis, Conradus Olsinensis, Johannes Stinaviensis Sleziae duces, Bolko de Opol, Bolko de Falkenberg, Albertus de Strelitz, Wladislaus Coslensis et Bytumiensis, Wenceslaus princeps Masoviae, dominus in Plozk, Lesko de Rathbor, Joannes Oswentimensis et Wladislaus de Teschin.

Nos itaque volentes favorem et indissolubilem dilectionis amicitiam inter praefatos dominos, regem Boemiae et marchionem Moraviae et Poloniae, grataanter hinc inde benevole amplecti, promittimus pro ipso domino rege nostro Poloniae,

quod idem dominus rex Poloniae eisdem dominis regi Boemiae et marchioni Moraviae optime favet de omni iure, dominio et proprietate, quae habent vel se habere asserunt in dominiis, ducibus et ducatibus praedictis, ipsosque nullo modo unquam tempore impediet super ipsis nec duces aut ducatus ipsos vindicabit, impetet vel assumet in praeiudicium dominorum praedictorum regis et marchionis et heredum suorum, ipsosque super eisdem in nullo penitus per se vel heredes suos aliqualiter molestabit, poenam et severitatem excommunicationis ipso facto, si contravenerit, incursum. Insuper pro ipso domino rege Poloniae et suis heredibus omni actioni, exceptioni, praescriptioni et oppositioni iuris, consuetudinis aut etiam facti, si quae aut aliquod eorum ipsis domino regi Poloniae aut heredibus suis in saepedictis dominiis, ducibus aut ducatibus eorum possent aliqualiter suffragari aut competere quolibet modo in eisdem, non obstantibus aliquibus munimentis, litteris, scripturis, pactis, pactionibus, statutis, reformationibus aut aliis quibuslibet ordinacionibus sub quacunque forma verborum conceptis, etiam si talia forent, de quibus de verbo ad verbum specialem et expressam oporteret fieri mentionem, quibus omnibus et singulis et cuiilibet eorum ex certa nostra scientia esse et intelligi volumus penitus derogatum. Promittentes sub fidei praestito iuramento, quod saepe fatus dominus rex Poloniae praemissa omnia et singula hinc intra festum b. Galli proximum ratificabit ac suis patentibus approbabit litteris, grataque, rata et firma per omnia observabit.

In quorum omnium testimonium atque robur praesentes conscribi et nostrorum sigillorum patrociniis fecimus communiri.

Datum et actum in Trencinio anno et die supra dictis.

(*Ludewig Rel. V. — Sommersberg Scr. r. Sil. I. — Chytil VII. 56. — Eml. IV. 195.*)

**115. Confoederatio atque unio inter Carolum regem Hungariae et Joannem regem Boemiae, Carolum marchionem et Joannem Carinthiae ducem instaurata.**

**1335, 3. Sept.**

Nos Carolus, D. gr. rex Hungariae, memoriae commendantes tenore praesentium significamus, quibus expedit, universis,

quod nos et filios nostros ac heredes heredumque nostrorum successores et regna nostra, cum inclyto principe d. Johanne, eadem gratia rege B. illustri et comite L., fratre nostro carissimo, ac magnificis dominis Carolo, primogenito, marchione Moraviae, et Joanne, duce Carinthiae, filiis eiusdem ipsorumque heredibus, cupientes fraternalae dilectionis vinculo uniri et cum ipsis in sinceritatis affectu, indissolubilis amicitiae firma constantia, perpetuo et inviolabiliter permanere, absque omni dolo et dissimulationis fraude, pure et devote, praesentibus nos obligamus simul cum Ludovico nostro primogenito ad sancta Dei evangelia corporali praestito juramento, promittentes, quod nos et filii nostri eorumque heredes dictum dominum Johannem, regem Boemiae, fratrem nostrum, et filios suos praedictos eorumque heredes ac regnum suum Boemiae praedictum cum terris eiusdem regni contiguis, contra omnes et quoslibet homines, cujusque conditionis, status et honoris existant, exceptis inclytis principibus, dominis Roberto, Iherusalem et Siciliae, ac Cazimiro, Poloniae regibus, nec non filiis et heredibus eorundem et generaliter omnibus proximis, nobis in linea consanguinitatis attinentibus, in Italia et in quibuslibet eius partibus constitutis, volumus et tenemur perpetuo adjuvare.

Ita videlicet, quod, si ipse rex et sui heredes extra metas regni sui Boemiae hostilem processum contra vicinos et confines eorum adversarios vel eorum alterum habuerint: ex tunc, ad petitionem ipsorum, gentis nostrae armigerae et sagittariae subsidio et auxilio, prout melius poterimus, ipsum vel filios suos, aut eorundem heredes, cum tota nostra regni Hungariae potentia adjuvare sine fraude et dolo promittimus et debemus.

Si autem metas praedicti regni sui Boemiae quispiam eorundem adversariorum intraverit, ipsum et filios suos ac eorundem heredes et regnum cum pertinentiis suis contiguis potenter et hostiliter invasurus: ex tunc nos et filii nostri vel filiorum nostrorum heredes, eundem regem Boemiae, filios suos aut heredes eorum, cum tota nostra regni Hungariae potentia ad requisitionem suam, filiorum aut heredum suorum, promittimus personaliter et tenebimus adjuvare.

Ex converso idem frater noster, rex Boemiae, sive in eodem statu et honore regio, quo nunc, extiterit, sive in quemcunque alium eminentiorem statum et honorem feliciter deveniat et abundet cum filiis suis praedictis et heredibus eorum, nos, filios nostros et filiorum nostrorum heredes ac regna nostra, contra omnes et quoslibet homines, cujuscunque honoris et praeeminentiae titulis praefulgentes, nullo penitus excepto, teneantur et debeant, prout melius poterunt, perpetuo adjuvare. Expressione simili mediante, quodsi extra metas regnorum nostrorum processum hostilem contra nostros adversarios, vicinos et confines, nos vel filii nostri aut eorum heredes habuerimus: quod tunc nos, filios nostros et eorum heredes ipse rex Boemiae, filii sui et filiorum suorum heredes, ad petitionem nostram, gentis eorum armigerae et sagittariae subsidio, sine fraude et dolo, prout melius poterunt, adjuvabunt.

Si autem metas regnorum nostrorum quispiam vel quipiam intraverint, nos vel filios nostros aut eorum heredes ac regna nostra hostiliter invasuri: ex tunc ipse frater noster, rex Boemiae et filii sui ac eorum heredes, cum tota ipsorum potentia regni Boemiae, ad requisitionem nostram, filiorum seu heredum nostrorum, sine fraude et dolo, personaliter teneantur et debeant adjuvare.

Praeterea promittimus, fugitivos et profugos seu quoslibet proscriptos de regno Boemiae ad regna nostra venientes nullatenus colligere, nec per quempiam nostrorum seu ad nos pertinentium recolligi et assumi aliquatenus sustinere. Et similiter idem frater noster, rex Boemiae, filii et filiorum heredes, proscriptos, profugos et fugitivos de regnis nostris ad regnum Boemiae transeuntes colligere aut per quempiam ad eos spectantium recolligi in regno Boemiae et suis contiguis pertinentiis nullatenus patientur; imo, denunciatione facta hinc inde per nos, reges, heredes aut officiales regnorum utrorumque, proscriptos huiusmodi de regnis nostris utrobique excludemus et excludi omnimode faciemus.

Praeterea, si inter nos, filios nostros aut heredes eorum ex una parte, ac dominos Albertum et Ottonem, duces Austriae et Styriae ac eorum heredes ex altera, quocunque tempore

aliquam discordiam seu guerram contigeret suboriri: extunc ad unionem pacis et concordiae cum ipso devenire nolumus sine ipso rege Boemiae et filiis suis ac heredibus, sub virtute praestiti sacramenti, nisi primitus ad hoc dicti fratris nostri, regis Boemiae, filiorum suorum et heredum eorum, expressus consensus accesserit et voluntas.

Caeterum quotiescunque nos, reges, filios et heredes nostros aut gentes nostras, praestando subsidium aut modo alio quocunque convenire contigerit vel placuerit, semper tuti et illaesi esse debeamus mutuo et penitus securi.

Haec omnia et singula, sub virtute prius praestiti sacramenti, pro filiis nostris et heredibus sub poena excommunicationis papalis perpetuae, promittimus praesentibus inviolabiliter observare, et ipse etiam frater noster, dominus rex Boemiae, pro se, filiis suis et heredibus, eadem nobis, filiis nostris et heredibus viceversa, prout in praemissis declaratum articulatim existit, debent et tenentur, sub juramento et poena praedictis irrefragabiliter observare.

In quorum omnium et singulorum superscriptorum testimonium et perpetuam firmitatem nos, dictus rex Hungariae cum dicto Ludovico, nato nostro, praesentes scribi fecimus literas, sigillorum nostrorum pendentium munimine roboratas.

Datum in Alto Castro, die dominica proxima ante festum Nativitatis b. Virginis a. D. 1335.

(*Chyt. VII. 81. — Emser IV. 202.*)

**116. Treugae pacis inter Ludovicum Rom. Imp. et Joannem regem.**

**1335, 16. Sept. (Regensburgii.)**

(*Emser IV. 205.*)

**117. Kazimirus Poloniae rex ex causa renuntiationis regno et titulo Poloniae obligat se Joanni regi pro XX millibus sex. gr. Prag.**

**1335, 12. Novembris.**

Cazimirvs Dei gratia Poloniae rex, principalis debitor, Sbitko Cracouiensis, Petrus Sandomeriensis castellani, Nicolaus

de Bocrey, woiwode de Cracouia, M. Sandomeriensis woiwode, Gessko, Mantroska, iudex curiae Cracoviensis, Passek de Bocrey, Sandomerensis iudex prouincialis, Czeloi, in Ratomis dominus, Kezimant subcamerarius, Henricus subcamerarius Sandomeriensis, Weras castellanus de Winitia, Andorsmonossi filius Lowczy et Pacoslaus Slibnik, fideiussores ipsius regis, domini nostri, ab ipso constituti ad infra scripta atque dati: tenore praesentium recognoscimus, dicimus et publice confitemur, nos teneri et remanere obligatos magnifico principi, domino Joanni regi Boemiae et suis heredibus de summa et quantitate viginti millium sexagenarum grossorum denariorum Pragensium, in qua dicto domino regi Boemiae decem mille sexagenas dictorum denariorum iam soluimus in una parte; in alia uero parte nobili viro domino Henrico de Lippa de quatuor millibus sexagenarum dictorum grossorum satis dedimus, et securitatem fecimus sufficientem in sex millibus sexag. grossorum Pragensium praedictorum, occasione et ex causa renunciationis factae nobis, regi Poloniae, per ipsum dominum regem Boemiae de ipso regno et titulo Poloniae. Ipsam uero pecuniam residuam sex millium sexagenarum grossorum Pragensium promittimus bona fide in festo resurrectionis Domini proxime venturo, eidem domino regi Boemiae ac suis heredibus uel eorum nuntiis, ad hoc speciale mandatum habentibus, dare, assignare et solvere sub nostris periculis et expensis, in Ratibor oppido uel si ipsum oppidum intermedio tempore de ipsius domini regis Boemiae et sui principis, domini Leskonis, ducis ibidem, manibus extrahi contingeret, ex tunc in ciuitate Oppavia in Moravia dare tenebimus et assignare ipsa sex millia grossorum Pragensium bonorum et legalium, vel valorem ipsorum in auro vel argento, iuxta taxam communem duorum virorum, ex utraque parte electorum, omni dilatione et procrastinatione penitus procul motis. Quod si non faceremus et dictam pecuniam in toto vel in parte, in locis et termino praefatis non soluerimus, ex tunc fideiussores praedicti immediate ciuitatem Oppaviae ingredi promittimus et tenemur in certa domo, quam nobis ipse dominus rex Boemiae vel heredes et nuntii sui ad hoc deputati, assigna-

uerint, obstagium facturi ibidem et mansuri inibi nec ab inde exituri more consueto, qui in his servari solitus et haberi, donec sex millia sexagenarum et nihilominus mille sexagenas grossorum Pragensium poenae nomine pro damnis ac interesse fuerint in locis et modis praedictis integraliter persolutae.

Si autem aliquem vel aliquos ex nobis (quod absit) ante solutionem dictae pecuniae de hac luce migrare contingat, tunc promittimus sine fraude, alium vel alias in locum decedentium vel decedentis substituere et ponere obligatum seu obligatos ad impletionem omnium et singulorum praemissorum, quem uel quos ipse dominus rex Boemiae vel heredes aut nuntii sui de regno Poloniae duxerint nominandum. Insuper promittimus, quod si nos, fideiussores praedicti, ipsum obstagium modo et forma, ut praediximus, non seruaverimus, vel de ipso obstagio exiremus, praedicta pecunia non soluta, quod tunc magnifici principes, dominus Carolvs, rex Hungariae, domina Elisabeth, regina Hungariae, ac Ludouicus, filius eorum, litteras renunciationis super regno et titulo Poloniae penes eos depositas, dictis regi Boemiae et suis heredibus debeant et teneantur libere et licite restituere, sine omni difficultate et sine nostra requisitione vel mandato. Et nihilominus saepe fatis regi Boemiae et eorum heredibus in mille sexagenis grossorum Pragensium poenae nomine volumus obligari.

Harum serio testimonio litterarum, quibus nostra sigilla duximus apponenda.

Datum in Wysegrado in Hungaria a. D. 1335 die 12. mensis Novembris.

(*Ludewig Reliquiae V. — Chyt. VII. 89. — Eml. IV. 221.*)

**118. Kazimirus Poloniae rex de pace cum Joanne rege servanda.**

**1335, 19. Novembris.**

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus D. gr. rex Poloniae. Uniuersorum noticiae deferimus per praesentes, quod terrarum pacem et tranquilitatem pro viribus nutrire cupientes, ordinamus et indissolubiliter obseruari debere volumus et promittimus, quod si aliquam discordiae materiam insurgere

contigeret inter principes nobis subiectos vel capitaneos nostros ex vna parte, necnon principes, feudales et subiectos excellentissimi domini Johannis regis Boemiae limites nostri regni attingentes vel alios subiectos ipsius eosdem limites contingentes parte ex altera, et ob hoc hincinde dampna aliqua perpetrari, propter hoc pacis unio inter nos et ipsum regem Bohemiae ordinata non debet aliqualiter violari, sed in suo robore firmiter perdurare. Discordiae autem materia taliter excitata per capitaneos tam per nos quam per ipsum regem Bohemiae deputandos sine procrastinacione qualibet prout rationabile fuerit, dirimatur, sicut nostram gratiam observare cupiunt et diminutionem honoris proprii evitare.

Sin autem de regno nostro terram alicuius principis praefati domini regis Boemiae subiecti per aliquos nobis subiectos, habentes fortalicia aut castra vel non, aliqua spolia committi contigeret: mox ille princeps aut capitaneus, sub cuius iurisdicione talia committuntur, super eo requisitus, eadem spolia committentes ad satisfactionem congruam compellere teneatur. Quod si requisitus compellere ipsos non curaret, ad hoc ipsem ad satisfactionem huiusmodi teneatur, postquam fuerit suo regi querimonialiter nominatus. Si uero taliter spolia committentes domino suo temporali sive duci aut capitaneo vel episcopo temporale dominium habenti in hoc ipsis inobedientes existerent et ad mandatum ipsorum de spolio a se commisso satisfacere recusarent: mox ipsius dominus temporalis, sub quo castra, fortalicia aut possessiones habebunt, ipsorum castra, fortalicia aut possessiones vallare et expugnare tenebuntur. Et si per se ipsos ad id sufficere non valerent hij, in quorum terris spolia sunt commissa, ipsos ad eadem expugnanda, prout melius poterunt, adiuuabunt, exhibito ad hoc etiam regum adiutorio, si fuerit opportunum. Quibus castris aut fortaliciis acquisitis et expugnatis penitus destruantur, nisi talia castra aut fortalicia terrarum confinia contigerent; tunc enim dominorum temporalium arbitrio relinquatur, an magis ipsa destrui velint aut pocius locatis in ipsis hominibus pacificis ea pro se et terrarum defensione seruare, ac possessiones et bona eorundem spoliatorum ad dominos temporales, in quorum terris consistunt, libere reuertantur.

Cuni autem spoliatores quoscunque de regno nostro in terras quorumcumque principum feudalium domini regis Boemiae memorati (quod absit) transire contingeret spolia commissuri: volumus et mandamus per principes et capitaneos regni nostri eosdem efficaciter inpediri et si fieri poterit detineri; alioquin dampna per spoliatores huiusmodi facta ipsimet laesis de proprio resarcire debebunt. Ipsi autem spoliatores in regnis Boemiae et Poloniae et in omnibus terris omnium principum regibus subiectis et adhaerentibus eisdem efficaciter sint proscripti. Ipsi quoque eciam post factam emendam de spoliis memoratis tamquam degeneres et infames in conspectu omnium principum et bonorum penitus sint abiecti et vox eorum tamquam funesta et reproba contra neminem audiatur.

Illud etiam specialiter ordinamus et promittimus inviolabiliter obseruare, quod quicumque notabiliter proscripti fuerint vel in regno Hungariae, Poloniae aut Boemiae seu terris aliquibus principum eisdem subiectorum aut adhaerentium eisdem: in omnibus dictis regnis et terris pro proscriptis haberi debebunt, sic quod cum in aliquo locorum praenominatorum aliquis talis repertus fuerit, mox in ipsum tamquam in hominem omni jure privatum ulcio ultima habeat exerceri.

In quorum omnium testimonium praesentem litteram fieri et nostri sigilli munimine communiri.

Actum et datum in Wissegrado in Vngaria die Sanctae Elizabeth a. D. 1335.

(*Ludewig Reliquiae V. — Chyt. VII. 91. — Eml. IV. 223.*)

### 119. Carolus Hungariae rex testatur renuntiationem Poloniae.

1335, 19. Nov.

Nos Carolus D gr. rex Hungariae memoriae commendantes, tenore praesentium significamus, quibus expedit, universis, quod, quia illustris princeps, dominus Johannes, per eandem rex Boemiae, frater noster carissimus, suas literas privilegiatas super renunciatione iuris et tituli regis, regni

Poloniae et aliarum terrarum in eisdem literis suis expressarum, excellenti principi, domino Cazimiro, per praedictam gratiam regi dicti regni Poloniae, similiter fratri nostro, per eundem dominum regem Boemiae et filios eius facta, ad nostras manus tanquam hominis communis et quem prout filium eius assumserat, assignauit, ideo nos eidem domino regi Boemiae, fratri nostro et filiis eius, promittimus firmiter et sincere, quatenus si dictus dominus Casimirus, rex Poloniae, in festo paschae Domini proxime nunc venturo, sex millia marcarum eo modo, quo debet, eidem domino regi Boemiae vel filiis eius non soluerit aut conditiones seu obligationes pro ipsa solutione factas et firmationes in specialibus literis contentas et expressas non fecerit nec compleuerit, ex tunc nos vel filii nostri eidem domino regi Boemiae vel filiis eius aut dictas literas in specie restituemus aut ad soluendum praedicta sex millia marcarum sexagenarum erimus obligati.

In cuius promissionis testimonium praesentes sigillo nostro authentico fecimus communiri.

Datum in alto castro Wisegrado in festo beatae Elisabeth  
a. D. 1335.

(*Ludewig Reliquiae V. — Chyt. VII. 92. — Eml. IV. 224.*)

**120. Kazimirus Poloniae rex rogat Joannem Boemiae regem, ut terram Dobrinensem restituat Wladislao duci.**

**1335, 23. Nov. (Wissegard Ung.).**

(*Arch. S. Wenc. — Eml. IV. 227.*)

**121. Joannes rex civitatem et castrum Pyrnis denuo in feudum recipit ab ecclesia Misnensi.**

**1336, 27. Januar.**

Receptio civitatis et castri Pyrnis facta est tali modo: Rex Joannes, cum nonnullorum fide dignorum testimonio plenam acceperat notitiam, quod civitas et castrum Pyrnis ab antiquo spectarent in feodium ad ecclesiam Misnensem, ipsam civitatem cum castro d. Witkoni episcopo Misnensi nomine ipsius ecclesiae libere restituit. Ideoque episcopus „dictam suam ecclesiam cupiens tanto decorare propugnatore, rege Boemiae, conditionemque ipsius ecclesiae de bono in melius reddere

meliorem, ipsam civitatem cum castro una cum bonis universis spectantibus ad castrum Donyn, dependentibus in feodum ab ipsa Misnensi ecclesia, regi Joanni, ejusque successoribus, regibus Boemiae, contulit in feodum honorabile, regem per biretum de eis in signum vasallagii investiens. Rex autem civitatem et castrum una cum bonis praedictis ab ipso episcopo in feodum perpetuum accepit, promittens debitum fidelitatis homagium, obedientiam et reverentiam episcopo atque ecclesiae Misnensi exhibiturum.“

(*Excerptum ex literis a. 1336, 27. Jan. a rege datis praeſente Rudolfo Saxoniae ducis etc. — Eml. IV. 268.*)

**122. Litera Vitkonis episcopi Misnensis super feodo Pyrnensi regi collato.**

**1336.**

List Vítka biskupa Míšenského na Perno, že pro obranu králuov českých jim to město dáno pod manstvie i jich budúcim. (Při tom byl Rudolfus knieže saské a jiní svědkové.) 1336. (A. K.)

**123. Joannes dux Slesiae et dominus Stinaviae Joanni regi pro civitate et terra Glogoviensi, quam ab eo ad tempora vitae suae possidendam acceperat, ducatum suum Stinaviensem cum civitatibus Stinavia, Gora, Lubin et Frauenstadt cedit, eisque in perpetuum renuntiat.**

**1336, 30. Jan.**

List Jana kniežete slezského, že pro to dobrodinie sobě od krále Jana učiněné, že jest jemu do života svého k užívání dal Glogov se vším příslušenstvím, on zase jakožto vděčný toho dává témuž králi českému, dědicům i budúcim, kniežetstvie Stynavské s městy a s jinými příslušnostmi. 1336. (A. K.)

Ten list jest podruhé sepsán. (A. K.)

In nomine Domini Amen. Nos Joannes D. gr. dux Sleziae et dominus Stynaviae, memoriae commendantes, ad universorum notitiam tam praesentis quam futurae aetatis cupimus tenore praesentium pervenire, quod provida et matura deliberatione et consilio nostro et fidelium nostrorum praehabitis ac libera et bona voluntate, non coacti, non compulsi, nulla fraude inducti seu dolo aliquo circumventi, pure, libere, sponte et irrevocabiliter inter vivos, commoditatem seu utilitatem nostram

non modicam considerantes, ob singularis et ingentis favoris et dilectionis affectum, quem erga magnificentum et excellentissimum principem dom. Joannem D. gr. B. regem ac comitem L., dominum nostrum carissimum, semper gessimus et gerimus, et potissime ex eo, quod idem dominus noster, rex B., civitatem et terram suam Glogoviae cum omnibus et singulis juribus, honoribus, dominio, pertinentiis et appendiis, utilitatibus et fructibus et obventionibus quibuscumque ad eam pertinentibus, ad tempora vitae nostrae per nos habendam, possidendam, utifruendam tanquam domino gubernatori et locum ipsius tenenti, tradidit et commisit, praefato domino Joanni B. regi, heredibus et successoribus offerimus, donamus, cedimus et libere resignamus in perpetuum et hereditarie ducatum nostrum seu terram Stynaviensem, vid. cum civitatibus Stynavia, Gora, Lubyn et Wrawenstat, cum castris seu fortalitiis ipsis adjacentibus et quidquid ad eam vel in ea in toto vel parte nobis juris, proprietatis, dominii aut actionis competit, competiit hactenus aut competere poterit quomodo libet in futurum, habendam, regendam, tenendam, utifruendam et possidendam per ipsum dom. regem B., heredes et successores suos, jure proprietario perpetuo, pacifice et quiete quicquid ipsi regi vel successoribus suis aut heredibus deinceps placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, quo praedictam terram, vel infra vel supra vel subtus, villis, allodiis, campis, agris cultis vel incultis, pratis, montibus, vallibus, planis, silvis, rubetis, deserto, viis, inviis, fluviis, ripis, rivis, stagnis, aquis aquarumque decursibus, molendinis in aqua vel ad ventum expositis, venationibus, aucupationibus, pescationibus, piscinis, jurisdictionibus, monetis, theloniis, juribus patronatus ecclesiarum, feodis, vasallatibus, militibus, clientibus, servitoribus, censitis agricolis, Judaeis, homagio quocunque seu quovis alio titulo, censibus, redditibus, proventibus et fructibus cum accessibus et egressibus, terrae ipsius limitibus, metis vel finibus suis continentur, cum omnibus suis juribus, appendiis, pertinentiis, aliisque civitatibus, castris, oppidis et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, quae habentur aut haberi poterunt supra terram vel infra vel subtus terram vel terras

praedictas, mineris metalli, auri, argenti, cupri, stanni, plumbi, ferri vel generis alterius, puta lapidibus salis vel aliis obventionibus quibuscumque, in quibuscumque rebus consistant, in integrum cum omni usu seu requisitione nobis et eis vel pro eis rebus ex aliqua earum modo aliquo pertinente, nil in eodem ducatu seu terris seu pertinentiis ipsarum nobis et quibuscumque heredibus et successoribus nostris proprietatis, juris, actionis vel dominii penitus reservantes, sed eisdem ducatui et terris cum pertinentiis ipsarum cedentes, abdicantes et in totum renuntiantes.

Ut autem haec nostra cessio, donatio et resignatio provide et rationabiliter consummata et celebrata robur firmitatis perpetuae obtineat, promittimus bona fide, corporaliter praestito juramento, contra eam nunquam ullo tempore, facto vel jure, facere vel venire per nos, alium vel alios, palam vel occulte, in toto vel in parte, nec eam revocare in vita vel in morte, occasione vel causa quacunque, renunciantes sponte et expresse pro nobis nostrisque heredibus vel successoribus universis exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni et consuetudini cuilibet, literis, privilegiis seu indulgentiis apostolicis, imperialibus seu a Romanis regibus impetratis seu etiam impetrandis, omnique juris canonici vel civilis auxilio, per quod nobis, heredibus et successoribus nostris posset aliquomodo suffragium, ipsi vero regi B., heredibus et successoribus suis posset praejudicium generari.

Mandantes firmiter et praecipientes universis et singulis feodalibus, vasallis, militibus, clientibus, servitoribus, civibus, oppidanis, villanis, ceterisque incolis et hominibus in dicto ducatu Stynaviae et aliis terris nostris residentibus, cujuscumque status, conditionis vel praeminentiae existant, quantum dicto domino regi B., suisque in perpetuum heredibus vel successoribus tanquam veris et naturalibus dominis suis debitae fidelitatis homagium et juramentum facere debeant et praestare, ipsisque obedientiam, devotionem, fidem et reverentiam in omnibus et per omnia tamquam dominis eorum veris et naturalibus faciendo; nam a fide, devotione et obedi-

entia, nec non a fidelitatis et homagii juramento, quibus nobis essent astricti, absolvimus et absolutos ac liberos dicimus, facimus et omnimodo nunciamus, taliter, quodammodo ad nos et heredes vel successores nostros tanquam ad dominos suos nullum respectum habere debeant, aut aliquo juramento, homagio seu fidelitate nobis de cetero in aeternum astringantur.

In quorum etc.

Actum et datum Pragae a. D. 1336 feria secunda proxima ante festum purificationis b. Mariae virg.

(A. K. — *Gründhagen I. 139. — Eml. IV. 269.*)

**124. Hildegerus de Nazzow curiam suam in villa Dursdorf cum XV libris hallensibus annuis redditibus a Joanne rege in feudum recipit.**

**1336, 23. Febr. (Pragae.)**

(A. K.)

**125. Stipulationes foederis bellici inter Joannem regem et Ottонem archiepiscopum Magdeburgensem contra marchionem Brandenburgensem.**

**1336, 2. Junii.**

Joannes rex cum Ottone, archiepiscopo Magdeburgensi, a. 1336 Pragae foedus contra Ludovicum marchionem Brandenburgensem et adjutores ipsius inire decrevit, cuius foederis stipulationes haec erant:

Nos dictum d. archiepiscopum, si cum praefato marchione et sibi adhaerentibus seu adjutoribus suis aliquid facere habuerit, in propriis expensis et absque refusione dampnorum nobis per eum facienda, si quae sibi assistendo sustineremus, cum C galeatis et totidem levibus hominibus, thoraces vel panceria habentibus, debebimus et promittimus amicabiliter adjuvare.

Et si ipsius d. archiepiscopi nostraequae gentes sive homines insimul adunati in terris dicti marchionis vel sibi adhaerentium alias munitiones, civitates seu castra expugnaverint, illarum seu illorum media pars d. archiepiscopo et alia medietas nobis pertinere debebit.

Si vero res alias receperint vel captos quoscunque detinuerint aut alia lucra qualiacunque reportaverint, haec nostri et ipsius d. arch. homines inter se juxta armaturam et personarum numerum dividere tenebuntur.

Depactationes autem, si quae in terris marchionis et adjutorum ipsius factae fuerint, nobis et ipsi d. arch. communiter pertinebunt.

Si vero homines nostri, hominibus arch. absentibus, aliadas munitiones, civitates seu castra acquisierint, illa nobis absolute pertinere debebunt.

Sique per marchionem aut quemvis suum adjutorem aliqua munitio, civitas sive castrum ad ipsum arch. pertinens vel pertinentes vallata vel vallatum fuerit, in eo casu nos sibi, quanto poterimus fortiores, venire tenebimur et promittimus in succursum.

Praeterea promittimus ipsi arch., ut si contingat nos aliquam cum marchione et sibi adhaerentibus facere vel inire concordiam sive treugas, easdem cum ipsis nisi de consensu et consilio ipsius arch. et eo incluso eidem concordiae et treugis, nullomodo faciemus.

(*Ex Riedelii Cod. dipl. Brand. Eml. IV. 298.*)

**126. Literae Bolkonis ducis Silesiae et domini in Munsterberg, quibus terras suas Munsterberch, Reichenbach, Frankenstein, Sobotka, Patzkow etc. Joanni regi in feudum offert, ab eoque per osculum et reassumptionem bireti eas recipit, hoc adjecto, quod deficiente aliquando mascula sobole ducatus ipse ad regnum Boemiae devolvi beat.**

**1336, 29. Augusti.**

List Bolkuov kniežete slezského, že jest přijal od krále Jana českého kniežetstvie své slezské se všemi městy i panováním jich pod manstvie 1336. (A. K.)

Illo tempore (1335) misit nos (Karolum) pater noster (rex Joannes) cum pulchro exercitu super ducem Sleziae nom. Bolkonem, dominum Munsterbergensem; nam ille dux non erat princeps neque vasallus patris nostri et regni Boemiae. Pater tamen noster acquisierat civitatem Wratislaviensem per d. Henricum VII., ducem Wratislavensem, qui heredes non

habebat; et idem dux acceperat in donum Glacense territorium temporibus vitae suae, voluitque potius praedictam civitatem ac ducatum patri nostro et coronae regni Boemiae perpetuo applicari, quam fratri suo Boleslao dimittere, quia ipse et frater suus mutuo sibi inimicabantur. (*Vita Caroli.*)

In nomine Domini Amen. Antiqua patrum veterum pia sanxere decreta, sese jurisdictionis procerum et potestates orbis principum mutua coaduvari baylia, vicissimque unaquaeque alterius debere bajulare onera et labores, ut tanto magis subditorum crescant commoda, quanto major inter principes dilectionis et unionis concordia generatur. Hinc est, quod nos Bolko D gr. Sleziae dux, dominus in Munsterberch, gratia ac dilectione uniri cupientes perpetua cum serenissimo principe, domino nostro, d. Joanne eadem gratia B. rege illustri, L. comite, ducatumque nostrum regno ipsi Boemiae subalternari volentes, sese et nostra ipsius domini regis supposuerimus dicioni, animo hilari et sincero maturo consiliariorum, vasallorum et civitatum consulum infrascriptorum nostrorum praevio consilio, sponte et libere, non compulsi aut coacti, verum zelo dilectionis et amoris veri incensi flamine, adstantibus nonnullis proceribus et magnatibus, in praesentia et testimonio dominorum et testium infra scriptorum, hodie ducatum nostrum praefatum cum terris et pertinentiis suis, civitatibus Munsterberch, Reichenbach, Frankenstein, Strelin, Kant, Sobotka, oppidum Sobotka, et castrum Paczkow, castris, fortalitiis, munitionibus, villis, dominiis, libertatibus, jurisdictione, baylia, feodis, feodalibus, vasallagiis, censitis et ad glebam astrictis, et cum omnibus et singulis juribus quibuscunque, qualiacunque sint et in quibuscunque rebus consistant, ipsi domino regi et suis successoribus B. regibus . . . ab eoque domino rege per osculum inter nos hinc inde praelibatum et reassumptione bireti ipsum ducatum nostrum cum terris et pertinentiis ipsius in feodum honorabile recipimus pariter et habemus.

Decernentes, quod si nos ab hac luce migrare contingat, legitimis liberis vid. masculis non relictis, ipse ducatus noster cum terris et pertinentiis suis universis, omni eo jure et forma, quibus nos habemus, ad ipsum regnum B. et coronam ipsius perpetuo protinus debent devolvi.

Si autem liberos legitimos relinquere nos contingat, hii feodales regni B. perpetuis esse temporibus censebuntur, quibus legitimam aetatem non habentibus praefatus dominus rex B. eorum tutor erit legitimus et curator.

Renuntiantes in praemissis etc. etc.

Nos vero praefati domini ducis vasalli, puta Henricus de Hugvicz, Hermannus de Peterswaldt, Henricus de Sthercz, Rheinkerus de Pissowzhein, Joannes de Budow et Joannes de Bussove, ac civitatum consules, puta Munsterberg, Reychenbach, Frankenstein, Strelitz et Kant, ad requisitionem dicti domini nostri, ducis illustris, promittimus et volumus pro nobis et civitatibus nostris omnia et singula praemissa et quodlibet praemissorum per ipsum dominum nostrum Bolkonem facta, grata, rata, firma et incommutabilia attendere et observare et irrefragabiliter custodire. Promittentes etiam bona fide et manu tactis evangeliis Dei, praedictis aut corum alicui ex quavis causa, occasione aut casu, de jure aut de facto, nullo unquam tempore contraire, renuntiantes etc. etc.

Act. et dat. Strubingae . in festo decollationis b. Joannis Bapt. a. D. 1336.

(*Sommersberg I. 484. — Grünhagen II. 128. — EmL. IV. 326.*)

**127. Hildegerus de Nazzow et Metza conthoralis ejus curiam in villa Dursdorf a Joanne rege in feudum suscipiunt.**

**1336, 20. Sept.**

(*Pelzel, K. Karl IV. Urk. 18. — Chyt. VII., 90. — EmL. IV. 329.*)

**128. Petitio Joannis regis in causa coronationis reginae Boemiae.**

**1336, 27. Sept.**

Joannes rex, intendens reginam Beatricem, conthoralem suam, Pragae regali diadematate facere solemniter coronari, Heinricum, sedis Moguntinensis archiepiscopum, credens eum propter longam locorum distantiam non posse solemnitati coronationis personaliter interesse, rogat, ut aucto-

ritatem suam seu vices suas Joanni Pragensi et Joanni Olomucensi episcopis, Moguntinis suffraganeis, vel Vitkoni episcopo Misnensi et cuilibet eorum in solidum concedere dignaretur, ita ut d. regina de eorum vel alterius ipsorum manibus valeat et possit regni Boemiae regale diadema, ut moris est, suspicere.

(*E literis Joannis regis 27. Sept. 1336 Pragae datis. — Eml. IV. 332.*)

Beatrix regina anno subsequente, XV. Kal. Junii (18. Maji), in castro Pragensi ab Joanne, ejusdem ecclesiae episcopo, corona regni coronata est, Joanne rege sine corona et absque regalibus induviis assistente (*Chron. Aulae Reg.*)

**129. Unio inter Carolum Ungariae regem, Joannem Boemiae regem, duces Austriae, Carolum marchionem Moraviae et Joannem comitem Tyrolensem.**

**1336, 9. Oct.**

In Dei nomine Amen. Gloriosum genus victoriae titulusque triumphi laudifluus perhibetur, gloria decoratur virtutum, dum inter orbis primates pacis perpetuae libatur osculum, per quod dissensionum seditiones eminus propelluntur et subditis dulcioris tranquillitatis commoda salubrius propinantur.

Nos itaque Karolus D. gr. Ungariae, Joannes Boemiae reges, Albertus et Otto Austriae, Styriae et Karinthiae duces, Karolus marchio Moraviae, et Joannes, comes Tyrolis, animad- vertentes mutuam hinc inde inter nos consanguinitatem, parentelam et affinitatem sanguinis et generis, quibus ad invicem propaginis origine connectimur multimode naturali, cupientes que summopere regnis et terrarum nostrarum dominis commodum post tot et tantas afflictiones et calamitates innumerias feliciter inducere, quatenus subditi nostri laeti de nostra plenaria concordia unionequa sempiterna sese sentiant plenius consolatos, foedus et unionis perpetuae vinculum pro nobis et heredibus nostris, bona fide et sincero spiritu, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis, inter nos duximus fideliter connectendum.

Promittentes firmiter et sincere sese invicem mutuo adjuvare juvamine, intra regnum, terrarum et dominiorum nostrorum duntaxat limites, habitorum seu etiam imposterum habendorum, sub expensis panis et vini nobis per eum, in

cujus servitiis tunc constituti fuerimus, ministrandi, sed dampnis propriis, omni eo tempore, quo aliqui seu aliquis ex nobis aut terrae ipsius per aliquem seu aliquos hostiliter cum exercitu, manu potenti, in eisdem terris suis fuerint impugnati, statim quam primum requisiti fuerimus, sine procrastinatione et dilatione quibuslibet, auxilioque, favore, consilio et dilectione fraterna prosequi et adesse rebus pariter et personis usque ad vitae nostrae tempora, pro totis viribus nostris et posse, adversus quemlibet hominem vel personam cujuscunque status, conditionis, dignitatis ac eminentiae existant, etiam si regali aut cujuscunque excellentiae titulo praefulgeant seu eminentiae fuerint decorati, nemine penitus exceptato.

Promittentes pariter et spondentes, dolo vel ingenio malis seu dilatione quibusvis semotis, non quaesitis excusatione, subterfugiis aut colore quibuscunque, praefata omnia et singula et quodlibet eorum attendere, servare et inviolabiliter custodire, ipsaque rata, grata, firma et incommutabilia irrefragabiliter observare, nec ullo unquam tempore contra ea aut eorum aliqua seu aliquod opere, conniventia aut sermone per se aut alios, de jure aut de facto, directe vel indirecte, quomodolibet venire.

Sane statuimus insuper et decernimus, quod si is seu hi, qui de nobis evocati pro ferendo nobis subsidio eorum venientes, certas terras, castra aut munitiones in hujusmodi servitio acquisierint, acquisita ejus erunt, qui alium seu alios pro subsidio imploravit, res vero mobiles et captivi acquisiti acquirentis erunt libere, libite et impune.

In quorum omnium testimonium atque robur perpetuum praesentes literas conscribi et sigillorum nostrorum patrociniis jussimus communiri.

Datum in Ensa in die S. Dyonisii a. D. 1336.

(*Orig. arch. aulici Vind.* — *Chytel VII. 132.* — *Emler IV. 334.*)

**130. Joannes rex renuntiat omni juri et actioni ei atque Joanni filio suo in Carinthia, Carniola et Marchia competenti.**

**1336, 9. Octobr.**

Nos Johannes D. gr. Boemiae rex ac Lucemburgensis comes tenore praesentium recognoscimus et publice profitemur,

quod attentae considerationis oculis intuentes ac ponderantes sollicite, quanto sinceritatis et legalitatis vinculo magnificis principibus, dominis Alberto et Ottoni ducibus Austriae, Styriae et Karinthiae, affinibus nostris carissimis, astringimur, cupientes quoque terrarum nostrarum pacis tranquillitati et quietudini imposterum providere, pro nobis ac omnibus heredibus et successoribus nostris, et specialiter pro filio nostro Joanne, nec non praeclara Margaretha conthorali ipsius ac sorore ejusdem, filiabus magnifici principis, d. Henrici quondam ducis Karinthiae et comitis Tyrolis bonae memoriae, renunciamus expresse omni juri et actioni, si quod vel si qua nobis aut dictis heredibus et successoribus nostris vel eorum alteri in ducatu Karinthiae, terris Carnioliae et Marchiae, vel eorum juribus seu pertinentiis quibuscumque vel ad ea ex traditione supradicti ducis Karinthiae, collatione, infeodatione, confirmatione quorumcunque Imperatorum vel regum, aut successione juris hereditarii aut obligatione quacumque competebant vel competere poterant quovis modo, salvis quidem terra, castris et bonis et districtibus ultra Sachsenburch etc.

In cujus rei etc.

Act. et dat. in Ensa a. D. 1336, in die b. Dionysii.

(*Orig. arch. aul. Vind.* — *Chyt. VII. 135.* — *Eml. IV. 337.*)

**131. Albertus et Otto, duces Austriae, Styriae et Karinthiae, Joanni regi promittunt disbrigationem et in manus traditionem castri Luntenburch.**

**1336, 9. Oct.**

Nos Albertus et Otto, D. gr. duces Austriae, Styriae et Carinthiae, tenore praesentium profitemur, quod quia inter unionem et amicabilem compositionem inter magnificum principem, dominum Joannem, B. regem, affinem nostrum carissimum, ex una, et nos pro parte altera his diebus proxime praeteritis factam, eidem domino regi duximus firmiter promittendum, quod sibi et heredibus suis castrum Luntenburch a nob. viro Alberto de Rauchenstein, fidieli nostro, infra hinc et b. Martini festum proxime affuturum disbrigare tenebimus et in ipsius domini

regis ac suorum heredum cum suis pertinentiis liberam tradere potestatem. Quod si non fecerimus, extunc ipse dominus rex et sui heredes ad maiorem cautelam exnunc prout extunc civitatem et castrum Welsperch, quae nunc tenet, tenere debebit in antea et etiam possidere, et nihilominus praefatus Albertus de Rauchenstein a promisso captivitatis suaे vinculo absolvi non debebit, quo usque praefatum castrum in Luntenburch in praedicti domini regis et heredum suorum potestatem ducatur. Quo castro Luntenburch disbrigato et in praefati regis vel suorum heredum tradito, civitas cum castro Welsperch praedicta ad manus dicti Alberti de Rauchenstain et suorum heredum redire debent, penitus absoluta, et nihilominus ipse dictus A. de R. a promisso captivitatis liber debet esse penitus et solutus.

Act. et dat. in Ensa in die b. Dionysii a. D. 1336.

(*Chyt. VII. 139. — Eml. IV. 341.*)

**132. Alberti et Ottonis, ducum Austriae, promissio, quod castrum Greyffenberch et castrum in Stein in manus filii Joannis regis sunt daturi.**

**1336, 9. Octobr.**

(A. K. — *Chyt. VII. 138. — Eml. IV. 342.*)

**133. Henricus, dux Slesiae, dominus de Furstenberg et in Jawor, obligationem Zitaviae cum duabus castris Joanni regi relaxat.**

**1337, 4. Januar.**

Henricus dux, recipiens a Joanne rege civitatem Glogoviam et terram totam cum vasallis etc. tenendam, ut ifruendam ad vitae suaे tempora et etiam possidendum, in recompensam relaxat obligationem Zitaviae et castrorum Czynonis (Ojvín) et Rhonow, ei (Henrico duci) per Joannem regem ratione dotis propter nuptias d. Agnetis, conthorialis quondam ducis, in XIX millibus marc. factam, in hunc modum, ut universi civitatis Zitaviae cives castrorumque dictorum burgravii, homines et vasalli territorii ejusdem regi Boemiae faciant et praestent fidelitatis homagium.

Est etiam constitutum, ut si Henricus dux liberis masculis post se non relictis decesserit, civitas Zitavia ad regem Boemiae devolvatur; si

vero liberos masculos habuerit, qui eum supervixerint, tunc civitas, castra et territorium praedicta in XIX millibus marc. duci et eisdem heredibus sub modo pristini pignoris remanebunt; insuper castra Czinonis et Rhonaw, quae aere alieno dux obligaverat, disbrigare et solvere tenebitur.

Actum Vratislaviae 1337, in octava Innocentum.

(*Köhler Oberlausitz I. — Eml. IV. 365.*)

**134. Henricus, dux Slesiae, dominus de Furstemberg et in Jawr, civitatem Gorlicensem confert Joanni regi pro civitate et territorio Glogoviensi.**

**1337, 4. Januar.**

List kniežete Henrycha z Fürstemberku, že jest mu Jan král dal Hlohov a že to má po jeho smrti zase spadnúti na krále českého. 1327. (A. K.)

Nos Henricus, D. gr. dux Sleziae et dominus de Furstenberg et in Jawor, ad universoram notitiam ténore praesentium volumus pervenire, quod, cum magnificus princeps, d. Johannes, B. rex ac L. comes, sororius noster carissimus, civitatem suam Glogoviam cum districtibus et territoriis suis et universis pertinentiis earundem nobis dederit ad tempora nostrae vitae, nos viceversa in specialis indicium amicitiae, civitatem Gorlecensem cum districtu et territorio suis, dominio, jurisdictione, jure, honore, fortalitiis, theoloneis, castris, oppidis, villis, vasallis et earum incolis, Judaeis, silvis, nemoribus, jure patronatus ecclesiarum et universis suis pertinentiis, damus sibi et heredibus suis et libere, sponte et bona voluntate, nostro et heredum nostrorum habendorum seu aliorum propinquorum nostrorum quorumcunque nomine, condescendimus et cedimus de eisdem, renunciantes pro nobis et heredibus habendis seu propinquis nostris quibuscunque, omni juris actioni tam canonici quam civilis, si quae nobis vel heredibus nostris habendis seu propinquis, ut praemittitur, competunt vel competere possent quolibet modo in futurum. Et si quas literas vel privilegia a rege Romanorum vel imperatore, principibus, civibus vel aliis quibuscunque habemus forsitan, per quas vel quae secuturo tempore ipsi domino regi heredibus ac successoribus suis, B. regibus, per nos ac heredes nostros habendos seu propinquos actio vel quaestio de civitate,

territorio et districtu praedictis posset aliqualiter suboriri de jure vel de facto, illas vel illa irritas, cassas, vacuas esse volumus et inanes nec alicuius in antea habere roboris firmatatem. Promittentes sincere et bona nostra fide, praestito juramento, contra praemissa omnia et singula per nos, heredes nostros habendos seu propinquos nunquam facere vel venire, nec etiam motu aliquo attemptare, de jure vel de facto, nec quovis ingenio ad impediendum, quo praemissa sunt, opem vel operam ad hoc dare.

In cujus etc.

Datum Wratislaviae a. D. 1337 in octava Innocentum.

(A. K. — *Grünhagen I. p. 141. — Eml. IV. 367.*)

**135. Henricus dux Slesiae dominus de Furstemberg et in Jawr, resignat Joanni regi et suis heredibus civitatem Luban cum oppido Fridberg, Zaraw et Tribul.**

**1337, 4. Januarii.**

List Henrycha kniežete slezského a javorského, že jemu král Jan český dal město Hlohov a to do života jeho, on pak zase, knieže Henrych jmenovaný, za to dal JMsti Luban s městečkem Frydberkem, Zarov a Tribul se vším příslušenstvím a panováním 1337. (A. K.)

Nos Heinricus D. gr. dux Sleziae, dominus de Furstinbergc et in Jawor, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum serenissimus d. Joannes B. rex ac L. comes, sororius noster carissimus, civitatem Glogoviam et districtum ad vitae nostrae tempora dederit, nos viceversa pro nostro posse pro hujus nobis impensis beneficiis recompensam non immerito, ubi potuerimus, facere cupientes, civitatem nostram Luban cum oppido nostro Fridbergc, Zaraw et Tribul cum castris et vasallatibus, juribus, vid. et Senftinbergc, Zachow et Zwet cum earumdem omnium possessionibus, redditibus, hominibus et dominio et rebus aliis, in quibuscumque consistant, usque ad aquam Ques dictam, aut alias ubicunque sitis, ad praedictum dominum pertinentibus, omni eo jure, quo hucusque tenuimus et ad nos dignoscuntur pervenire, dicto d. regi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, praesentibus assignamus, et nobilibus viris

Hynconi Bercae de Duba vid., Henselino de Lippa, Thimoni de Kolditz et Ulrico Pflugoni seu aliis, quos ad hoc ipse d. rex deputaverit, ipsius, heredum et successorum suorum nomine per antedictos homines in praedictis civitate Luban, Friedberg, Zaraw et Zwet castris et dominio residentes, fidelitatis homagium fieri statim tenebimus procurare, sic (quod absit) nobis sine herede masculo decedentibus, ut extunc praedicta omnia ad saepedictum regem, heredes et successores suos, ad regnum B. libere devolvantur; habitis autem legitimis heredibus masculis post nos relictis, tunc omnia praenotata nobis et eisdem remanebunt.

In cuius rei testimonium

Datum Wratislaviae a. D. 1337. in octava Innocentum.

(A. K. — *Grünhagen I. 142. — Eml. IV. 366.*)

**136. Henrici ducis Slesiae, domini de Furstemberg et in Javor, promissio de civitate Glogov facta.**

**1337, 4. Jan.**

List Henrycha kniežete Javorského, že jest jemu král Jan dal Hlohov se vším příslušenstvím, že slibuje i všecky poddané při jich právích zachovati a kdyžby ho Buoh neuchoval, že to má zase na krále spadnúti 1337.

Nos Heinricus D. gr. dux Sleziae, dominus de Furstemberg et in Jawor. Ad notitiam universorum tenore praesentium volumus pervenire, quod quia magnificus princeps, dom. Johannes B. rex illustris ac comes L., sororius noster carissimus, civitatem suam Glogoviam cum toto ipsius districtu et territorio ad vitae nostrae tempora nobis dedit de mera sua munificentia et donavit per nos tenenda, regenda, utili fruenda et etiam possidenda: nos viceversa, ne eadem civitas, districtus seu territorium Glogoviense et ipsorum incolae sub nostro regimine et dominio deficiant inantea plus solito et laedantur, sed potius continuis valeant proficere incrementis, bona et sincera fide nostra promittimus ipsi dom. regi, heredibus et successoribus suis firmiter et spondemus, ut ipsius districtus seu territorii vasallos, nobiles, milites, clientes,

clerum tam saecularem quam religiosum, praefatae Glogoviensis civitatis cives, pauperes et divites, necnon Judaeos, quemlibet in jure suo et sibi competenti, quo a quondam ducibus et dominis Glogoviensibus et ab ipso dom. rege hucusque gavisi sunt, fovere inantea volumus et ab omnibus violentiis et injuriis favorabiliter et inviolabiliter perservare, nec ullo unquam tempore ipsos, conjunctim vel divisim, in rebus vel persona contra justitiam et jura, ut praemittitur, eis competentia seu libertates eis factas offendere, nec etiam quidquam vendere, obligare vel alienare in civitate, districtu et territorio antedictis promittimus, nisi tantum pro temporibus vitae nostrae.

Profitemur etiam, quod si nos liberos auf filias habere contingat, nobis superstitos vel superstitas, hiis non obstantibus, quamprimum diem cluserimus extremum, praenotata civitas, districtus et territorium Glogoviense cum hominibus et toto dominio ad praefatum dom. regem, heredes et successores suos et ad regnum Boemiae libere devolventur.

In cuius etc.

Actum et datum Wratislaviae a. D. 1337 in octava Innocentum.

(A. K. — *Grünh. I. p. 143. — Chyt. VII. 103. — Em. IV. 369.*)

**137. Henricus dux Slesiae, dominus in Furstenberg et Javor, promittit se velle regem B. in civitatem Glogov immittere ipsumque juvare.**

**1337, 4. Jan.**

Nos Heinricus D. gr. dux Sleziae, dominus in Furstenberg et in Jawor, ad notitiam universorum tenore praesentium volumus pervenire, quod cum magnificus princeps, dom. Johannes B. rex illustris ac comes L., sororius noster carissimus, civitatem suam Glogoviam cum toto territorio et dominio ac aliis universis pertinentiis, motus zelo sincerae amicitiae, nobis pro vitae nostrae temporibus donaverit, datis nobis suis litteris super eo, nosque ad recompensam viceversa congruam et decibilem, ubi poterimus, non inmerito pro viribus intendere

volentes, ne etiam per donationem terrae jam praedictae nobis factam ipse dom. rex B. in quibuscunque causis aliqualiter seducatur, harum serie promittimus firmiter et sincere ac etiam astringi volumus, quod ipsum dom. regem et suos in dictam civitatem Glogoviam et castra, oppida et fortalia, quotienscunque et quandocunque opportunum fuerit, sine tamen nostro ac nostrorum praejudicio et gravamine et extra, dimittere promittimus et spondemus, nihilominus ipsum d. regem contra suos adversarios sibi injuriantes in Boemia et Polonia cum praedictis firmitatibus et nostris viribus promittimus adjuvare.

In cuius rei

Act. et dat. Wratislaviae a. D. 1337 in octava Innocentum.

(A. K. — *Grünhagen I. 144. — Eml. IV. 368.*)

**138. Henricus dux Slesiae, dominus in Furstenberg et Javor, unionem init cum Joanne rege et Carolo marchione.**

**1337, 6. Jan.**

Nos Heinricus D. gr. dux Sleziae, dominus de Furstemberg et in Jawer, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod, quia cum illustribus principibus, dom. Joanne B. rege ac comite L. necnon Karolo, marchione M., ejusdem regis domini primogenito, sororiis nostris carissimis, ad plenioram concordiae pervenimus unionem et talia cum ipsis colligationis introivimus foedera, quod nos ipsos in regno B. seu terra M. aliisque terris ipsorum Poloniae cum tota nostra potentia, quotiens et quando eis necesse fuerit, fideliter adjuvare contra ipsorum adversarios eis injuriari volentes, sub propriis nostris dispendiis debeamus, ipsi vero in expensis nobis tunc providere tenebuntur.

Si autem in dictorum dominorum obsequiis cum aliquo rebelle vel rebellibus ipsorum bellum campestre in dictis terris eorum inierimus, damna, quae nos sustinere continget, nobis resarcire sunt astricti, sed ad eos lucra, quae reportaverimus, pertinebunt.

Si vero cum eis extra limites suos ad alienas terras processerimus in eorum servitiis, tunc non solum pro expensis, verum etiam pro damnis, quae sustinuerimus, nobis responderemus tenebuntur et pro servitiis nostris eam qua contentari aut subsistere possimus, facere recompensam.

Dat. Wratislaviae in epiphania Domini a. D. 1337, nostri sub appensione sigilli in testimonium praemissorum.

(*E transscripto regis Sigismudi ddo. 1426, 20. Mart. — Arch. c. r. aulicum Vind. — Chyt. VII. 151. — Grünhagen I. 488. — Eml. IV. 372.*)

### 139. Separatio districtus dicti Prudnik, siti juxta terram Opaviae.

1337, 6. Jan.

Joannes rex, Karolo primogenito suo consentiente, districtum, terram et civitatem, quae Prudnik in vulgari seu Nova Civitas dicitur, sitam juxta terram Opaviae, Boleslao duci Opuliensi et domino in Falkenberg, pro 2000 marcarum gr. Prag. polonicalis numeri vendit cum omnibus juribus et metis, sicut eam domini de Rosenberg possederunt; insimul dictos districtum, terram et civitatem adjungit terrae Falkenbergensi, a terra Boemiae, Moraviae et Opaviae separatos.

Dat. Wratislaviae feria II. in die epiphaniae Domini a. 1337.

(*Grünh. II. 305. — Emler IV. 370.*)

### 140. Boleslaus, dux Slesiae et dominus in Furstenberg et Munsterberg, civitatem Frankenstein oppignorat Joanni regi.

1337, 7. Januar.

List Bolka kniežete Mynstrberského, že zámek svůj a město Frankenstein zastavil (ciesaři) Karlovi a neuchoval-liby Buoh jeho bez dědicov mužského pohlaví, že ten zámek má spadnuti na krále české. 1337. (A. K.)

Nos Polko, D. gr. dux Slesiae et dominus in Furstenberch et in Munsterberch, recognoscimus magnifico et excellenti principi, domino Joanni, B. regi illustri ac comiti L., domino nostro carissimo, in duobus millibus marcarum grossorum denariorum Pragensium polonicalis ponderis, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, de qua summa pecuniae idem dominus noster rex nos expedivit adeo quod conten-

tamur rationabiliter, nos teneri. De qua quidem pecunia ipsum dominum nostrum, regem, heredes et successores suos securos et certos, prout expedit, reddere cupientes, civitatem nostram Frankenstein cum districtu ad illam pertinente, fortaliciis, judicio curiae, aliisque pertinentiis, obventionibus, gratiis, immunitatibus, juribus, dominiis, libertatibus, honoribus, exacti-  
onibus pecunialibus, annonalibus, pecuniis monetalibus, censibus, reditibus, jurisdictionibus, pheudis, pheudalibus, emphiteticis et ad glebam adstrictis, jure patronatus ecclesiarum et collati-  
onibus omnium beneficiorum cum cura vel sine cura et praes-  
entationibus eorundem, necnon agris, cultis et incultis, mon-  
tibus, planis, silvis, rubetis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque  
decursibus, molendinis, piscinis, pascationibus, aucupationibus,  
venationibus, commodis, emolumenis, utilitatibus et sine ex-  
ceptione qualibet bonis omnibus, in quibusunque rebus con-  
sistant, et prout sunt distincta ab antiquo et ad civitatem  
praedictam spectare noscuntur. In eo casu, si nos et heredes  
nostrí masculi, habitis heredibus legitimis masculis post nos  
relictis, decederemus, quod tunc civitas ipsa Frankenstein cum  
omnibus et singulis pertinentiis suis supradictis ipsis esse  
debebunt titulo pignoris obligata, tenenda, regenda, utifruenda  
et etiam possidenda per eos, absque fructuum defalcatione,  
pacifice et quiete, tam diu, quoisque civitas praedicta cum  
universis suis appendiis praenotatis per nostros heredes ab  
ipso d. rege, heredibus et possessoribus suis, B. regibus, fuerint  
in praedictis duobus millibus marcarum grossorum praefatorum  
exsoluta. Sique heredibus vel herede masculo vel masculis  
post nos (quod absit) non relictis decesserimus, extunc dicta  
civitas Frankenstein cum praenotatis suis appendiis uni-  
versis, velut aliae civitates, terrae et bona nostra omnia ad  
ipsos d. regem, heredes et successores suos, reges B., tanquam  
ad nostros veros et legitimos successores debebunt esse ipso  
facto absque impedimento quolibet devoluta.

In cuius etc.

Datum Vratislaviae in crastino epiphaniae Domini anno  
a nativitate ejusdem 1337.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Grünh. II. 131. — Eml. IV. 376.*)

**141. Bolko dux Munsterburgensis dat Joanni regi et suis successoribus plenam potestatem ad exsolvendum castrum cum civitate Richenbachensi.**

**1337, 8. Januarii.**

List Bolkuov kniežete slezského, že zámek svuoj Rychmbach i s městem dává králi Janovi, českému králi, po smrti své, jestliže by bez dědicuov sšel. 1337. (A. K.)

Nos Bolko, D. gr. dux Sleziae et dominus de Furstemberg et de Munstirberg, damus et concedimus magnifico et excellenti principi, domino nostro carissimo, d. Joanni, regi B. ac comiti L., castrum nostrum et civitatem Richinbach cum districtu et aliis omnibus et singulis dominiis, libertatibus, pertinentiis suis et juribus, a serenissimis principibus, patruis nostris, Bolcone et Heinrico ducibus Swidniczensibus, quibus obligata pignoris titulo existunt, pro duobus millibus marcarum grossorum denariorum Pragensium polonicalis ponderis et numeri, exsolvendi et redimendi plenam et omnimodam potestatem. Volentes, ut idem d. rex cum suis successoribus, B. regibus, castrum et civitatem Richinbach cum suis praedictis omnibus appendiciis, si nos et heredes nostros, legitimis heredibus non relictis, de hac luce (quod absit) migrare contigerit, pleno jure et domino possideant et habeant perpetuis temporibus. Sed praemissis nullomodo obstantibus, quandocunque dicta, castrum et civitatem, cum aliis ipsorum appendiciis, a dicto d. rege in dictis pecuniis nos vel heredes nostri exsolverimus: extunc ipse d. rex et suus capitaneus, quem ibidem praefecerit, statim nobis vel nostris heredibus de dicto castro et civitate ac aliis omnibus praedictis et singulis suis pertinentiis sine omni dolo et absque difficultate et contradictione qualibet cedere et condescendere tenebuntur.

Harum etc.

Actum Wratislaviae a. D. 1337, feria IV. post festum epiphaniae Domini proxima.

(A. K. — *Grünh. II. 488. — Eml. IV. 377.*)

**142. Bolkonis ducis Slesiae et domini de Furstenberg et Monstirberg obligatio de ineundo novo matrimonio.**

**1337, 8. Jan.**

Bolko dux recognoscit, quod si tracta temporis contingat prius consortem suam rebus eximi humanis, ipse cum alia novum contrahere matrimonium nullatenus vult, nisi de Joannis regis Boemiae licentia speciali. Dat. Vratislaviae 1337, VI. Idus Jan.

(*Griinhangen III. 132. — Empl. IV. 278.*)

**143. Bolko dux Slesiae, dominus in Furstinberg obligat civitatem Strelyn Joanni regi.**

**1337, 9. Januar.**

Nos Polko D. gr. dux Slesiae, dominus in Furstinberch, ad universorum praesentium et futurorum notitiam volumus pervenire, quod magnifico principi, dom. Joanni B. regi illustri ac comiti L., domino nostro carissimo, heredibus ac successoribus suis civitatem nostram Strelyn cum castro ibidem, judicio curiae et judicatu provinciali, oppido Wansow, territorio, districtu, pertinentiis et limitibus suis universis ab antiquo ad illa spectantibus, necnon jurisdictione, dominio, pheudis, pheudalibus, vasallis, vasallagiis, emphyteutis et ad glebam adstrictis hominibus, Judaeis, ac omnibus et singulis libertatibus, jure patronatus et praesentationibus ecclesiarum, juribus, obventionibus, proventibus, censibus, utilitatibus, usibus, fructibus, usufructibus et emolumenis quibuscunque, qualia- cunque sint et in quibuscunque rebus consistant vel consistere poterunt in futurum, in duobus millibus trecentis marcis grossorum Pragensium polonicalis numeri et ponderis pignori obligavimus; in una parte, quam quidem pecuniam ipse d. rex in nostris debitis ad preces nostras, non parva exigente neces- sitate nostra, penes creditores nostros persolvit, tum in pecunia numerata, tum etiam in rebus aliis quibuscunque, in alia vero parte in quadringentis marcis grossorum, numeri et ponderis praedictorum, in quibus aliqua bona ad Strelyn spectantia, per nos obligata pignori per ipsum d. regem, heredes et suc- sores suos exsolvi debebunt; in tertia siquidem parte, in illa

quantitate pecuniae, pro qua cives Strelnenses pro nobis in civitatem Wratislaviae aut alibi apud Christianos vel Judaeos tenentur, quam ipsos persolvere continget, juxta clara documenta et probationes idoneas et sufficientes civium Strelnensium praedictorum; et in quarta parte in quinquaginta marcis eiusdem ponderis, quas secundum conscientiam et probationem ipsorum civium Strelnensium in fabrica aedificiorum castri ibidem ipsos impendere continget atque dare.

Promisit etiam nobis ipse d. rex firmiter ac spopondit, quod ipsam civitatem Strelin cum castro et pertinentiis suis universis nobis absque difficultate reddere debeat et restituere, quandocunque nos aut filius noster vel heredes nostri ipsi d. regi, heredibus aut successoribus suis ipsam totalem summam et quantitatem pecuniae decrevimus persolvere, eandemque in civitate Wratislaviae coram consulibus, qui pro tunc ibidem erunt, praefato d. regi, heredibus vel successoribus suis praefatis, vel ipsorum nomine consulibus eisdem duxerimus assignandam et etiam praesentandam; fructibus et utilitatibus per eos exinde perceptis seu etiam percipiendis in sorte principalis pecuniae eis per nos minime defalcandis, quos vel quas propter nonnullas ipsorum impensas et onera ibidem preferenda eis liberaliter condonamus.

Si vero (q. a.) nos et filium nostrum absque legitimis masculis heredibus de hac luce, priusquam praedicta exsolverimus, migrare contingat: ex tunc ipsa civitas Strelyn cum castro ac omnibus et singulis pertinentiis, limitibus, dominiis, libertatibus et juribus suis universis superius nominatis, ad ipsum d. regem, heredes et successores suos reges B., prout et alia dominia, terrae et bona nostra omnia, libere et sine difficultate esse debebunt illico devoluta.

Testes etc.

In quorum etc.

Datum Wratislaviae fer. V. infra octavas epiphaniae Domini a. ejusdem 1337.

(*Griinh. II. p. 308. — Eml. IV. 380.*)

**144. Promissio Bolkonis, Slesiae ducis dominique in Monsterberch, de juramento fidelitatis regi Joanni per civitates praestando.**

**1337, 10. Januar.**

List Bolka kniežete Mynsterberského, že všecky syny a many města k tomu připraviti chce, že mají slib a přísahu učiniti králi Janovi českému i jeho budúcim. 1337. (A. K.)

Nos Bolko D. gr. Slesiae dux, dominus in Munstirberch promittimus bona fide firmiter et spondemus facere et efficere, quod fideles nostri, omnes et singuli, vasalli et feudales, civitatumque nostrarum cives hinc intra festum purificationis b. Mariae V. proxime venturum serenissimo principi, domino nostro, d. Joanni B. regi et suis successoribus, B. regibus, in manus ipsius regis vel alterius personae, quam ad hoc speci-aliter deputaverit, fidelitatis et obedientiae fideliter facient juramentum.

Promittimus etiam sincero sensu et pollicemur, intra praefatum festum purificationis curare et ad effectum perducere finaliter, quod praefati vasalli nostri et ipsarum nostrarum civitatum cives literas nostras, quibus homagium praefato domino regi et suis successoribus in veritate praestitimus, nostro munita sigillo, suis sigillabunt sigillis, difficultate et dilatione quibuslibet procul motis.

In quorum etc.

Datum Wratislaviae, feria VI. post epiphaniam Domini a. c. 1337.

(A. K. — *Grünhagen II. 132. — Eml. IV. 381.*)

**145. Joannes rex Nicolao duci Opaviae et Rati-boriae, ducatum Ratiboriensem confirmat.**

**1337, 14. Januar.**

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Cum ab arcanis humanae memoriae causis et casibus diversis et multiplicibus plerumque excidant, quae in tractatibus ac quaestionibus aguntur, congruum censemus, rationi con-

sentaneum, legibusque prospectum mundanis, ea prout geruntur, singula scripturae fulcimentis singulariter perhennari: nos Johannes D. gr. B. rex, L. comes, cupientes non ignorare in praesentiarum superstites, inantea futuris notitiae patefieri praesentibus declaramus, quod constituti in praesentia nostra illustres principes nostri, domini Wladislaus Bithumiensis, Kazimirus Tessinensis, Boleslaus Valgenbergensis, Bolko Opuliensis, Albertus Strelicensis et Johannes Osweczennis, duces et vasalli nostri dilecti, quaestionem movebant illustri Nicolao, Oppaviae et Rathiboriae duci, principi nostro et vasallo fideli, super ipso ducatu Rathiboriensi, de quo ipsum post decessum felicis recordationis Leszkonis, illustris ducis Rathiboriensis, infeodavimus, asserentes iidem duces, dictum ducatum R. ad se iure hereditariae successionis legitime pertinere, petentes cum instantia ipsum ducem Nicolaum de ducatu R. et aliis terris, quas idem dux Leszko possederat et tenuerat, per nos sententialiter amoveri, ipsisque dictas terras conferri in feudum, se etiam investiri sollempniter de eisdem.

Super quibus petitionibus idem dux Nicolaus, qui ibidem praesens erat, respondit, (quod) ducatum R. et alias terras per mortem ducis Leszkonis predicti vacantes, ad ipsum suosque heredes legitime fore devolutum et devolutas, et quod ipsum ducatum et alias terras, sicut predictur, vacantes a nobis tanquam a vero domino talium feodorum iuste et legitime in feodium receperisset. Petens ipse dux Nicolaus terminum iuris ad deliberandum et respondendum super praemissis et eorum quolibet sibi per nos praefigi et assignari.

Qua petitione in quaestionem deducta, utrum admittenda esset, nos matura deliberatione praehabita et communicato ven. episcoporum, principum et baronum nostrorum consilio, dicto duci Nicolao terminum iuris iuxta suae petitionis formam per nostram interlocutoriam iudicavimus concedendum. Videntes autem, quod talis iuris terminus in longi temporis spatium iuxta legum tramites possit protrahi et differi, dictas partes induximus, ut terminum ad procedendum in dicto negotio crastinam diem extunc inmediate sequentem ultro acceptarent.

Quo termino veniente et partibus praedictis nobis pro tribunali sedentibus personaliter coram nobis conparentibus, quaestio suborta erat inter ipsas partes, quo iure, utpote polonicali aut feodali, dicta quaestio tractari, agitari deberet et finiri, asserentibus praedictis ducibus, quod cum ipsi Poloni essent et iuxta continentiam litterarum nostrarum ipsis du- cibus ius polonicale in suis dumtaxat terris habendum et exercendum dedissemus, eos in dictis quaestionibus in iure polonicali, et non feodali, conservare et secundum polonicale ius eos audire, decidere et diffinire deberemus; duce vero Nicolao e contrario asserente et allegante, quod cum dicti duces essent vasalli et feodatarii nostri, idemque dux Nicolaus esset vasallus et feudarius noster, ipsi quoque duces super ducatu R. et super caeteris terris, ut praedicitur, qui inquam ducatus quaeque terrae essent feoda nostra, tanquam veri domini feodi et patroni, ergo inter partes praedictas super rebus feodalibus non polonicali, sed feodali iure esse procedendum, (et) quia ducatus R. et caeterae terrae in quaestionem, ut praedicitur, deductae non infra limites terrarum dictorum ducum, sed sub nostra maiestatis dictione tanquam speciale dominium et honorabile feodum, illustri personae dumtaxat debitum, distincta permanerent, ipse quoque dux Nicolaus esset cum omnibus terris suis de foro nostro feodali, et cum ipsi duces sint actores contra eum, eius forum utpote feodale, et non ipse dux Nicolaus ducum praedictorum, utpote polonicale, sequi deberent et tenerentur.

Nos siquidem, quo iure praedictorum merito in causa praedicta procederemus, multis tractatibus praehabitis, inter ipsas partes invenire non valentes, tandem cum principibus, magnatibus et baronibus caeterisque nobilibus locum, in quo pro tribunali sedebamus, mutantes, nos locum recepimus in sequestrum et a singulis pro utraque partium praedictarum inductis quaesivimus, quid cuilibet eorum videretur in dicta quaestione iuxta ea, quae praedicta sunt, potius polonicali quam feodali iure foret procedendum? Et licet multitudo magna venerabilium, illustrium, ingenuorum et nobilium personarum petitiones et allegationes ducis Nicolai praedictas tanquam

iustas et racionabiles fore admittendas iudicassent, tamen dicti duces pro sua intentione, vid. quod iure polonicali in causa praedicta foret procedendum, plures consimilium personarum voces habere inveniebantur.

Cumque ad hanc sententiam pro dictis ducibus iure polonicali procedere disposeremus, idem dux Nicolaus sentiens iuri suo feodali circa ducatum R. et caeteras terras praedictas verisimiliter derogari, nec consentire volens, quod natura sui feodalis iuris, quo suas terras praedictas a nobis hactenus tenuit et tenet, in ius polonicum, utpote in forum a suo iure alienum et omnino diversum, transferretur, omnibus praetermissis a nobis recedebat.

Cumque seriosum animum ulciscendi et vindicandi contra ducem Nicolaum praedictum propter talem recessum a nobis, ut praedicitur, assumpsissemus, videntes amici ipsius ducis Nicolai motum animi nostri contra ipsum, se apud nos interponebant pro eodem. Ad quorum instantiam dictas quaestiones et causas nobis assumpsimus taliterque ordinandum, diffiniendum duximus et tenendum, quod dictus dux Nicolaus terram Ratibor et civitatem cum castro Ratiboriensi, Zar, Plessinam et Loslaw civitates et castrum Ribnik cum oppido ibidem et cum omnibus inhabitatoribus terrarum praedictarum, cuiuscunque status aut conditionis existant, prout dictus dux Leszko tenuit, una etiam cum ducatu Oppaviae ac cum omnibus et singulis dignitatibus, honoribus et iuribus, iurisdictionibus, dominiis utilibus directis, thesaurorum absconditorum et publicorum, mineralium aut in massas natura aut arte redactorum, una cum monetis, theloniis et generaliter et singulariter cum omnibus et singulis ducalibus insigniis pro se et pro omnibus et singulis suis veris et legitimis heredibus utriusque sexus masculini et feminini, prout etiam in aliis litteris nostris dicto illustri Nicolao, duci Oppaviae, principi et fidi nostro dilecto, per nos super eisdem ducatibus et dominiis datis plenius novimus contineri.

Idem autem dux Nicolaus civitates et munitiones, videlicet Cozlam et Glivicz infra hinc et crastinam diem post purificationem b. Mariae virginis proxime nobis et in persona nostra

fidieli nostro Wolframo de Panovicz aut venerabili d. Johanni, episcopo Olomucensi, vel illustri Boleslao, duci Legnicensi, super nostram gratiam regiam debet et tenebitur assignare, per ipsos vel eorum alterum supradictis ducibus nostro nomine assignandas.

In cuius etc.

Acta sunt haec Wratislaviae a. d. 1337, feria III. proxima post octavam Epiphaniae.

(*Grünh. II. 380. — Eml. IV. 386.*)

**146. Joannes rex Nicolaum, ducem Opaviae, in possessione ducatus Ratiboriae promittit defendere.**

**1337, 14. Januar.**

Johannes D. gr. B. rex, L. comes, omnibus in perpetuum. Inter cunctas sollicitudines, quibus ex diversorum negotiorum regni nostri et nostrae dicioni subjectorum varietatibus diversimode pergravamur, illud de potissimis esse censemus et arbitramur, ut quilibet regni nostri incolarum et maxime hi, in quibus honor et status reipublicae nostrae residet et salvatur, in suo statu, dignitatibus, juribus et honoribus per nostrae regiae tuitionis et defensionis praesidia congrue conserventur.

Hinc est, quod nos pensantes gravia disturbia nuper inter illustres principes Nicolaum Oppaviae et Ratiboriae ex una, et inter dominos Wladislaum Bithumiensem, Kazimirum Thesinensem, Boleslaum Valchenbergensem, Polkonem Opuliensem, Albertum Strelicensem et Johannem Ossweccinensem, duces et vasallos nostros, parte ex altera, super terris Ratiboriae et aliis possessionibus et dominiis, quae illustris Leszko, olim dux R., princeps et vasallus noster, tenuit et possedit, et super quibusdam dominiis, possessionibus et iuribus suborta, ac super eo, quod dicti duces ipsum illustrem ducem Nicolaum super possessionibus et rebus, quae a nobis in feudo tenet et tenuit praedictis, cum et ipsi duces nostri fuerint et sint vasalli hereditarii, coram nobis non iure feudali, sed potius polonicali conveniri et secum judiciali examine experiri contendebant: talibus et consimilibus discriminibus

mederi cupientes, ipsi illustri Nicolao, duci Oppaviae et Ratiboriae, heredibus et successoribus suis utriusque sexus, promittimus pro nobis et heredibus ac successoribus nostris, regibus Boemiae, (quod eos) et eorum quemlibet a quacunque in petitione et actione ducum praedictorum heredumque suorum, quas sibi aut alicui heredum suorum utriusque sexus super terra et ducatu R. et singulis dominiis, quae felicis recordacionis Leszko, dux praedictus, possedit et tenuit, ipsi coniunctim vel divisim, aut heredes eorum, unquam moverent, disbrigare volumus et tenemur indempnesque reddere penitus et quietos.

Si qui vero alii, cujuscunque status aut conditionis existant, illustrem ducem N., principem nostrum, aut heredes ejus utriusque sexus, super pheudis, quae a nobis obtinent et ab heredibus nostris, regibus B. obtinebunt, inpetierint aut ipsis aut alteri ipsorum moverint quaestionem in judicio vel extra judicium, in parte vel in toto: ipsis gratiose et efficaciter aderimus et tota nostra potentia, cum omni jure pheudali, prout patroni ac domini pheudorum suos vasallos de jure tenentur defendere, jugiter defendemus.

Ceterum ipsum ducem Nicolaum, heredes et successores eius utriusque sexus, nullo alio iure censi volumus aut in aliquo foro super dictis feudis conveniri, nisi foro, more et iure principum Alemaniae vasallorum aliorum, et non Poloniae, omnibusque ac singulis ducalibus dignitatibus et honoribus, quibus alii principes Alemaniae vasalli hactenus usi sunt et utentur, ipsum ducem Nicolaum, heredes et successores eius utriusque sexus, insigniri, potiri volumus et gaudere.

Renuntiantes expresse in his scriptis pro nobis et heredibus nostris, regibus B., omni indignationi, si quam idem dux N. ad haec usque tempora quoque casu incurrisset, omnibusque ac singulis actionibus et quaestionibus, litibus et controversiis, quas nos possemus aut heredes nostri possent ipsi duci N. et heredibus ejus utriusque sexus super predictis dominiis, titulis, juribus, possessionibus et utilitatibus ingerere aliquatenus vel movere.

Revocantes etiam de certa nostra scientia omnes et singulas donationes, in pheudationes, concessiones, obligationes

et quascunque ordinationes seu dispositiones, si quas fecimus per nos vel interpositas personas, per quoscunque modos vel formas literarum, in quantum cuilibet literarum dicto duci N. per nos sub nostris sigillis aut sigillo datarum contrariae fuerint, sub quacunque forma verborum, etiam si de ipsis vel de ipsorum aliqua in aliis aut in hiis nostris literis oporteret de verbo ad verbum fieri mentionem, quas et quamlibet earum praesentibus cassamus etc.

In cuius

Acta sunt haec Wratislaviae presentibus etc.

Dat. ibidem feria III proxima post octavam epiphaniae  
D. a. d. 1337.

(*Grünh. II. 383. — Eml. IV. 387.*)

**147. Joannes rex B. et Carolus marchio M. fratribus Theutonicis hospitalariis in Prussia protectionem suam promittunt.**

**1337, 5. Mart.**

In gotis namen amen. Wand die erbaren geistliche lewte, der homeister vnd die brudere des Ordens des Spitals Vnsir Frauwen von dem dewtschen huwse von Jerusalem, durch breitunge des cristengloubens vnd merunge gotis-dinstis nicht alleyne thun grose vnczeliche kost vnd arbeit kegen die vînde des cruces, heiden genand, in pflegelichin herferten, sunder ouch vnczegelich eren leyp vssetzen vnd wegen vncz an des blutes ranst vnd des todes strik, als wir selber haben gesehen vnd irfaren, dorumb wir Joannes, von gotis gnaden kunig czu Behemen vnd grafe czu Luczburg, vnd wir Karolus, vnsirs vorgenanten herren kunigis erstgeborn son, marggraue czu Merhern, vff das wir vnsir vorfarn, der hogwirdigen kunige von Behemen, pfat nachvolgen, die sich behulfflich, vnd gunstlich den vorgesprochenen meister, bruderen, hant bewieset vnd dem orden dorumb durch erer und vnsir vnd vnsir nochkomelinge sele trost und heil, vff das die teilhaftig werden erer guten werck: so gelobe wir vor uns vnd vnsir erben vnd aller vnsir nochkomelinge, durch keynerley sache wille, danne luterlichin durch got den

homeister vnd die brudere gemeinlichin des dewtschen Ordens vorbenant czu beschirmen, vnd nicht dorumb daz wir keynis rechtis adir gewaldes vorderunge czu en haben wellen vmb dis beschirmen czu den landen, die hirnach genumit sind, vnd in keynen sachen widdir sie czu siene; vnd wellen sie vurdern vnd vortaidingen czu allem erem rechte, vnd ouch besunder czu eres ordens priuilegien, die in gegebin sind obir die heidenisch . cristen geloubis nicht enhant, vnd was sie czu schaffen haben, kegen allen eren vmsessen, die vmb Colmerland, Pomererland, Pruwsenland gesessen sind, vnd vmb andir sunderliche land, die an den vorgenanten landen gelegen . . . betwyngen mogen, die vngeloubig sint. Vnd ouch sunderlichin sie czu vordern in deme houe czu Rome mit ganczen truwen.

Were abir das, das der meister vnd die brudere vorbenumpt vnsir hulffe adir vnsir erben adir nochkomelinge durfftent mit gewopniter hand kegen den, die en vnrechte gewald thun, welden: so sullen sie czu vns senden ere erbaren bothen, wie die denn obir eyn vmb die hulffe mit vns koment adir mit vnsirn lewten adir nach vns mit vnsirn erben adir nochkomelinge. Die wir adir vnsir erben adir nochkomelinge dorczu schicken, doran sal vns vnd in gnugen.

Vff das desse ding gancz vnd vnczubrochlichin blieben, so haben wir dessen briif gegebin beuestent mit vnsirn grosen ingesegeln. Desse ding sint gericht vnd gescheen in der stad czu lesslaw nach der gebort vnsirs Herren tusent dreyhundert in deme sebende vnd dreysigsten Jare, an deme Asschetage.

Des sind geczug etc.

(*Voigt Cod. dipl. Pruss. — Chyt. VII. 155. — Eml. IV. 393.*)

#### **148. Concordia inter Joannem Boemiae et Kazimirum Poloniae regem super diffiniendis controversiis facta.**

**1337, 12. Mart.**

Nos Joannes B. et Kazemirus P. D. gr. reges, universis praesentes literas inspecturis salutem et notitiam subscriptorum. Salus, vita et perennis tranquillitas, benedictio pacis radiat ac claris fulgoribus per orbis refulget climata, dum

regnorum subditis et terrarum incolis de commodis salubriter providetur. Eapropter terrarum pacem et tranquillitatem nutrire pro viribus cupientes, ordinamus unanimiter et indissolubiliter observare debere volumus nos invicem et insolidum, promittentes, quod si per aliquos homines principum nobis utroque subjectorum seu de terris eorundem aliqua dampna parte ab utraque continget perpetrari, propter hoc pacis unio inter nos concorditer facta non debet violari, sed in suo robore perpetuis temporibus firmissime perdurare. Sane discordiae materia taliter perpetrata, aut dampna vel spolia quaecunque hincinde per maleficos irrogata, per capitaneos Vratislauensem et Kalisiensem, Glogoviensem et Poznaniensem inter se mutuo requisitos sine procrastinatione qualibet, prout rationabile fuerit, dirimantur; ita tamen, quodsi de aliquo dictorum regnum aut de terris nostris et principum nobis et alterutri subjectorum aliqua dampna aut spolia perpetrarentur, capitanei Kalisiensis, Vratislaviensis et Poznaniensis, Glogoviensis inter se ac vicissim tenebuntur intimare, ac ipse capitaneus, sub quo talia sunt commissa, ipsos maleficos pro justitia facienda statuere tenebitur in locis et civitatibus infra scriptis, vid. capitaneus Vratislaviensis in Warthenberg et capitaneus Kalisiensis in Ostrassov ac capitaneus Glogoviensis in Frowstadt et capitaneus Poznaniensis in Kosczan a die requisitionis ad duas septimanas indilate, et eundem seu eosdem maleficos, si se ipse vel ipsi proprio juramento adhibitis duobus testibus probis et honestis, de furto non suspectis, non expurgaverint, ab eadem die per alias duas septimanas per fidejussoriam cautionem parti adversae contentam eosdem ad satisfactionem congruam et condignam compellendo.

Si vero talia spolia committentes domino suo vel capitaneo in hoc inobedientes existerent et rebelles et ad mandatum ipsorum de spolio sic commisso comparere aut satisfacere recusarent: mox ipse dominus sive capitaneus, sub quo castra, fortalicia aut possessiones habet, ipsa vallare et expugnare tenebuntur. Et si per se ipsos ad id sufficere non valerent, ipse capitaneus, sub quo spolia sunt commissa, ad ipsos et eadem expugnanda, prout melius poterit, etiam suis sumptibus adjuvabit.

Quibus castris et fortaliciis expugnatis et acquisitis, ipsa penitus destruantur et bonis eorundem venditis laesis indilate fiat emenda, nisi talia castra aut fortalicia terrarum confinia contingerent; tunc enim dominorum arbitrio temporalium relinquatur, an ea magis destrui velint, aut potius, ipsis locatis hominibus pacificis, ipsa pro se et terrarum defensione reservare, prius damna passis satisfactione condigna praemissa.

Cum autem spoliatores quoscunque de uno regno ad aliud ac ad terras nostraē dicionis aut principum nobis subjectorum (quod absit) contingeret transire, spolia commissuri: volumus et mandamus per capitaneos utriusque partis, ipsos maleficos per fora publice proclamari ac efficaciter impediri et (si fieri poterit) detineri; alioquin dampna per huiusmodi spoliatores facta ipsimet, in quorum munitionibus et apud quos reperti fuerint, laesis de proprio infra duas (ut praemittitur) septimanas, resarcire tenebuntur et hoc ipsum quod ipsi spoliatores in persecutione pati debebunt. Ipsi autem spoliatores in regnis Boemiae et Poloniae praedictis ac in omnibus nostris et principum nobis subjectorum terris efficaciter sint proscripti et in praedictis omnibus regnis atque terris profugis habeantur, ut vox ipsorum tanquam funesta et reproba contra omnem hominem reputetur, donec nostrum utriusque gratiam mereantur obtinere.

Ceterum volumus inviolabiliter ordinantes, quod cum profugi seu spoliatores huiusmodi de uno regno ad aliud cum spoliis vel sine spoliis accedunt, per terrigenas eiusdem regni, ad quod fugiunt, in agnitione et in inseguitione eorum se invicem fideliter adjuvent. Alias ipsi, qui pro auxilio et juvamine in agitatione huiusmodi spoliatorum requisiti, inobedientes fuerint et rebelles, nostrum amborum indignationem procul dubio se noverint incursuros, et nihilominus iidem requisiti et rebelles omnia damna inde sequuta, sine quavis difficultate, persolvent eisdem, per quos fuerint super huiusmodi inseguitione (ut praemittitur) requisiti.

Volumus etiam, ut haec nostra pacis ordinatio per decem annos continue computandos in suo robore immutabiliter et inconcusse perseveret.

In huius etc.

Actum et datum Poznaniae, die S. Gregorii papae a. D. 1337, indictione V.

(*Orig. arch. aul. Vindob. — Kodeks dipl. Wielopolski II. — Dogiel Cod. Pol. — Eml. IV. 397.*)

**149. Foedus militare Ottonis et Barnim ducum cum Joanne rege.**

**1337, 12. Mart.**

A. 1337, 12. Mart. Otto dux Stetynensis, Pomoraniae, Slaviae et Cassubiae, ejusque filius unigenitus, nomine Barnim, promiserunt litteris Poznaniae datis Joanni regi B. tempore et loco ad ejus requisitionem in subsidium et juvamen ad terras suas viros centum galeatos destinare; quibus in expensis rex providere obligabatur, damna eorum, quae receperint, duce sufferente. Tenor harum litterarum idem est ut in foedere cum archiepiscopo Magdeburgensi a 1336 inito (*vide n. 125.*)

(*Arch. aul. Vid. — Eml. IV. 396.*)

**150. Joannes dux Stinaviae vendit civitatem et castrum Gor Joanni regi et ab eodem rege eandem civitatem et castrum una cum civitate Frowenstat in feudum suscipit.**

**1337, 27. Mart.**

K. List kniežete Jana slezského, že zemi svú Gor s zámkem, městem a se vším příslušenstvím prodává a prodal králi Janovi českému, dědicům a budúcím za tisíc hřiven grošuov, a že král Jan z zvláštní milosti dal zámek, město, krajinu tu s městem Frauenstat jemu zase k užívání do svého života 1337.

In nomine Domini Amen. Nos Joannes D. gr. dux Zlesiae, dominus Stynaviae, ad universorum notitiam tam praesentium quam futurorum volumus publice pervenire, quod nos bona et nostra libera voluntate, sani mente et corpore, maturo et deliberato nostro nostrorumque praevio consiliariorum consilio, sponte et libere, non compulsi, non coacti, nec aliqua pravitatis suggestione illecti, terram nostram Goram cum civitate et castro Gora, territorio et omnibus et singulis limitibus, dominio, honore, jurisdictione, bayllia meri et mixti imperii,

juribus, patrociniis et praesentationibus ecclesiasticorum beneficiorum, nec non vasallis, feudalibus, vasallagiis, feodis, emphiteotis et ad glebam adscriptis hominibus ac universis juribus, censibus, fructibus, usibus, usufructibus, proventibus et obventionibus suis universis, quae et qualescunque sint et in quibuscunque rebus consistant vel consistere poterunt in futurum, et cum omnibus libertatibus et utilitatibus, agris, cultis et incultis, planis, vallibus, montibus, campis, pratis, pascuis, venationibus, aucupationibus, piscinis, molendinis, piscationibus, aquis aquarumque decursibus, silvis, rubetis, nemoribus et aliis singulis pertinentiis et appendiis suis serenissimo principi, domino nostro, domino Joanni eadem gratia B. regi, comiti L. et nomine suo suis heredibus seu successoribus, B. regibus, juste, rite, legitime et rationabiliter exhibitis solennitatibus et ceremoniis venditionis et emptionis, quae in huiusmodi contractibus adhiberi consueverunt, vendidimus, vendimusque, vero titulo et nomine venditionis tradimus, stipulatione mutua inter nos hinc inde celebrata, pro mille marchis grossorum denariorum Pragensium polonicalis numeri pecuniae paratae. Quam pecuniam nos profitemur perceperisse et habere ipsum dominum regem et successores eius de ipsa pecunia solutos nosque quietos, publice cognoscentes. Ipse autem dominus rex ipsam terram Goram cum civitate castroque Gora et territorio suo, nec non vasallis et utilitatibus suis, una cum civitate Fravensburg, expedita et exsoluta penes dominum Conradum Olsnicensem ducem, fratrem nostrum, nobis in feudum honorabile et perpetuum dedit, cum aliis terris nostris et civitatibus possidenda, fruenda, utenda et utifruenda et habenda, usque ad tempora vitae nostrarae, pacifice et quiete, tunc demum post mortem nostram ad ipsum dominum regem et successores suos, Boemiae reges, protinus libere devolvenda. Ipsa autem terra Gorensis cum ciuitate Fravensburg et ipsarum vasallis et hominibus nobis interim in vita nostra intendere, parere, obedire et subesse debent, subesseque promittere, absque omni praestito fidelitatis homagio aut etiam juramento. Verum tamen ipsa terra praefata Fravensburg ac vasalli et homines eorum statim praefato domino regi nomine suo suisque successoribus,

Boemiae regibus, praestare tenentur fidelitatis debitae homagium et fidei juramentum, ipsumque solum et successores suos verum, legitimum, supremum et immediatum dominum recognoscere debebunt.

Nos autem volumus, promittimus et tenemur praefatos, terram Goreensem cum civitate Fravenstatt, ac earum vasallos, feudales et homines praefatos, penes antiqua jura, libertates, immunitates et gratias eorum nostris inviolabiliter conservare temporibus, nullamque eis inferre seu inferre quempiam permittere molestiam, injuriam aut offensam prototis nostris viribus et pro posse. Idem etiam dominus rex promisit, promittit et tenetur, nos, vasallos, terras, civitates, et earum homines penes jura, libertates, privilegia et immunitates, omnes et singulos nostros, manu tenere, servare et custodire, prout alii principes Poloniae vasallos suos habent eisque quomodolibet potiuntur; nos quoque non molestare, impedire vel etiam amovere debet ab ipsa possessione pacifica terrarum, civitatum, castrorum et possessionum omnium, totis vitae nostraræ temporibus, prout in ipsius domini regis literis nobis super eo datis evidentius appetat, etc.

Datum et actum Wratislaviae in domo regali sub testimonio a. D. 1337 feria quinta ante dominicam, in qua cantamus Laetare.

(*Arch. aul. Vindob. — Grünhagen I. 145. — Empl. IV. 405.*)

**151. Henricus dux Slesiae et dominus in Javor de castro Kant ad regem Boemiae devolvendo.**

**1337, 28. Martii.**

List Jindřicha kniežete Slezského, že po smrti své hradi a městečko Kant a Kamrerdorf se všemi příslušenstvími má připadnúti na krále české 1337.

Nos Henricus D. gr. Slesiae dux, dominus in Jawer, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos castrum cum oppido Kant et allodium Camererdorf cum fructibus et pertinentiis suis universis, disbrigatis

et disbrigandis imposterum, prout pater et frater nostri posse-  
derunt et habuerunt, assignata et donata nobis quoad usu-  
fructum per dominum regem B. inclytum et usque ad tempora  
vitae nostrae utifruenda per nos et possidenda, post mortem  
autem nostram praefata castrum et oppidum Kant cum Camerer-  
dorf et utilitatibus ac pertinentiis suis universis, per nos  
possessis et habitis, ad ipsum dominum regem et successores  
suos, Boemiae reges, debent protinus revolvi.

Harum nostrarum testimonio literarum.

Datum Vratislaviae a. D. 1337, feria sexta proxima ante  
dominicam Laetare.

(A. K. — *Grünhagen I. 88. — Emler IV. 407.*)

**152. Henrici ducis Slesiae dominique in Jawer et Furstenberg literae, quo modo rex Joannes ei indulserit a civitate Sitaviensi bernam exigere.**

**1337, 28. Mart.**

List kniežete Henricha Javorského, že s vuolí krále českého vzal berni ze svých poddaných a že polovici té berné má obrátiti na výplatu zboží zastavených 1337. (A. K.)

Nos Henricus D. gr. Slesiae dux, dominus in Jawer et Furstenberch, universis praesentes literas inspecturis volumus fore notum, quod cum magnificus dominus Johannes B. rex nobis indulserit, ut a civitate et bonis civium et hominum Syttaviensium de marca qualibet unum lotonem grossorum nomine exactionis exigeremus, promittimus firmiter et tenemur, quod nos medietatem totius pecuniae illius exactae nomine dicti d. regis et pro eo in summa 2000 marcarum, in qua certa bona et possessiones ad castrum Kant spectantia et districtum ibidem sunt obligata pignori, pro exsolutione eorum defalcare in ipsa summa, partem medium ipsum d. regem contingentem totaliter deducendam.

Harum serie literarum

Datum Wratislaviae a. D. 1337, die dominica qua cantatur Laetare.

(A. K. — *Grünhagen I. 88. — Emler IV. 408.*)

**153. Henricus dux Slesiae et dominus in Javor obligat capitaneos suos in castro Kant ad sponzionem Joanni regi faciendam.**

**1337, 28. Martii.**

List Henrycha kniežete Slezského, že kolikrát koli haytmana uvodil by na zámek svouj a města svého Kant, že tolíkrát králi českému, králi Janovi, slibovati má, že jemu slúžiti a jeho poslúchati má. 1337. (A. K.)

**154. Transactio nuptialis inter Carolum regem Hungariae et Joannem regem Boemiae atque Carolum marchionem Moraviae.**

**1338, 1. Mart.**

Nos Carolus D. gr. rex Hungariae, commendantes memoriae tenore praesentium, quibus expedit, significamus universis, quod licet inter excellentes principes, Joannem vid. eadem gratia regem Boemiae, comitem L., fratrem nostrum carissimum, et Carolum primogenitum, marchionem Moraviae nec non Johannem ducem Carinthiae, comitem Tirolis, filios suos, ab una, et nos, d. Ludovicum primogenitum et dominos, Andream scilicet, ducem Calabriae, nec non Steffanum, natos nostros carissimos, parte ex altera — perpetuae unionis et amicitiae foedera validis instrumentis et literis mutuo contracta et firmata et inita iam pridem, prout fere dinoscuntur sufficienter, hinc inde inter nos consanguineos quaesitā existant: tamen, ut eo fortius, eo melius ipsa compositionis foedera ac novae parentelae contractus notis et obligamentis fortioribus supervenientibus inter nos nostrosque filios et praenotatum ac praememoratum dominum Carolum marchionem, utrorumque nostrorum heredes, in perpetuae stabilitatis memoriam tanquam firmiora roborentur, ordinationibus superioribus et compositionibus, tanquam praedictis prioribus literis proxime utriusque unitis, salvis et suis iuribus et vigoribus, quoad omnes et singulos suos articulos, expressiones, promissiones et sponsiones mutuorum subsidiorum, juramentorum firmationes, personarumque exceptiones et vinculum conditiones, perpetuo absque omni deminutione et defectu permansuris et perduraturis,

etiam cum eodem d. Carolo, marchione, nos et dicti filii nostri ad hanc novae compositionis formam et specialis proximitatis devenimus unionem.

Qui, ultra praedictam mutuam compositionem et prioris parentelae sanguinis connexionem, sibi specialiter astringi cupientes, nos et serenissima principissa, domina Elizabeth, regina Hungariae, consors nostra carissima, sub virtute iuramenti ad sancta Dei euangelia praestiti, virginem praecellentem, dominam Margaretham, filiam domini Caroli, marchionis Morauiæ, nomine dicti domini Ludouici, primogeniti nostri, ac pro ipso exnunc recepimus, absque omni fraude et dolo legitime, in uxorem nostri Ludovici, primogeniti nostri, regis Hungariae.

Sicut etiam nos, Ludouicus primogenitus, praesentibus protestamur, quod exnunc dominam Margaretham, filiam domini Caroli, marchionis Morauiæ, tactis sacrosanctis euangeliis, corporali praestito iuramento, sponte et libere recepimus legitime in uxorem, quemadmodum ipse dominus genitor noster et domina genitrix nostra ipsam nostro nomine et pro nobis in uxorem legitime, autoritate praesentium, noscitur recepisse, dummodo domina dicta Margaretha nunc et infra terminum traductionis et traditionis talem corporalem non patiatur defectum, pro quo non immerito a tanto principe posset refutari.

Quam a festo b. Michaelis arch. proxime affuturo, currente anno incarnationis Domini 1338 in prima reuolutione eiusdem festi, pro dicto domino Ludouico, primogenito nostro, in ciuitate Brunna assumi et recipi, sincere et bona fide, quolibet dolo et fraude procul motis, traducere et tradi faciemus et procurabimus, Deo nobis comitante.

Hoc deliberato, quod idem d. Carolus marchio cum eadem domina, Margaretha, filia sua, loco traditionis et traductionis eiusdem, pro titulo dotis et dotalicij decem millia marcarum grossorum Pragensium bonorum, LXIV grossos pro marca qualibet computando, ex tunc ipso domino Ludvico, primo-genito nostro, per ipsum danda, autoritate literarum suarum deputauit, tali expressione mediante, quod die traditionis et traductionis ipsius filiae suae nos et dominum Ludovicum, nostrum primogenitum, seu nostros nuncios, quos ad hoc cum

nostris procuratoriis sufficientibus duximus transmittendos, mediantibus sufficientibus legitimis et idoneis pignorum obligationibus seu personarum credibilium et valentium fideiussionibus, de quibus praelati et barones nostri, pro ipsa domina sua filia transmittendi, merito contentari valeant et valebant, assecurabit.

Quae praedictorum decem millium marcarum summa, a die traductionis ipsius filiae, nobis aut domino Ludouico nostro primogenito, sponso ipsius dominae Margarethae, infra unius anni spatium sub poenis, articulis et conditionibus, coram praelatis et baronibus utriusque partis, tunc temporis ordinandis, integraliter et infallibiliter persolvenda, si id facere poterit, quoquo modo, prout se idem d. marchio ad haec, bona et sincera fide, obligavit.

Si autem ipsam totam summam decem millium marcarum intra revolutionem praedicti anni, a die traductionis ipsius dominae filiae suae computandi, casu aliquo non doloso soluere aliquatenus non posset: ex tunc medietatem summae praedictae intra reuolutionem anni praedicti, nobis et ipsi praedicto domino Ludouico aut procuratori seu procuratoribus nostris, per nos, ut praemittitur, deputandis, soluere promisit ac soluet, dolo et fraude quibuslibet procul motis.

Pro residua quidem medietate ipsius summae, nobis et primogenito nostro sua pignora sufficientia et valentia in Morauia sita, de quibus nos et ipse dominus Ludouicus nostrique procuratores praedicti contentari poterimus, intra finem anni saepe dicti et prius assignabit, tenenda et habenda per nos et primogenitum nostrum, sine dolo et fraude, pacifice et quiete, tamdiu, quoisque medietas summae saepe dictae, puta quinque millia marcarum praedictarum, nobis et ipsi domino Ludovico per eundem dominum marchionem fuerit integraliter persoluta.

Nos e conuerso assignamus pro parte eiusdem primogeniti nostri, ratione donationis propter nuptias, eidem dominae Margarethae, pecuniam cum augmento tertiae partis quindecim millia marcarum propter suam praedictam dotem, eiusdem rationis et pagamenti, quorum summa hinc inde ad numerum

viginti quinque millium marcarum se extendit. Pro quibus ex nunc, prout ex tunc, castra nostra, videlicet Zegedienum et Hazinis, alio nomine Beche nominatum, cum eorum pertinentiis et cum pleno dominio, iure eorundem et suarum pertinentiarum et specialiter cum iuribus patronatus ecclesiarum, promittimus sine dolo et fraude ipsi dominae Margarethae dare, tradere et obligare, suo casu occurrente (quod absit!) iuxta consuetudinem nuptialis juris regni Bohemiae redimenda ab eadem.

Insuper ratione novae proximitatis, qua utrinque mutuo se astrinxit ipse dominus Carolus marchio cum nobis et nostris filiis, nos e conuerso eidem ex sincerae dilectionis affectu contra cunctos inimicos tenemur mutuo adiuuare, ita quod et ipsius domini marchionis inimici nostri erunt et similiter nostros inimicos ipse pro suis inimicis habebit et reputabit.

Nosque ex amore paternali et fraternali ipsorumque affectioni filiali et similiter fraternali, nos et utrorumque nostrorum filios mutua vicissitudine contra omnes insidiantes ac rebellantes adiuuabimus; compositionibus tamen, inter eundem regem Boemiae et suos filios praedictos, nosque et similiter nostros filios, proxime literis, ut praedictum est supra, in suis vigoribus permansuris.

Haec igitur omnia et singula et quodlibet praemissorum prout de uerbo ad uerbum praesentibus sunt inserta, sub virtute prius praestiti ad sancta Dei euangelia iuramenti, attendere et custodire promittimus ac firmiter ac inuiolabiliter obseruare.

In cuius gestae rei memoriam nostrum et praedictae dominae reginae, consortis nostrarae, sigilla ac etiam ipsius domini Ludouici sigillum, quo nunc utitur, duximus praesentibus appendendum.

Actum et datum in Wisegrad, dominica Invocavit, a. D. 1338.  
(*Ludewig V.* 487. — *Chytil VI.* 190. — *Eml. IV.*)

### 155. Foedus inter Carolum regem Ungariae et Carolum marchionem Moraviae.

1338, 1. Martii.

Nos Carolus D. gr. rex Hungariae, tenore praesentium, quibus expedit, significamus universis, memoriae commendamus,

quod cum nos ex novae parentelae contractu inter excellentem principem dominum Carolum, incliti principis d. Joannis, Boemiae regis primogenitum, marchionem Moraviae, heredes suos ab una, et nos nostrosque filios parte ex altera, pro domino Ludovico, nostro primogenito, et in ejus persona nunc inito et firmato, exaltationem et augmentum honoris ipsius d. Caroli marchionis heredumque suorum, ut nostrum commodum proprium i. e. e converso ipse nostrum et heredum nostrorum, similiter ut suum proprium, merito reputemus, quia nobis nostrisque heredibus bona et sincera fide promisit, sub virtute ad sancta Dei evangelia per eum praestiti juramenti, quod si quandoque magnificum principem d. Casimirum regem Poloniae absque heredibus masculis decidere contingat ab hac vita, quod tunc pro suis viribus omnibus et posse nobis, regi Hungariae, nostrisque heredibus, suum exhibebit et praestabit auxilium et juvamen, ut nos nostrique heredes ipsum regnum Poloniae ex eo nobis debitum seu debendum, suo adjuti subsidio assequamur, ut nostram deveniat in potestatem, ac pleno juri nostro vel heredum nostrorum regnum sit subjectum.

Et quia etiam sub eodem praestito juramento nobis promisit, quod si decessionem praedicti d. Casimiri absque herede, ante consummationem matrimonii inter d. Ludovicum, nostrum primogenitum praefatum, et praecellentem virginem d. Margaritam filiam suam de novo firmati fieri contingat, non minus ad praemissa obtinenda suum posse exponet, quibus jam ipsum matrimonium esset consummatum: nos e converso pro nobis nostrisque filiis et heredibus memoratis, sub virtute per nos sibi praestiti juramenti, similiter promittimus et sincera fide assumimus, quod si praefatus d. Casimirus, rex Poloniae, heredes aut successores sui duces in Polonia residentes, principes et vasallos, civitates, castra, homines seu quaecunque jura suo genitori et sibi, ac inlyto principi, d. Joanni duci Carinthiae ac fratri ejusdem marchionis in ipso regno Poloniae, quoad ipsos duces, principes et vasallos competentia, quibuscunque censeantur nominibus, sibi vindicare et attrahere conarentur, ipsos forsitan duces et vasallos regis Bohemiae et domini marchionis ac fratrissui praedicti seu homines hostiliter

invadendo. Et si ab his conatibus ad diligentem requisitionem nostram, quam cum diligentia nos interponere promittimus, desistere non curarent: extunc nos praefato d. Casimiro, regi Poloniae, heredibus et successoribus ipsius, adversum duces, vasallos et homines praedictos nullum debemus dare auxilium et juvamen.

Praeterea nos pro nobis et nostris heredibus ipsi d. marchioni, suisque heredibus sub eodem fidei juramento sincere promittimus, quod si processu temporis regnum Poloniae, ut praemittitur, in nostram aut successorum nostrorum devenerit potestatem, quod tunc nos vel nostri heredes dictos duces praefato d. Joanni r. B., genitori ejusdem marchionis, sibi et suo fratri subjectos, civitatesque, castra, homines et vasallos seu alia jura quaecunque ipsis ducibus, principibus et vasallis competentia in dicto regno Poloniae, quibuscunque distinquantur nominibus, nobis vel nostris heredibus vindicare, usurpare et attrahere non debeamus per nos vel alios, quovis ingenio, publice vel occulte.

Imo, si saepedicti duces, principes et vasalli, civitates, castra et homines memorati regis Boemiae, marchionis et fratris ejusdem praedicti, se nobis aut nostris heredibus regnum Poloniae tunc habentibus, subjicere vellent et appeterent eorum propria voluntate: hos in vasallos et homines nostros acceptare et recipere non debebimus, nec quicquam cum eisdem disponendo quoquo modo, in eorundem regis Boemiae, ipius marchionis ac fratris sui praejudicium et gravamen.

Hoc specialiter adjecto, quod nos nostrique heredes, nulli penitus principum seu hominum cujuscunque conditionis existant, nostrum impendemus seu exhibebimus auxilium, qui praedictos duces, principes et vasallos, patronos ipsius marchionis et fratris sui, ab ipsis et eorum potestate alienare quomodolibet attentarent; imo ipsos d. regem Boemiae, marchionem et suum fratrem in juribus in dictis ducibus, principibus et vasallis, ipsis competentibus, favorabiliter prosequemur.

Haec igitur omnia et singula, et quodlibet praemissum, prout de verbo ad verbum praesentibus sunt inserta, sub virtute prius praestiti juramenti ad sancta Dei evangelia

attendere et custodire promittimus et firmiter ac inviolabiliter observare.

In cuius rei gestae memoriam nostrum sigillum praesentibus duximus appendendum.

Datum ut supra, in Wisegrad, dominica Invocavit a. D. 1338.

(*Goldast App. n. 28. — Chyt. VI. 187.*)

**156. Joannes rex contractum inter ducem Joannem ac fratres ejus Henricum de Sagan et Conradum de Olsnitz super ducatu Stynaviensi 1327, die 27. Aug. initum confirmat.**

**1338, 25. Martii.**

Johannes D. gr. B. rex et L. comes, ad universorum notitiam volumus pervenire, quod, quamquam benignitatis nostrae regia celsitudo quoslibet, quos ambit nostrum dominium, teneatur dulcorosis favoribus et benignis promotionibus amplexari, tamen dignum judicat nostra serenitas et congruum arbitratur, ut personas sublimis status, quos indefesse nostris insudare officiis fideliter cognovimus, ad augendum ipsorum commoditates ferventius prosequi debeamus. Ad hoc utique consideratione habita et respectu, quod illustris princeps, d. Conradus, dux Sleziae et dominus in Olsna, fidelis noster dilectus, ad nostram veniens praesentiam, pro se et fratre suo, d. Henrico, duce Sleziae et domino Saganensi, similiter principe nostro, nobis exhibuerit quoddam privilegium fratris sui, ducis Johannis Stynaviae, continens contractum inter eos initum super dictis terris Stynaviae, cuius privilegii tenor talis est:

(*Contextus hujus conventionis seu diplomatis dati Stinaviae a. 1327, fer. IV. post diem S. Bartholomaei ap. (27. Aug.) legitur apud Griinhagen I. 147, ubi datum improprie positum est ad annum 1337.*)

nobisque cum humili devotione et instantia supplicaverit, quatenus praefatum privilegium et contractum venditionis inter ipsos initum et factum, ideo, quod dictus ducatus a nobis in feudum dependet et quod ad hoc necessario noster requiratur consensus, confirmare et approbare dignaremur

benigniter: nos itaque praefatos Conradum et Henricum, duces Slesiae praedictos, ampliori benevolentiae et gratiisiori affectu prosequi prae ceteris disponentes, ipsorumque supplicationibus nobis porrectis benignius inclinati, omnem contractum praefatum, quemadmodum in dicto continetur privilegio, de liberalitate regia et de certa nostra scientia ratificamus, approbamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus.

Exceptis tamen expresse civitate et castro Lubyn cum universo suo districtu, territorio et dominio, necnon universis et singulis juribus, honoribus, utilitatibus, redditibus, nobilibus, vasallatibus, feudatis vel non feudatis, hominibus et aliis pertinentiis omnibus, in quibusunque rebus consistant vel quo-cunque censeantur nomine, quam, quod et quae nobis, heredibus et successoribus nostris perpetuo proprietatis titulo reservamus.

Concedimus quoque liberaliter et conferimus praedictis Conrado Olsnicensi et Heinrico Saganensi ducibus, ipsorumque heredibus in perpetuum, ex dispositione dicti ducis Joannis Stynaviensis praefatam terram seu ducatum Stynaviensem, sc. Stynaviam, Goram, Vravenstadt cum castris ipsis adjacentibus, Novam Civitatem Lyndam, castrum Heincyndorph, Polkowitz, Gobenam cum omnibus ipsorum districtibus, in feudum honorabile et hereditarium, volentes, ut easdem terras cum omni eo dominio, jure et titulo, quibus alias ipsorum terras et ducatus a nobis tenent in feudum, exnunc inantea perpetuis temporibus a nobis, heredibus et successoribus nostris, Bohemiae regibus, in feudum habere et recipere debeant et possidere.

Promittentes pro nobis et heredibus nostris bona fide, omni absque dolo, ipsos Conradum et Henricum duces praedictos ac heredes ipsorum, in ipsorum juribus dicti ducatus Stynaviensis, ut praemittitur, manutenere et defendere et gratiarius conservare, nec eundum ducatum per nos aut heredes nostros impetere vel aliquam ipsis proinde movere brigam, actionem vel quaestionem; renuntiantes nihilominus expresse omni contractui inter nos et praefatum ducem Johannem super praefatis terris pridem inito et facto, et

omnibus juribus, quae nobis et heredibus nostris competunt vel competere possent ex contractu hujusmodi, quem quidem contractum et jura inde subsecuta, quibus nos juvare possemus, cassamus, irritamus et totaliter annullamus.

Omnia igitur et singula etc.

In cuius rei testimonium etc.

Actum et datum in Aldenar, in die annunciationis b. V. gloriosae, a. D. 1338.

(*E libro archivi Vratislaviensis „Annales devolutionis“ intitulato typis excussit Grünhagen I. 151, resp. 147.*)

**157. Joannes rex Conrado duci Slesiae et domino Olsnicensi concedit, quod eo absque heredibus masculis decedente filia ejus Hedwigis in omnibus terris ejus succedere possit, juribus coronae regni Boemiae, a qua illae dependent, semper salvis.**

List krále Jana českého, že knězi Kunratovi Olešnickému k tomu dává své povolení, aby dcera jeho Hedvika všecko jeho zboží po jeho smrti měla, pod lémem králuov českých. 1338.

### 1338, 25. Martii.

Johannes D. gr. B. rex ac L. comes, notum esse volumus tenore praesentium universis, quod nos illustris principis d. Conradi, ducis Slesiae et domini Olsnicensis, principis et fidelis nostri dilecti, ingentem ardoris affectum et ingentem sollicitudinem, quam erga regale culmen assidue gerit et semper gessit, interna mentis consideratione animadvententes, ipsumque ad prosequendum commodum et honorem nostrum ferventius aliquarum retributionum recompensa et specialium gratiarum praerogativa allicere cupientes, hanc sibi gratiam duximus faciendam: quod si (quod absit) praefatum ducem ab hac luce migrando, absque herede vel heredibus masculis decedere continget, quod extunc filia sua, dicta Hedvigis, quam habet in praesenti, vel legitimi sui heredes de ipsius corpore descendentes, omnes suas terras, dominia et possessiones, quas ipse dux habet in praesenti vel habiturus esset in posterum, pleno juris titulo apprehendere hereditarie et possidere pacifice

possit et debeat, et in eisdem omni jure, modo et forma succedere hereditarie possit et debeat, tanquam proles valeret masculina. Quas quidem terras praedictas filia sua ac eiusdem filii vel filiae, heredes legitimi de corpore ipsius descendentes, a nobis et heredibus nostris in feudum semper habebunt et recipient, et ipsa, tanquam nostra fidelis et princeps, more aliorum principum nostrorum, debita obsequia fidelitatis tenebitur exhibere; non obstantibus quibuscumque constitutionibus, juribus, statutis, consuetudinibus et aliis, etiamsi talia essent, de quibus in genere vel in specie expressam oporteret fieri mentionem; quibus omnibus, in quantum huiusmodi nostrae gratiae et concessioni obviare possent, esse volumus et intelligimus totaliter derogatum.

In cuius rei etc.

Datum in Aldenar in die annunciationis b. Mariae V  
a. D. 1338.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Grünh. II.* 24. — *Eml. IV.* 532.)

**158. Conrádus dux Slesiae et dominus Olsnicensis Joannem regem a debito absolvit, quo ratione homagii et vasallatus ei de terris suis facti sibi obligabatur.**

**1338, 26. Martii.**

Nos Conrádus D. gr. dux Slesiae Olsnicensis, notum facimus tenore praesentium universis, quod, quia magnificus princeps, dominus noster ac princeps, dominus Joannes, D. gr. B. rex ac L. comes, ad nostras affectivas instantias ac supplicationes ex insigni et speciali favore et gratia contractum venditionis, ordinationis et emptionis inter nos et fratrem nostrum, ducem Henricum de Sagano, ex una et ducem Joannem Stinaviae, etiam fratrem nostrum, super terra et ducatu Stinaviae parte ex altera initum et celebratum, per suas literas et privilegia generosius ratificando confirmavit: nos huiusmodi gratioso favori nobis impertito gratae vicissitudinis exhibitione occurrere dispositi, praefatum dominum regem ac ipsius heredes ac alios quoslibet, quorum interest vel interesse potest, omnibus

debitis et pecuniarum quantitatibus, in quibus ipse dominus rex praedicto fratri nostro, duci Henrico Saganensi, ratione homagii et vasallatus sibi de terris suis facti obligari et teneri dignoscitur usque in praesentem diem, nostro et praedicti fratris nostri nomine absolvimus, liberamus et quittamus, ac absolutum, quittum ac liberum penitus dicimus, facimus et fatemur de dicta summa pecuniae seu debitum ipsis, recognoscentes fratri nostro esse taliter bene satisfactum; promittentes nihilominus bona fide ordinare cum effectu, quod idem dux Henricus, frater noster, intra hinc et festum nativitatis S. Joannis B. proxime venturum omnes literas et instrumenta, quas et quae a praefato domino nostro rege vel heredibus suis et quibuscumque aliis personis habet et habere dignoscitur super dictis debitum et summa pecuniarum, dicto domino regi vel heredibus suis et ei vel eis, cui vel quibus ipse hoc commiserit, restituat et assignet.

In huius rei

Datum Aldinar, feria ante dominica Judica, a. D. 1338.

(*Arch. S. Wenc.* — *Grünhagen I. 310.* — *Emler IV. 537.*)

**159. Henricus dux Slesiae et dominus Saganensis Joannem regem absolvit a debito, quo ratione homagii et vasallatus ei de terris suis facti sibi obligabatur.**

List Jindřicha kniežete slezského, v němž kvituje krále Jana českého ze všech povinností, kteréž měl jest jemu učiniti. 1338.

**1338, 22. Junii. (Verenstat.)**

(Contextus idem ut in diplomate praecedenti.)

(*A. K.* — *Arch. S. Wenc.* — *Emler IV. 542.*)

**160. Carmin herzog zu Stettin u. Pommern, spricht die ihm vom markgrafen Ludwig von Brandenburg versetzten staedte Premyslow, Boswald und Angermünde aller verpflichtung los u. ledig.**

**1338, 13. Augusti. (Frankenfurt.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**161. Otto und Carmin herzoge zu Stettin u. Pommern: Friedenschluss mit dem markgrafen Ludwig von Brandenburg.**

**1338, 14. Augsti. (Frankenfurt.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**162. Henricus Moguntinensis archiepiscopus, elector Imperii, consentit obligationi pignoratitiae castri Adelburg.**

**1338, 18. Augsti. (Pingen.)**

Zástavy zámku Adelburku povolení listem Henrycha Mohutského arcibiskupa.

(A. K. — *Vide hujus tom i n. 110.*)

**163. Joannis Boemiae regis in obligationem castri Adelburch ut principis Imperii consensus.**

**1338, 22. Octobri (in Meduno.)**

Té zástavy povolení krále Jana českého jakožto korferšta dvěma listy.

(A. K. — *Emler IV. 618.*)

**164. Kazimirus Poloniae rex cum Joanne B. rege et Carolo marchione Mor. amicitiae vinculum colligans, renuntiat omni juri in principatibus Legnicensi, Bregensi, Saganensi, Krosnensi, Olsnicensi, Stinaviensi, Opoliensi, Falkenbergensi, Strelecensi, Tessinensi, Kozlensi, Bytomensi, Mazoviensi, Plocensi, Ratiborensi et Oswietimensi, atque civitatibus Vratislaviensi et Glogoviensi.**

**1339, 9. Februarii.**

List Kazimíra krále polského, v němž se pokládá smlúva s králem Janem českým a Karlem synem jeho, kterak on, svrchu psaný Kazimír, dává jim kniežetstvie Vratislavské a Hlohovské se vším příslušenstvím a budúcim kralom českým.

Druhý list téhož Kazimíra na tauž smluvu v táz slova i roku téhož datum.

Kazimirus D. gr. Pol. rex universis praesentes literas inspecturis salutem et notitiam subscriptorum. Salus et vita

et perhennis tranquillitas, benedictio pacis, irradiata claris fulgoribus per orbis clarius refulget climata, dum regnorum subditis et terrarum incolis providetur de commodis et inter principes desideratae gratiae unio ac indissolubilis caritatis foedera gratiosius amplectuntur. Cum itaque sicut status praecedentium temporum demonstrat, inter magnificos principes, dominos Johannem B. regem et Carolum, ipsius primogenitum, marchionem Moraviae, illustres, fratres nostros carissimos, ac progenitores et praedecessores ipsorum, parte ex una, nosque ac progenitores nostros, parte ex altera, nonnullae seductiones, afflictiones et multiplices calamitates, caedesque personarum ac rerum hinc inde per tempora agitatae noscantur ac damna perpetrata, propter quae regnorum et terrarum nostrarum gubernacula utroque gravia pertulere dispendia et jacturas innumeras quotidie habuerunt: nos his tot et tantis cupientes salutifere obviare periculis, quin imo eis finem impnere salutarem, affectantes attentis affectibus cum jam dictis dominis rege et marchione firmam et perpetuam amicitiae gratiam ac fraternae dilectionis vinculum irrefragabiliter colligare, in hoc votis eorum et nostris satisfacientes, libenti animo recognoscimus, dicimus et publice protestamur, nos in magnificis principibus, dominis ducibus, Boleslao Legnicensi et Bregensi, Henrico Saganensi et Crosnensi, Conrado Olsnensi, Joanne Stinaviensi, Slesiae ducibus, necnon Bolkone Opoliensi, Bolkone de Falckinberg, Alberto de Streletz, Vladislao Teschinensi, ducibus, Vladislao Cozlensi et Bytomensi, (Wenceslao) principe Masoviae, domino in Plozck, Leskone Ratiboriensi, et Joanne Oswietimensi, ducibus et vasallis eorum, cum ipsorum ducatibus et dominiis, terris, districtibus, jurisdictionibus, pertinentiis, metis, appendiis et limitibus antiquis quibuscunque, necnon civitatibus Vratislaviae et Glogoviae cum districtibus, limitibus, afflictibus et pertinentiis earum universis, nullum jus, proprietatem vel dominium, possessionem aut titulum habere aut habuisse, competere vel competisse aliqualiter in eisdem. Promittentes ipsos dominos regem et marchionem, aut heredes, coheredes vel successores eorum, super praenominatis ducibus et ducatibus eorum seu etiam civitatibus Vratislaviensi et Glogoviensi cum

pertinentiis suis, per nos vel heredes, coheredes et successores nostros, aut alios quoscunque, nullo unquam tempore impedire, molestare vel impetere, nec duces ac ducatus ipsos et ipsorum pertinentias nobis aut heredibus nostris vendicabimus aut etiam assumemus, in ipsorum regis, marchionis vel heredum eorum praejudicium vel gravamen, quin imo placet nobis et optime favemus eis in eisdem; renunciantes insuper et cedentes pro nobis et heredibus, coheredibus et successoribus nostris, omni juri, actioni, quaestioni, proprietati et titulo in perpetuum, si quae nobis aut heredibus vel successoribus nostris competebant, competerent vel competere possent quomodo libet in futurum.

Promittentes etiam sub fide praestiti juramenti, tactis sacrosanctis evangeliis et nihilominus excommunicationis latae sententiae, contra hujusmodi nostram renuntiationem, cessionem et promissionem aliqua actione, impetitione, suggestione, studio, ingenio, jure, facto atque verbo nequaquam venire, non obstantibus aliquibus pactis, pactionibus, statutis, reformationibus, ordinationibus, consuetudinibus, praescriptionibus, conventionibus, munimentis, indulgentiis, privilegiis vel literis apostolicis, imperialibus, aut aliis quibuscunque scripturis impetratis vel in posterum impetrandis, necnon juribus quibuscunque tam juris canonici, civilis aut etiam municipalis, sub quacunque forma verborum vel prolatione conceptis vel in posterum concipiendis, etiamsi talia forent, quibus de verbo ad verbum specialem et expressam oporteret fieri quomodolibet mentionem; quae omnia et singula et quodlibet singulorum cassa, irrita, vacua et inania esse et intelligi volumus, nulliusque fore efficacie penitus aut momenti, ipsis etiam ex certa nostra scientia per omnia derogamus.

In quorum omnium testimonium atque robur perpetuum praesentes scribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari.

Datum Cracoviae in octava purificationis S. Mariae V a. D. 1339.

(A. K. — Arch. S. Wenc. — Goldast App. 29. — Grünhagen I. p. 4. — Emler IV. 642.)

**165. Foedus amicitiae inter Ludewicum Rom. Imp.  
et Joannem regem Boemiae.**

Ludovicus Bavaram, qui gerit se pro imperatore, cum rege B. concordavit, et rex B. feodum ab ipso recipiens ipsum dominum suum recognovit. (*Nepelach.*)

(*Extractus res boemicas concernes.*)

**1339, 20. Martii. (Franchenfurt.)**

Daz wir, Keyser Ludowig, unserm swager Johan, künig von Beheim, lîhen und och verlîhen haben daz kunigrîch ze Beheim mit dem furstentuom und dem schenkampt, mit allen iren nuetzen und eren, di dar zu gehorent, di lehen sind von uns und dem Romichen rîche. — Och haben wir verlîhen und verleihen ime Merhern mit allen wirden, eren und nuetzen und swaz da zu gehort, daz lehen ist von uns und dem Roemischen rîche. — Ouch verleihen wir ime und haben verlîhen, swaz in der grafschaft ze Luetzemburg und in der grafschaft ze der Welschen-Vels von uns und dem rîche ze lehen gat, daz sîn vater und sîn vordern, graten daselbss, her bracht und gehabt han von dem Romischen rîche. — Da zu lîhen wir ime vnd sînen erben und haben im och verlîhen alle diw lant in Polan, die er iezund inne hat und die di fursten und ander luet von ime ze lehen enphangen hand, und alles daz reht, daz wir und daz rîche dar an han oder haben muegen.

Wir, Johan kuenig, ze Beheim bekennen, daz wir die vergeschriben herscheft, daz kunigrîch ze Beheim mit dem furstentuom und mit dem schenchampt, Merhern, di grafschaft ze Lutzemburg, dî grafschaft zu Welschen-Vels und di lande in Polan, dî wir iezund inne haben, mit allen iren nuetzen, eren, zugehorden, als diu von dem Romischen rîche rürend und gand, vom unserm herren keyser Ludowig, zu rechten lehen enphahlen und och enphangen haben und haben och îme und dem Romischen rîche da von gesworn und gehuldet, als sitlich und gwonlich ist und als wir durch recht suellen.

Och sullen künig Johan von Beheim und sîn erben Eger, Flozz, Parkstein und Bachrach und waz dar zu gehort, in

pfandes weiz inn han, als lange, biz wir oder unser nachchomen an dem rîche di selben gut von in wider losen, als di brief sprechent, di daruber geben sint. Keysersperk und waz dar zu gehort, daz sol dem keyser und dem Romischen rîche verlîben und habent der kunig von Beheim oder sín erben sich dez verzîgen.

(*Emler IV. 662.*)

**166. Joannes Olom. ep. et Rudolphus dux Saxoniae literas Ludowici R. regis datas in castris prope Hasulach 1320, 13. Sept. transsumi faciunt.**

**1339, 10. Aprilis. (Pragae.)**

List Jana, biskupa Olomúckého, a Rudolfa, kniežete saského, že sú viděli celý a neporušitelný list Ludvíka krále římského, kdež týž král vyznává, že králi Janovi českému a polskému králi a jeho budúcim, českým kralóm, dává markrabstvie Budišínské a město Kamenice s jich se vším příslušenstvím. 1339. (A. K.)

(*Vide hujus tomi n. 39. — Emler IV. 669.*)

**167. Joannis regis et Caroli marchionis enuntiatio de berna boemicali.**

**1339, 1. Junii.**

It. Třetí list téhož krále Jana a Karla syna jeho, markrabi moravského, jímž se oba zavazují pod přísahou na svatém čtení učiněnou a pod kletbou za své dědice a budúcí potom, berné nebrati, leč by syn se jeho korunoval aneb že by který vdával dceru, tehdy potom v roce tolíko obecní berni po puol hřivně z lánu, totiž 28. gr. — Datum toho 1339.

Nos Johannes D. gr. B. rex ac L. comes.

Notum esse volumus tenore praesentium universis, quod licet praelati, barones, nobiles et alii regnicolae regni nostri Boemiae omnes collectas generales seu bernas hucusque de ipsorum benivolentia nobis plenarie expediverint, tamen ipsi evidentem et urgentissimam necessitatem nostram et debitorum gravia onera, quae propter gwerrarum et discordiarum turbationes multiplices, tam contra Imperatorem, quam duces Austriae ac alios aemulos vicinos nostros diversimode habitas hucusque

notabiliter sustinuimus, ad suffocandum debitorum huiusmodi voraginem, nec non ad recuperandum et redimendum regalia nostra, quae per obligationem et alios modos a camera regia distracta sunt et alienata, ut ipsis recuperatis, incolis regni nostri optatae quietis et pacis commoda in iustiae certitudine eo salubrius procurare possimus: ipsi barones seu regnicolae collectam generalem seu regiam, quae berna volgatiter nuncupatur, de bonis ipsorum ex mera ipsorum liberalitate et benivolencia, et non ex aliquo jure. ad praesens nobis dabunt ac dare solvere et expedire benivole promiserunt, exceptis dntaxat illis baronibus seu nobilibus, qui de non solvenda seu non danda berna de nostra voluntate iuramentum praestiterunt, qui ad solutionem ipsius bernae nullatenus tenentur nec eam debebunt dare vel expedire.

Quapropter considerato ingenti ardoris et devacionis ipsorum affectu, quo erga regale culmen in praemissis fervide afficiuntur, volentesque grata vicissitudine ipsorum occurrere benivolentiae, promisimus et promittimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris, bona fide, et sacrosanctis evangeliis tactis corporaliter iuravimus et iuramus, quod de caetero in perpetuum nullo unquam tempore a praefatis proceribus, baronibus seu incolis regni praedicti, aut ab ipsorum heredibus, liberis et successoribus non debemus aut possumus aliquam collectam generalem seu bernam petere, exigere aut recipere, aut exigi seu recipi per nos, alium vel alios quomodolibet umquam permittemus,

nisi in casu, quo tam de jure, quam de approbata hactenus consuetudine, merito nobis aut heredibus nostris debetur, utputa, si aliquem filiorum nostrorum regali diademate coronari in regem contingat, aut aliquam ex filiabus nostris, si quas habuerimus, dum ad annos nubiles pervenerint, nuptui seu ad maritandum tradiderimus, et postquam maritata fuerit, postea per unius anni spaciū tunc ipsam bernam licite et de jure recipere, petere et exigere poterimus a regnicolis nostris praedictis, videlicet per medium marcam regalem, viginti octo grossos dntaxat pro media marca computando, de quolibet laneo seu manso,

Et ad ampliorem praedictorum securitatem et cautelam sponte et deliberato animo nos obligamus et submittimus ad poenam sententiae excommunicationis camerae domini papae, quam nos et inclitus Karolus marchio Mor., primogenitus noster carissimus, aut alii nostri heredes et successores, ipso facto volumus incurrere et ipsa sentencia ligari, si contra praedictam nostram promissionem, fidem et juramentum praestitum umquam facere aut venire attemptaremus.

Praefatus etiam Karolus, primogenitus noster, sub fidei suae puritate promisit similiter et iuravit, si (quod absit) de hoc medio tolleremur, omnia praedicta attendere et inviolabiliter observare.

In cuius rei testimonium praesentibus nostrum sigillum est appensum.

Et nos Karolus marchio M., primogenitus domini regis Boemiae praedicti, omnia et singula suprascripta promisimus bona fide, corporaliter praestito juramento, sacrosanctis tactis evangeliis, illibata observare et constanter custodire; et si umquam secus faceremus, extunc volumus sentenciam excommunicationis camerae domini papae, quam in nos sponte extunc ferimus, ipso facto incurrisse.

Harum testimonium literarum, quibus nostrum sigillum una cum sigillo dicti d. genitoris nostri iussimus applicari.

Datum Pragae feria tertia infra octavas festi Corporis Christi a. eiusdem 1339.

(A. K. — *Chyt. VII. 237. — Eml. IV. 693.*)

**168. Nicolaus Winkler bona sua, sc. oppidum et munitionem Valkenaw, et quae in iudicio suo Lompez hereditarie habet, in regis Joannis manus resignans ea ab ipso in feudum recipit.**

List Mikuláše Winklara, že králi Janovi českému a budúcim kralóm českým sebe i dědice své s městečkem Valknov i s rychtou podává se k lénu i všecky dědice i držitele potomní 1339.

**1339, 3. Junii. (Pragae.)**

(A. K. — *Eml. IV. Add. 2061.*)

**169. a) Promissio Joannis de hominibus et vasallis terrae Budissinensis nullo modo a regno Boemiae alienandis.**

**169. b) Promissio Joannis de incolis terrae Gorlicensis a regno Boemiae non alienandis.**

**1339, 8. Junii.**

(*Köhler Oberlausitz I. — Emler IV. 697, 698.*)

**170. Caroli marchionis enuntiatio de berna moravicali.**

**1339, 3. Julii.**

Nos Karolus D. gr. domini regis Boemiae primogenitus, marchio Moraviae, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod licet barones, nobiles et alii marchionatus nostri Moraviae incolae pridem collectas et bernas de ipsorum benivolentia nobis plene expediverint, ipsi tamen considerantes evidentem nostram necessitatem et gravia onera debitorum nostrorum, quae propter guerrarum et discordiarum turbationes multiplices nostri genitoris atque nostras tam contra Imperatorem, quam contra duces Austriae ac alios aemulos nostros vicinos diversimodo habitas, hucusque notabiliter sustinuimus, ad suffocandum debitorum huiusmodi voraginem, ad reparandum et redimendum marchionatus bona nostra, quae per obligationes per praedictum dominum et genitorem nostrum et nos factas a nobis et camera alienata sunt et distracta, ut ipsis reparatis et exsolutis incolis nostri marchionatus optatae quietis, pacis commoda et rectitudinem iustiae eo salubrius procurare possimus: ipsi barones et nobiles marchionatus nostri collectam generalem, quae berna dicitur, de ipsorum bonis ex mera ipsorum benivolencia et libera voluntate, et non ex aliquo jure, ad praesens nobis dare unanimiter promiserunt.

Eapropter considerato ardoris affectu, quo erga nos in praemissis fervidi afficiuntur, volentes insuper grata vicissitudine eorum occurrere voluntati, promisimus et sincere promittimus bona fide pro nobis, heredibus et successoribus nostris,

sacrosanctis tactis evangeliis, corporaliter iuravimus et juramus, quod de caetero in perpetuum nullo umquam tempore a praefatis baronibus et nobilibus, heredibus et successoribus eorum non debeamus aut possimus aliquam collectam generalem seu bernam petere, exigere aut recipere, seu exigi aut recipi per nos, alium vel alios quomodolibet permittemus, nisi in casu, quo tam de jure, quam de approbata hactenus consuetudine merito nobis aut nostris debetur heredibus, puta si nos permittente Domino contingaret in regem Boemiae coronari, vel filiam nostram, si quam inantea habuerimus et dum hanc in annis maritari contingat, et cum marito nupserit, tunc deinde post unius anni spatium ipsam bernam de quolibet laneo per viginti et octo grossos Pragenses recipiendo dumtaxat, ab ipsis baronibus et nobilibus ac vniuersis nostri marchionatus incolis licite petere, exigere et recipere, poterimus et debemus.

Et ad firmiorem praemissorum omnium certitudinem et securitatem sponte nos obligamus et submittimus ad poenam sententiae excommunicationis domini papae, quam nos, heredes et successores nostri ipso facto incurrere volumus et ipsa ligari sententia, si contra praemissa nostra vota, nostram fidem et juramentum praestitum ullo umquam tempore praesumeremus aut facere vel venire.

In cuius rei testimonium praesentes fieri iussimus sigilli nostri atque domini et genitoris nostri carissimi munimine roboratis.

Nos quoque Johannes, Boemiae rex ac Lucemburgensis comes, recognoscimus universis, quod barones et nobiles terrae et marchionatus Moraviae ad nostrarum et primogeniti nostri praedicti instantias, praesentem bernam dare unanimiter et fideliter promiserunt, ob quod una cum ipso primogenito nostro ad observationem omnium praedictorum per ipsum promissorum inviolabilem, sacrosanctis tactis evangeliis, corporali praestito sacramento, sub omnibus conditionibus praemissorum nos fideliter astringimus et constanter.

Actum et datum Brunae V.<sup>o</sup> Nonas Julii a. D. 1339.

(*Orig. arch. terrae Moraviae. — Chyt. VII. 242.*)

**171. Nicolai ducis Opaviensis literae, quod ducatus sui subditos et vasallos velit conservare in eorum libertatibus.**

**1339, 8. Julii.**

List kniežete Opavského Mikuláše, že pány, rytierstvo i města kniežetství opavského slibuje zachovati podle jich výsad, jakož pak ty jich výsady vepsány jsú v ten list. 1339.

Nos Nicolaus D. gr. dux Opaviae. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos contenti stare volentes nostris terminis, libertatibus et gratiis datis et impensis nobis a domino nostro, d. Joanne B. rege serenissimo, cum gratiarum actionibus debitIs et devotis, volentesque proinde jus suum unicuique subditorum nostrorum tribuere et nobiles, barones et vasallos penes libertates et justitias habitas eorum inviolabiliter conservare, promittimus praefato domino nostro et heredibus ac successoribus eius, B. regibus, pro nobis et heredibus nostris, firmiter et fideliter spondemus pure et sincere, omnes et singulos barones, vasallos et nobiles terrae Opaviensis, prout nobis ipse dominus noster dedit et tradidit per suas literas, quarum tenor talis est:

(*Vide hujus tomī n. 29.*)

Secundae vero literae tenor est talis:

(*Vide hujus tomī n. 30.*)

in eorum juribus, libertatibus, privilegiis et gratiis antiquis a Boemiae regibus habitis et obtentis, manutenere, servare et inviolabiliter custodire, eosque eisdem gratiis et juribus uti facere et permittere plene volumus et gaudere. Adjicientes ad majorem declarationem et evidentiam facti clariorem, quod si nos alicui vel aliquibus de terrigenis, nobilibus vel vasallis justitiam juxta terrae consuetudinem facere recusaremus, extunc licite et sine nostra laesione aut offensa ad dominum nostrum regem poterunt appellare, ipse autem d. rex nos per suum nuntium admonere debet de justitia exhibenda. Et si nos tunc demum passis gravamen vel injuriam, justitiam facere minime cura-

remus, extunc ipse d. rex secundum terrae consuetudinem justitiam eis facere tenebitur et debebit.

In cuius

Datum in Olomuc die VIII. mensis Julii a. D. 1339.

(*Orig. unum in archivō Statuum Opaviensium, alterum in archivō aul. Vindob. — A. K. — Chytīl VII. 243. — Emler IV. 709.*)

**172. Nicolaus dux Opaviae Joanni regi tradit oppidum Zukmantel cum castro Edelstein.**

**1339, 8. Julii.**

Deinde pater meus (Joannes rex) processit versus Moraviam volens destruere Nicolaum ducem Opaviae et Ratiboriae, quem patri meo vix reconciliavi. Dedit tamen patri meo castra et pecuniam multam. (*Vita Caroli.*)

Nos Nicolaus D. gr. dux Opaviae universis et singulis volumus fore notum, quod nos recognoscentes inobedientiam nostram, qua offendimus oculos majestatis regiae domini nostri, regis Boemiae serenissimi, volentesque gratiam cum humanitate debita satisfactione condigna in conspectu regis invenire, praefato d. regi et heredibus suis in hereditatem perpetuam et hereditarie, sponte et libere, non compulsi, non coacti, nec aliquo ingenio seu dolo inducti seu deducti, oppidum Zuckmantel cum Hermanstad oppido et Arnoldsdorff villa et cum castro Edelstein, necnon aliis pertinentiis et aurifodinis suis ibidem existentibus et quae fieri poterunt in futurum, damus, tradimus et assignamus, cum omnibus et singulis aliis juribus necnon territorio ibidem et pertinentiis suis et cum pleno, mero et mixto dominio, libertatibus, jurisdictionibus, baylia et omnibus et singulis, nobilibus et vasallis, hominibus et judaeis, advocacia et jure patronatus ecclesiarum et omnibus aliis usibus, utilitatibus, obventionibus, fructibus, usufructibus et afflictibus suis, qui et quales sunt, in quibusve rebus consistant vel consistere poterunt in futurum, et prout nos tenuimus et possedimus, quovis titulo et modo, per ipsum dominum regem ac heredes et successores ipsius hereditarie possidenda, utenda et perpetuo tenenda, de eisque dispositi-

onem plenam damus et relinquimus eidem domino regi here-dibus et successoribus suis, B. regibus, vendendi, donandi, per-mutandi et quovismodo alio vel forma tanquam de rebus propriis et hereditariis faciendi, pro ipsis et eorum lubitu et voluntate.

Promittentes pro nobis et heredibus nostris firmiter, fideliter et pure, contra praefatam donationem et traditionem nostram de bonis antedictis et eorum pertinentiis, juribus et fructibus praenomitatis omnibus ratam, gratam et firmam perpetuis tenere et manere temporibus, nec unquam contra venire, per nos ac alium seu alios quoque modo; renunciantes in primis omnibus et ad omnia et eorum cuilibet omni actioni, exceptioni doli mali, non numeratae, non soluta pecuniae impetitioni, restitutioni in integrum et alio quovis suffragio juris, canonici vel civilis ac etiam consuetudinarii, per quae vel eorum alterum vel aliquod nobis ac heredibus nostris possit aliquod suffragium tempore quolibet afferri, etiam si de eis vel eorum aliquo fit, de quo in genere vel in specie de verbo ad verbum esse et fieri specialem oporteat mentionem; quibus omnibus et singulis eorum esse et intelligi volumus per omnia specialiter derogatum, harum nostrarum testimonio litterarum.

Datum in Olomüntz VIII. die mensis Julii a. D. 1339.

(*Sommersberg I.* — *Ludewig V.* — *Chytil VII.* 244. — *Emler IV.* 710.)

Nicolaus, dux Opaviae antiquus, filius quondam Otacari II. regis illegitimus, quem pater ca. a. 1269 fecerat ducem Opaviae regnique Boemiae vasallum (vid. Cod. j. b. I. n. 60), anno 1281 castrum Edelsteyn cum suburbio, quod Zukemantil, episcopo Vratislaviensi contulerat in recompensam damnorum, quae episcopalis ecclesia S. Joannis Wratisla-viensis guerra inter episcopum et Ottone de Linavia vertente passa est. Diploma super hoc exstructum datum est Nisae a. 1281, sabbato ante vigiliam nativ. b. Mariae virg. (6. Sept.) — (*Grünhagen II.* 459.)

### 173. Joannes rex Nicolao duci Opaviae ducatum Ratiborensem in feodum confert.

1339, 9. Julii.

Johannes D. gr. Boemiae rex etc.

Ad universorum igitur notitiam volumus tenore praesentis privilegii pervenire, quod nos grata et accepta,

quae illustris Nicolaus dux Opaviae, princeps noster dilectus, culmini nostro cum inconvulsae fidei constantia hucusque exhibuit servitia et exhibere poterit in futurum, advertentes ipsi Nicolao, duci praedicto ac suis heredibus utriusque sexus, tam filiis quam filiabus legitimis de corpore ipsius procreatis et procreandis, terram et ducatum Rathiboriensem cum civitatibus et castris subnotatis, sc. Rathibor civitatem cum castro, Zaar, Plezinam et Loslaw civitates, Rybnik castrum cum oppido etc. in pheodium damus per eundem Nicolaum ducem Opaviae et heredes suos seu filios seu filias suas praedictas, quibus etiam dictus Hlesco, dux Rathiboriensis, dictam terram et ducatum, postquam ipsum non esse contigerit, de nostris favore et beneplacito olim contulerat, tenenda. Specialiter autem ex nostrae majestatis munificentia ducem Nicolaum, heredes et successores suos hac concedimus et volumus libertate potiri, quod iidem unicuique ullam ipsis quocumque tempore quaestionem moventi, non jure polonicali vel alio quocumque, praeterquam jure theutonicali principum vasallorum Theutonicorum debeant respondere, suo siquidem jure ipsum, heredes et successores suos insigniri, perfrui volumus jugiter et gaudere.

In quorum .

Et nos Carolus, d. regis B. primogenitus, marchio M., supradictis omnibus et singulis tractatibus interfuius, praemissaque omnia et singula ex parte d. genitoris nostri praedicti tractavimus, promittentes praesentibus pro nobis et fratribus, heredibus ac successoribus nostris, ea omnia rata et grata perpetuis tenere temporibus atque observare firmiter, sub nostra fidei puritate, nostrum etiam sigillum una cum sigillo dom. genitoris nostri praesentibus appendendo in testimonium praemissorum.

Actum et datum Olomucz, feria VI. ante festum S. Margarethae virg. proximum a. D. 1339.

(*Cod. dipl. Siles. VI. — Grünhagen II. 385. — Emler IV. 711.*)

**174. Joannes rex ad petitionem Nicolai episcopi Tridentini ecclesiae episcopali Tridentinae concedit insigne seu arma S. Wenceslai, martyris Boemiae.**

**1339, 9. Augusti. (Vratislaviae.)**

(*Böhmer Reg. Imp. n. 269. — Emler IV. 724.*)

**175. Declaratio Joannis regis et Caroli marchionis in causa civitatis et castri Lubyn.**

**1339, 22. Augusti.**

In nomine domini Amen. Nos Johannes D. gr. rex ac L. comes, necnon Carolus, primogenitus eiusdem, marchio Moraviae, ad universorum deferimus notionem, quod nos de maturo et deliberato procerum, baronum ac feodalium, necnon consiliariorum et fidelium nostrorum consilio, ex mera voluntate et certa scientia, non per errorem, illustri principi, d. Bolezlao, duci Sleziae et domino in Lignitz, sororio nostro carissimo, suis heredibus et legitimis successoribus, rite vendidimus et rationabiliter resignavimus pro quatuor millibus quadringentis et vigintiquinque marcis grossorum Pragensium, numeri et pagamenti polonicalis, nobis iam integraliter expeditis, ciuitatem nostram Lubyn cum castro adiacente eidem, eius districtu, feodalibus et homagio eorumdem, cum pleno et toto dominio, juribus, jurisdictionibus, munitionibus et incolis eorumdem, cum agris cultis et incultis, mericis, silvis, forestis, mellicidiis, venaturis, piscaturis, thelonieis, moneta, iudaeis, aduocatis, judiciis supremis et infimis, cum jure patronatus ecclesiarum ac presentationibus earumdem et beneficiorum omnium, curatorum sive non curatorum, et aliis omnibus ac singulis appendiis et utilitatibus, quibuscumque nominibus vocitentur, nullis nobis et nostris heredibus juribus seu utilitatibus in eisdem ciuitate, castro et districtu penitus reservatis.

Specialiterque cum villis de districtn Rudensi ad eundem districtum Lubynensem coniunctis, nominatimque cum omnibus et singulis pertinentiis, sicut eandem ciuitatem, eius castrum et districtum incliti duces Johannes dominus Stynaiae et Henricus, eius pater, retroactis temporibus habuerunt et sicut

ad nos ab eisdem pervenerunt ac sicut in suis terminis et gadibus circumferencialiter sunt distincti, nomine veri feodi a nobis et nostris successoribus, B. regibus in aevum et perpetuis temporibus libere possidendos, vendendos et in usus necessarios convertendos, et in eis aedificare seu frangere et per omnia disponere tamquam in aliis ipsorum propriis et hereditariis bonis, debebunt et poterunt secundum eorum libitum voluntatis; abrenuntiantes et cedentes pro nobis et nostris heredibus, omni iuri, jurisactioni, impetitioni seu repetitioni, quae nobis, suffragante iure quocunque, in dictis civitate, castro et eius districtu ac omnibus eorum appendiis competunt in praesenti vel competere poterunt quomodolibet in futurum

In quorum

Datum et actum in Budyssin a. D. 1339, proxima die dominica ante festum b. Bartholomei ap.

(*Orig. arch. aul. Vindob.* — *Chytil VII.* 248. — *Emler IV.* 731.)

**176. Declaratio dominorum de Legnicz in causa civitatis et castri Lubyn.**

**1339, 24. Augusti.**

Nos Boleslaus, D. gr. dux Slesiae et dominus Legnicensis, necnon Wenceslaus et Ludovicus, eiusdem filii, recognoscimus universis, quod excellentissimis principibus et dominis nostris carissimis, Joanni regi B. ac L. comiti, et Carolo, eius primogenito, marchioni Moraviae, promisimus in solidum bona nostra fide et sine dolo, si ipsi a Nativitate b. Mariae V. proxima ad duos annos continuos aut infra illum terminum, quandounque voluerint, quatuor millia marcarum quadringentas marcas et viginti quinque marcas grossorum polonici pagamenti nobis dederint coram consulibus Legnicensibus, simul et semel denariis cum paratis, quod tunc ipsis civitatem Lubyn cum castro et eius districtu et omnibus eorum appendiis, sicut ad nos ab eisdem pervenerunt, sine contradictione reddere debeamus. Si autem nobis illam pecuniam in dicto termino

aut infra eundem non dederint, ut est dictum, tunc amplius ad reddendum eis eandem civitatem, castrum et districtum cum eorum appendiis non sumus quomodolibet obligati.

Harum testimonio

Datum Budesin in die b. Bartholomaei a. D. 1339.

(*Chytel VII. 249. — Grünhagen I. 314. — Emle IV. 732.*)

**177. Boleslaus dux Legnicensis ipsiusque filii a rege Joanne instituuntur capitanei civitatis et terra Glogoviae.**

**1339, 24. Augusti.**

(A. K. — *Chytel VI. 250. — Grünhagen I. 154 — Emle IV. 733.*)

**178. Joannes rex consentit obligationi castri Adelburgh per Ludovicum Rom. Imp. Friderico de Aw et Conrado Zinczenhofer factae.**

**1341, 24. Febr. (Monaco).**

Na zámek Adlburk, kterak byl zastaven.

(A. K. — *Emle IV. 875. — Ch. n. 163.*)

**179. Jesco, filius Nicolai de Botenstein, renuntiat oppido Choczien et villis ad castrum Lutiez spectantibus et castro ipso.**

**1341, 12. Maii. (Pragae.)**

(A. K. — *Emle IV. 916 — Cod. j. b. II. 3, 23.*)

**180. Joannes rex privilegia civitatis Egrae confirmans cives et incolas ejus consortio incolarum regni Boemiae aggregat.**

**1341, 10. Junii.**

Johannes D. gr. B. rex ac L. comes, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos illos gratia et favore singulari ex innata nobis clementia tenemur prosequi, qui pro nostris commodis et honoribus grandibus et multiplicibus periculis se exponere non formidant. Cum igitur cives et incolae civitatis Egreensis, fideles nostri

dilecti, christiani et judaei, continuis periculis jam dudum propter nos fuerunt et sunt expositi sicut signum ad sagittam, grata vicissitudine in recompensam praemissorum ipsis occurtere disponentes, sicut decet, hanc gratiam ex liberalitate regia duximus faciendam, quod omnes literas et singula privilegia sub quoque tenore vel sub quaque verborum conceptione, quas et quae a divis Imperatoribus, Romanorum regibus, ab antecessoribus nostris f. m. regibus Boemiae ac a nobis habent et habere dinoscuntur, sub omnibus punctis, clausulis et articulis, quemadmodum in literis predictis continentur, ratificamus, approbamus et de certa nostra scientia confirmamus, semper tamen salvo jure nostro; sincere promittentes, ipsas et ipsa gratas et grata tenere, habere et inviolabiliter observare.

Et ut dictos cives et incolas dictae civitatis Egrensis amplioris praerogativa gratiae prosequi videamus, ipsos consortio aliorum nostrorum fidelium ac incolarum regni nostri Boemiae aggregari volumus et praesentibus aggregamus, sub omnibus privilegiis, libertatibus, praerogativis et gratiis, quibus alii nostri cives et incolae regni Boemiae gaudent et potiuntur, dicti nostri cives Egrenses gaudere et potiri debeant perpetuis temporibus inantea pacifice et quiete.

Sic tamen, quod nostri homines et fideles omnium terrarum nostrarum, cujuscunque status seu conditionis fuerint, eisdem libertatibus, privilegiis, praerogativis et gratiis, ut praedicitur, e converso in civitate, terra et districtu Egrensi gaudere et potiri debeant licite et impune.

Mandantes et praecipientes firmiter et districte, hanc nostrae indulsionis gratiam ab omnibus et singulis, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, civibus et civitatum judicibus in corpore regni Boemiae consistentibus inviolabiliter et illaesam observare, sicuti indignationem nostram gravissimam voluerint evitare.

Harum nostrarum etc.

Datum Pragae die dominica post festum corporis Christi proxima, a. D. 1341.

(*Inclusum literis Caroli IV. ab a. 1347, 25. Sept. — Pelzel K. Karl IV. Urk. 48. — Emser IV. 932.*)

**181. Ordinatio Joannis regis de successione in regno.**  
**1341, 11. Junii.**

Nos judex et jurati ac universitas civium Maioris civitatis Pragensis recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie literarum cupimus pervenire, quod quia excellentissimus princeps, dominus noster, d. Johannes, inclytus rex B. ac L. comes, a. D. 1341, feria II. infra octavas Corporis Christi, convocatis praelatis, principibus, baronibus, nobilibus, consulibus seu juratis predictae civitatis Pragensis et aliarum civitatum regni Boemiae, civibus nec non consiliariis seu ambassadoribus civitatis Wratislaviensis, ibidem praesentialiter astantibus, talem coram eis Ordinationem duxit publice faciendam, volens eam habere robur perpetuae firmitatis, hanc videlicet:

Quandocunque ex permissione divina ipsum dominum regem ab hac vita (quod absit) migrare contigeret, quod tunc statim nos et predicta civitas Pragensis ad illustrem principem dominum Carolum, dicti domini nostri regis Boemiae primogenitum, marchionem Moraviae, suosque heredes duntaxat, et ad nullum alium juxta Ordinationem predicti domini nostri regis respectum omnimode habere debeamus.

Nos itaque ipsius domini nostri regis mandatis, ea qua decet reverentia obedire humiliter cupientes, pro nobis, heredibus et successoribus nostris promittimus bona et sincera fide firmiter et spondemus, quod quandocunque saepedictum dominum nostrum regem Boemiae decedere contingeret ab hac vita, extunc ad ipsum dominum marchionem Moraviae heredesque suos et ad nullum alium volumus habere respectum, sibique tanquam vero et legitimo domino nostro in omnibus et per omnia intendere, parere et obedire fideliter cum effectu.

Harum nostrarum testimonio literarum. Dat. anno et die etc.

(*Orig. arch. aul. Vindobon.* — *Pelzel. Carl IV. Urk. 25.* — *Cod. j. b. II. p. 2, 188.* — *Emler IV. 935.*)

**182. Kazimirus, Poloniae rex, cum Joanne rege et Carolo marchione renovat foedus amicitiae.**

**1341, 13. Julii.**

A. 1341 domina Margaretha, filia regis Joannis, marito suo Henrico duce Bavariae viduata et filio unigenito de hac vita sublato, venit Pragam

die 20. Maji, quæ cum magna solemnitate ab universo clero et a populo honorifice est suscepta. Et illico fit tractatus inter regem Poloniae et ipsam de matrimonio contrahendo. Postquam vero de hoc inter ipsum et regem B. finaliter esset compromissum et concordatum, ipsa inclyta domina M. aegritudine exstitit gravata. Venitque Pragam sponsus ejus, rex P decenti et multa militia stipatus et paratus ad celebrandam nuptiarum solemnitatem. Die tertia ante festum S. Margarethae (11. Julii.) ille regalis filos clarissimi germinis emarcuit, decidit et decessit. (*Franc. Prag.*)

Nos Kazimirus, D. gr. Poloniae rex, ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum dudum magnificos principes, d. Johannem regem B. et d. Karolum, ejus primogenitum, marchionem Moraviae, illustres, in patrem et fratrem nostros assumpserimus ac ipsi nobis inclytam Margaretham, quandam comitissam palatinam Reni, ducissam Bavariae, filiam et sororem suam piae memoriae, spoponderint tradere matrimonialiter in uxorem, nosque promiserimus ipsos semper et in omnibus tanquam patrem carnalem et fratrem uterinum tenere et contra omnem hominem iuvare; cumque nobis tandem juxta vocationem et informationem matrimonii ipsorum ad consummandum matrimonium et celebrandum nuptias huiusmodi venientibus, dicta domina Margaretha, sponsa nostra carissima, sicut Domino placuit, viam sit universae carnis ingressa: propter hoc ligam sive vinculum dilectionis, unionis et fidei, consideranti animo et ingenti desiderio inter nos utrinque initum totaliter et firmatum, dissolvi nolentes quomodolibet aut corrumpi, sed volentes id ipsum potius novis colligationibus et sincero foedere indissolubiliter innovari et perfectius roborari, praestito tactis per nos sacrosanctis evangeliis, corporali iuramento, promisimus et promittimus in hiis scriptis, ex nunc jurantes, semper in omnibus et ubique praedictum regem B. tanquam patrem carnalem et dominum marchionem tanquam fratrem uterinum tenere, eorumque et regni terrarum suarum profectum, honorem, commodum omni tempore tota diligentia fideliter procurare et eis in regno ac terris suis et extra in persona propria et rebus ac potentia nostra assistere et in omnibus vitae nostrae temporibus contra omnem viventem hominem cuiuscumque praeminentiae, conditionis aut status existat, nullo penitus

excluso, praeter magnificum principem, dominum Bolkonem ducem Sleziae et dominum de Swidnicz, nepotem nostrum carissimum, fideliter adhaerere et ipsis in universis causis evenientibus et necessitatibus suis auxiliis et consiliis nostris bona fide et absque omni doli scrupulo prosequi et iuvare.

Et hoc specialiter addito, quod si princeps quicunque, unus vel plures, regnum sive terras ipsorum intrare et invadere, occupare vel devastare vellent: contra illum vel illos promittimus adiuvare. Et si ipsi domini, pater et frater nostri praedicti, processu temporis nobis deferrent, quod princeps aliquis aut baro regnum vel terras eorum aut partem aliquam detineret et illicite occuparet: extunc ipsos ad evincendum et obtainendum bona talia universa et pacifice possidendum iuvare promittimus et tenemur.

Si vero contra aliquem principem, vasallum, baronem vel subditum nostrum cuiuscunque conditionis vel status, qui in limitibus sive metis terrarum suarum ipsis iniuriaretur et indebite occuparet, nobis deferrent querelam: illum ad nostram vocare praesentiam et ad tenendum eis justa placita ac ad faciendum super hoc, quod rationabile sit et iustum, coarctare tenebimur praevia ratione.

Quodsi princeps, vasallus, baro vel subditus noster huiusmodi animo fortasse rebellionis regiae maiestatis ductus justiciam recipere super huiusmodi bona et reddere non curaret extunc metas et limites taliter occupatos et ad ipsos dominos patrem et fratrem nostros vel alterum ipsorum, spectantes, evincere et ipsos ad assecutionem eorum ac possessionem pacificam tenebimur adiuvare, ad quod et ipsi suum nobis praestabunt, si opus erit, auxilium, dum per nos fuerint requisiti.

Praeterea specialiter duximus exprimendum, quod si dictos dominos, patrem et fratrem nostros carissimos, aut alterum eorum, in posterum ullo tempore cum excellentissimo principe Karolo, rege Ungariae illustri, fratre nostro, guerram suscitare et in manu potenti terras eius intrare contingere: extunc licebit nobis ac poterimus et tenebimur cum ipso rege Ungariae stare et eum, in suis duntaxat terris, ad defen-

dendum easdem contra praefatos dominos, patrem et fratrem nostros, pro viribus adjuvare.

Si vero idem dominus rex Ungariae terras ipsorum similiter devastaturus intraret: extunc pro defensione ipsarum terrarum suarum cum ipsis, tanquam filius et frater, prompte et constanter stabimus et ipsos iuvabimus toto virium nostrarum omnium potentatu.

In quorum omnium testimonium praesentes litteras fieri et sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari.

Actum Pragae praesentibus venerabili domino Johanne, episcopo Olomucensi, ac illustribus principibus, dominis Bolezlao duce Sleziae et domino Lignensi, Bolkone Swidnicensi et Nicolao Oppaviae et Rathiboriae ducibus, nec non fidelibus nostris dilectis, Heymanno de Duba, domino in Nachod, dicto Hase, Hincone dicto Hlawacz, Jeskone dicto Iura, subcamerario Cracoviensi, Jescone venatore Cracoviensi, Maczkone Berkwickz castellano Landensi, et Segneo praeposito S. Michaelis in castro Cracoviensi, vicecancellario curiae nostra, testibus ad praemissa vocatis pariter et assumtis, quorum etiam sigilla praesentibus ad maiorem evidenciam sunt appensa.

Datum a. D. 1341 in die b. Margaretae virg. gloriosae.

(*Orig. c. r. arch. aul. Vindobonensis. — Chytil VII. 333. — Emller IV. 957.*)

### 183. Foedus amicitiae inter Kazimirum regem Poloniae et Carolum marchionem roboratur.

1341, 13. Julii.

Nos Kazimirus D. gr. rex Poloniae etc. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum serenissimus princeps, d. Johannes rex B. comes L., et d. Carolus, primogenitus eius, marchio Moraviae, fratres nostri carissimi, inclytam Margaretam comitissam palatinatus Rheni, ducissam Bavarorum, dicti domini regis filiam ac domini marchionis sororem felicis memoriae, dudum nomine iuramenti

tradere promiserit matrimonialiter in uxorem; nos quoque eodem nomine promiserimus vice versa, ipsos fratres nostros semper et in omnibus tanquam fratres uterinos tenere et sicut nosmet ipsos prosequi contra omnem hominem et iuvare; cumque nobis tandem, iuxta vocationem et confoederationem ipsorum, pro consummando matrimonio et nuptiis celebrandis venientibus, dicta domina Margareta, sponsa nostra carissima p. r., Deo volente, viam sit universae carnis ingressa: propter hoc ligam seu vinculum dilectionis et fidei ipsorum, ex nostro ingenti desiderio initum, inter nos utrobique taliter et firmatum deperire nolentes aliqualiter aut corrumpi, quam, ut ipsum potius ampliori firmitate et sinceriori foedere roboretur ac vigeat jugiter ac persistat, praestito, tactis per nos sacro-sanctis evangeliis, iuramento corporali, promisimus et promittimus in his scriptis:

Antedictum d. marchionem, fratrem nostrum, adhuc exnunc in antea, semper et ubique, quam diu, Domino favente, vixerimus, tamquam fratrem uterinum tenere, suumque ac terrarum suarum prefectum, honorem, commodum pro omni posse ac tota diligentia fideliter procurare et sibi in terris suis cum nostra persona rebus ac potentia nostra adesse et contra omnem hominem viventem, omni fraude et doli scrupulo procul motis, nullo prorsus excluso, cuiuscunque conditionis aut status existat, firmiter adhaerere, eumque in singulis negotiis evenientibus et necessitatibus suis prosequi et iuvare consiliis auxiliis et juvaminibus opportunis.

Hoc solum expresso, quod nisi processu solo temporis ipsum d. marchionem cum excellentissimo principe, d. Carolo rege Hungariae illustri, fratre nostro, guerram suscitare et terras ipsius manu potenti intrare continget: extunc licebit nobis et poterimus ac tenebimur cum ipso domino, rege Hungariae, stare et eum in suis terris duntaxat ad defendendum easdem, contra praefatum dominum marchionem pro viribus adiuvare.

Si vero idem d. rex Hungariae terras ipsius d. marchionis similiter devastaturus intraret: extunc pro defensione eiusdem marchionis et terrarum suarum cum ipso tanquam

fratre uterino stare et eum adiuvare tenebimus et spondemus  
toto virium nostrarum omnium potentatu.

In quorum etc.

Actum Pragae praesentibus testibus a. D. 1341, in die  
Margaretha virg.

(*Orig. c. r. arch. aul. Vind.* — *Chyt il VII. 334.* — *Emler IV. 959.*)

**184. Foedus inter Kazimirum Poloniae regem et  
Carolum marchionem de novo firmatur.**

**1341, 13. Julii.**

In nomine domini Amen. Laudabile fore probatur per-  
maxime et honestum, ubi vota principum ad concordiae flectuntur  
unionem, per quam pax nutritur et commodis providetur subdi-  
torum. Proinde nos Kazimirus D. gr. rex Poloniae, indissolubile  
vinculum inter nos et serenissimum principem, d. Karolum,  
marchionem Moraviae illustrem, fratrem et sororium nostrum  
carissimum, perpetuis permanere temporibus et ipsum in visce-  
ribus gerentes caritatis ac toto nostro conamine prosequi in  
omnibus cupientes, non obstante, quod eiusdem domini marchi-  
onis soror, domina Margaretha, comitissa palatina Reni, ducissa  
Bavariae f. r., quae nobis matrimonialiter debuit copulari, sit  
uniuersae carnis viam ingressa, et ne propter hoc liga dilecti-  
onis ac amicabilis coniunctio videatur et fidei puritas disjungi  
inter nos et dissolui, sibi animo ingenti ac desiderabili perpe-  
tuaeque unionis sic factae: promittimus bona fide tamquam fratri  
uterino, in omnibus consiliis, auxiliis, placitionibus, tracta-  
tibus adhaerere, et maxime in contrahendis amiciis matrimo-  
nialibus, quas Deus nobis concedet, faciendis, de nostra propria  
persona ac puerorum nostrorum ipsum prosequi et sine eiusdem  
voluntate nihil facere aut attemptare quoquomodo, nisi prius  
ipsius consilio, auxilio, consensu ac speciali super hoc requisita  
voluntate. Quae omnia promittimus et singula in hiis scriptis  
inviolabiliter observare.

Actum Pragae a. D. 1341.

(*Orig. c. r. arch. aul. Vind.* — *Chyt il VII. 374.* —  
*Emler IV. 958.*)

185. Joannes rex promittit privilegia incolis de Parkstein a Rudolfo duce Saxoniae impertita observare.

**1341, 18. Augusti. (Pragae.)**

(*Emler IV. 983.*)

186. Hertlini dicti Dresuiczer et Marschonis ejus filii pro se, heredibus et successoribus suis castri dicti Rakindorf et aliorum bonorum in feudum hereditarium a Joanne rege B. susceptio.

**1341, 19. Augusti. (Pragae.)**

(*Emler IV. 985.*)

187. Promissio ducis Nicolai, domini de Munsterberg, de fide marchioni Carolo servanda.

**1341, 24. Augusti.**

List Mikuláše kniežete Mynsterberského, že se vším svým panstvím přijme léno od Karla markrabi moravského.

Nos Nicolaus D. gr. dux Sleziae, dominus in Münsterberg, promittimus sincera nostra fide et sine omni dolo illustrissimo ac magnifico domino nostro, Carolo marchioni M., cum omnibus terris, civitatibus, castris, munitionibus, vasallis et universis subditis et fidelibus nostris ac possessionibus, ad nos per mortem f. m. domini genitoris nostri devolutis et imposterum acquirendis, parere et intendere ac per omnia, ut tenemur, fideliter obedire, sibique et non alteri fidelitatis homagium praestare, sicut decet, si serenissimo domino nostro, Joanni B. regi, quem Deus custodiat, quicquam humanitus eveniret.

Datum Pragae in die St. Bartholomaei ap. a. D. 1341.

(A. K. — *Grünhagen II. 133. — Emler IV. 988.*)

188. Jenczik, Laurentius, Herbordus et Pesco fratres de Genewicz: Infeudatio regno B. montis dicti „uf der Gans“ in magna silva siti, pertinentis ad castrum Winterberch.

**1341, 3. Septembris. (Pragae.)**

Hrad Hús. List Jenčíka, Laurence, Herburta a Peška bratří z Janovic, že hrad Hús dopuštěn jest jim stavěti a oni se podmanili s tím hradem králi Janovi i budúcim českým kraluóm. 1341.

(A. K. — *Cod. jur. boh. II. 3, str. 36. — Emler IV. 1000.*)

**189. Friderici et Ottonis dictorum fratrum burggraviorum de Donin et Henrici dapiferi de Burn castri Donin cum suo dominio et omnibus juribus et pertinentiis a Joanne rege B. et ejusdem heredibus et successoribus et ejusdem regni corona in perpetuum et hereditarium feudum susceptio.**

**1341, 7. Septembris.**

List Fridrichuov a Ottuov bratří z Donína, že od krále českého přijal jest v zástavě hrad Donín v jisté summě pod manstvie věčně kralom českým sám od sebe i od svých dědicov, budúcích držitelích téhož zámku leta 1341.

(A. K. — *Cod. j. b. II. 3, p. 35.* — *Emler IV. 1001.*)

**190. Joannis episcopi Olomucensis et Rudolphi ducis Saxoniae, Vidimus literarum Henrici ducis Slesiae, domini de Jawr et de Firstemberch, resignationis et renuntiationis marchiarum Budessinensis et civitatis Frankfurt ad Oderam.**

**1341, 17. Septembris. (Pragae.)**

List Jana biskupa Olomúckého a Rudolfa kniežete saského, že sú viděli dva listy kniežete Henrycha slezského; v jednom stojí, že jest týž Jindřich dal a zapsal králi Janovi, českému králi i budúcim kraluom českým, všecka svá práva na maršalství, krajinách, zemiech svých; druhým listem vyznává, že jest témuž králi Janovi českému a budúcim kralom českým město své Gorlici prodal. 1341. (A. K.)

(*Vide literas Henrici ducis 1319, n. 36 et 37.*)

**191. Boleslai ducis Sleziae, domini Legnicensis et Bregensis literae, quod ex indulto Joannis regis possit pignori aliqua bona sua dare, dummodo earum exsolvendi potestas heredibus aut regibus Boemiac reservetur.**

**1341, 17. Septembris.**

Nos Boleslaus D. gr., dux Sleziae et dominus Lignicensis et Bregensis, recognoscimus tenore praesentium universis, quod cum magnificus princeps et dominus ac sororius noster carissimus, d. Joannes B. rex ac L. comes, nobis benevole

concesserit et indulserit, ut aliquam vel alias munitionum nostrarum, quamcumque vel quascunque, regi Poloniae pro quatuor millibus aut domino Bolkoni, duci Sleziae et domino Svidnicensi, pro duabus millibus marcarum polonici pagamenti, prout in aliis literis dicti domini regis nobis datis continetur, possimus pignori obligare: volentes igitur praefato domino regi B. ac nobis, nostrisque heredibus praecipue in hoc praecavere, promittimus bona fide et sincere, praefatas munitiones seu munitionem praefatis dominis, regi Poloniae aut duci Svidnicensi, non aliter titulo pignoris obligare, nisi semper reservata nobis aut nostris heredibus aut praefato d. regi aut suis heredibus libera aut plenaria potestate, easdem munitiones seu munitionem exsolvendi (et) redimendi in ea summa pecuniae, pro qua fuerint obligatae.

Et si (quod absit) nos aut praedicti nostri heredes et filii praedictas munitiones vel munitionem eximere vel redimere non possemus: extunc praefatus d. rex aut sui heredes, et nullus aliis hominum, dictas munitiones vel munitionem redimere et liberare poterunt et debebunt in summa pecuniae, pro qua fuerint obligatae, quandocunque eis videbitur opportunum et melius expedire. Et eas vel eam tam diu habeant in pignore, quo usque nos et heredes nostri filii et heredes praefati eas redimere poterimus, secundum modum, quo ipsas vel ipsam praefatus rex Poloniae aut dux Svidnicensis prius tenuerunt nomine pignoris, ut prius est expressum.

Promittimus etiam et tenebimus ab illo, cui praefatas munitiones vel munitionem obligaverimus, dicto d. nostro regi, aut suis heredibus literas ordinare patentes, quod ipsas vel ipsam praefato domino regi B. aut suis heredibus et nulli alteri restituat et det sine contradictione qualibet ad redimendum, quandocunque videbitur eis utilius expedire.

Harum etc.

Datum Pragae feria II. proxima post festum Exaltionis S. crucis a. 1341.

(*Grünhagen I. 315. — Emler IV. 1006.*)

**192. Joannis regis B. Petro Plick et suis heredibus et successoribus castri Neydek cum suis pertinentiis in feudum concessio et judicii capitis ad eandem arcem adjunctio.**

**1341, 20. Septembris. (Pragae.)**

List krále Jana, kdež dává pod léno Petrovi Plikovi zámek Naydek se vším příslušenstvím.

(A. K. — *Cod. j. b. II. 3, p. 37. — Emler IV. 1007.*)

**193. Confirmatio privilegiorum civitatis Wratislaviae per Carolum marchionem.**

**1341, 24. Septembris.**

Karolus, regis B. primogenitus, marchio Moraviae. Accedentes ad nostram praesentiam fideles paterni nobisque sincere dilecti consules Wratislavienses nomine totius universitatis civitatis Wratislaviensis, facto nobis ex mandato d. genitoris nostri per suam deliberationem propriam et suorum consiliariorum potiorum pertractato fidelitatis promisso, sic quod post decessum praenominati genitoris (quod absit) ad nos dumtaxat tamquam ad primogenitum suum, et non ad alium, habere deberent respectum, nobisque tamquam regi Boemiae et domino eorum legitimo et naturali et hereditario parere, intendere et obedire fideliter cum effectu, sicque, prout pridem per d. genitorem nostrum privilegiatorie ordinatum existat, quod a corona regni Boemiae totaliter indivisibiles et irremotabiles in perpetuum esse deberent: iidem paterni et nostri consules Wratislavienses nomine civitatis et universitatis humili precum instantia petiverunt, quatenus ipsis omnes donationes, concessiones, inmunitates, libertates, iura et privilegia ipsorum, quae vel quas ab omnibus et singulis dominis, eorum principibus, a prima fundatione civitatis et specialiter a d. genitore nostro obtinuerunt, super quibus suarum habent litterarum confirmationes, similiter ratificare, approbare et gratificare de benignitate solita sub iuramento praestito dignaremur. Eapropter nos dictorum consulum, fidelium paternorum et nostrorum Wratislaviensium iustis precibus favorabiliter inclinati, dictae civitati Wratislaviensi et

universitati ipsius omnes donationes, concessiones, inmunitates, libertates, iura et privilegia ipsis per omnes et singulos praedecessores nostros et specialiter per dominum nostrum genitorem praedictum data et concessa in singulis articulis et clausulis eorumdem, qualitercumque innotatis, et maxime quod a corona regni Boemiae praedicti non debent aliqualiter alienari, sub debito iuramenti praestiti, quo nos pridem dominus genitor noster saepedictus suo iuramento astrinxit, prout in privilegiis desuper datis evidentius declaratur, et quo etiam iuramento omnes nostros successores regni Boemiae astringi volumus ac etiam sine qualibet occasione obligari, ratificamus, approbamus et gratificamus.

Datum Wratislaviae a. D. 1341, fer. II. proxima post festum b Mauricii et sociorum ejus.

(*Chyt. VII. 357. — Emter IV. 1010.*)

**194. Boleslai, ducis Mazoviae et domini Plocensis, literae, quibus promittit, quod ad mandatum regis Joannis Carolo, ejus primogenito, tamquam primogenito, si rex moreretur, homagium fidelitatis praestabit.**

List Boleslava kniežete mazovského, že má rozkázanie od krále Jana českého listem otevřeným, kdyby Buoh JMsti neuchoval, aby prrozeného syna jeho Karla za pána jměli. 1341.

### 1341, 30. Septembris.

Nos Boleslaus D. gr. dux Mazoviae et dominus Plocensis, recognoscimus pro nobis et nostris heredibus et successoribus universis, tenore praesentium, quod ad requisitum et mandatum serenissimi principis, domini nostri charissimi, d. regis B., nobis praesentibus literis factum, magnifico principi, d. Carolo, ipsis d. regis primogenito, marchioni Moraviae, consanguineo nostro charissimo, et suis heredibus et successoribus fecimus et praesentibus facimus promissum, bona et sincera nostra fide, in eum casum, si (quod absit) praedictum dominum nostrum, regem Boemiae, decedere contingit ab hac vita, ex tunc ipsum d. Carolum, et non alium, ratione primogeniturae

suae, vel eo non extante, heredes et successores sivos pro dominis nostris legitimis et naturalibus habere volumus et debemus, eisque extunc homagium fidelitatis praestare solitum et consuetum.

Harum etc.

Actum et datum Poznaniae in crastino S. Michaelis arch., sub a. D. 1341.

(A. K. — *Goldast. Suppl. 25. — Chyt. VII. 359. — Em'ler IV. 1013.*)

**195. Boleslai ducis Slesiae, domini Legnicensis et Bregensis, literae, quod ex mandato vivae vocis Joannis regis B. Carolo, primogenito ejus filio, promittit pro se et heredibus suis homagium praestare ut ipsius naturali domino.**

**1341, 1. Octobris.**

Nos Boleslaus D. gr. dux Slesiae et dominus Legnicensis, tenore praesentium recognoscimus universis pro nobis et nostris heredibus quod magnifico principi domino Karolo, serenissimi nostri dom. regis Boemiae primogenito, marchioni Moraviae, sororio nostro carissimo, eiusque heredibus et successoribus in regno Boemiae, ex jussu et mandato nobis viva voce per ipsum dom. nostrum regem Boemiae facto, nostra bona fide duximus firmiter promittendum, quod cum dominum nostrum, praefatum regem, decidere contigerit ab hac vita, quod tunc praedictum dominum Karolum, et non alium, ratione primogeniturae suae, et ipso non existente, suos heredes aut successores in regno jam dicto Boemiae habere volumus pro nostris naturalibus et legitimis dominis, eisque extunc fidelitatis homagium praestare debitum et consuetum.

Harum

Dat. Poznow secunda feria proxima post festum S. Michahelis arch., a. D. 1341.

(*Goldast Suppl. 24. — Chytil VII. 360. — Em'ler IV. 1014.*)

**196.** Joannes dux Slesiae et dominus Stinaviae, jubente Joanne rege promittit nulli alteri quam Carolo ejus primogenito se fidelitatis homagium praestitum.

**1341, 2. Octobris.**

Nos Johannes D. gr. dux Slezie et dominus Styngauiae, recognoscimus pro nobis et nostris heredibus, quod receptis serenissimi principis domini nostri carissimi, domini Johannis regis Boemiae, patentibus litteris, in quibus nobis firmiter mandavit, nos sub debito iuramenti nostri sibi praestiti seriosius requirendo, ut statim visis predictis suis litteris, magnifico principi domino Karolo ipsius d. regis primogenito, marchioni Morauiae, et suis heredibus, ipso non existente, promissum facere debeamus, in eum casum, quod si (quod absit) ipsum d. nostrum regem predictum decedere contigerit ab hac vita, quod tunc predictum dominum Carolum, et non alium, ratione primogeniturae sua, et ipso non existente suos heredes habere debeamus pro nostris dominis naturalibus et legitimis, eisque extunc fidelitatis homagium praestare debitum et consuetum. Nosque omni ea, qua decet, reverentia predicti d. nostri regis mandatis et requisitionibus nobis factis, ut praemittitur, promptius inclinati, ad omnia et singula facienda, prout superiorius sunt expressa, tempore se ad hoc offerente, nos et nostros heredes sub bona nostra fide sinceriter obligamus.

Sub testimonio

Datum et actum Poznaniae feria III. proxima post festum Michahelis arch. b. a. D. 1341.

(*Arch. S. Wenc.* — *Ludewig.* — *Chytile VII.* 361. — *Emler IV.* 1015.)

**197.** Benedictus papa XII. concedit Joanni episcopo Pragensi, ut Carolum et conjugem ipsius Blancam inungat et coronet in ecclesia episcopali Pragensi.

**1341, 15. Octobris.**

Venerabili fratri, episcopo Pragensi. Nuper ad nostrum fide digna relatione pervenit auditum, quod charissimus in

Christo filius noster, Joannes, rex Boemiae illustris, certis causis rationabilibus suadentibus, dilectum filium, nobilem virum Carolum, primogenitum suum, marchionem Moraviae, proponit in regem facere Boemiae coronari. Verum quia coronatio et inunctio regis et reginae Boemiae, qui sunt pro tempore, ad archiepiscopum Moguntinum, qui pro tempore, existit, de antiqua et approbata consuetudine dicitur pertinere ac omnis jurisdictione et auctoritas Henrici archiepiscopi Moguntini (qui adversus Deum et sanctam Romanam ecclesiam, a qua honores et beneficia multiplicitate recepisse dignoscitur, se obnoxium reddidit et ingratum) per processus apostolicos ejus demeritis exigentibus totaliter est suspensa, nec potest ipsius regis propositum sine providentia sedis apostolicae adimpleri: nos, qui bonum statum regis ac primogeniti praedictorum ac regni Boemiae diligimus et honorem volentes in hac parte per ipsius sedis providentiam opportunum remedium adhibere ac de tuae circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, Fraternitati tuae, ut dictum primogenitum in regem et dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem Blancam, suam consortem, in reginam Boemiae, ad hoc ipsius regis accidente consensu, hac vice auctoritate apostolica inungere et coronare in tua Pragensi ecclesia valeas juxta consuetudinem et solemnitatem in talibus hactenus observatas, auctoritate praedicta, tenore praesentium duximus concedendum.

Per hoc autem ecclesiae Moguntinae ac successoribus ejusdem Henrici, archiepiscopis Moguntinis, qui erunt pro tempore, in obedientia et devotione nostra et successorum nostrorum ac ipsius Romanae ecclesiae persistentibus, nullum volumus in praemissis imposterum praejudicium generari.

Nulli ergo etc.

Datum Avinione Id. Oct. pontif VII.

(*Goldast Suppl. 27. — Balbin Misc. I. VI. — Emser IV. 1023.*)

198. Joannes rex declarat, duces Austriae non teneri praetextu renuntiationis Karinthiae X millia marcarum eidem solvere vel pignora Laa et Waidhofen

exsolvere, donec literae super dictam renuntiationem  
confectae a Joanne duce Tyrolis, uxore ejus Margaretha  
et sorore hujus fuerint roboratae.

**1341, 26. Novembris. (Znoymae.)**

(*Chyt il VII. 364. — Em ler IV. 1033.*)

**199. Boleslaus dux Sleziae et dominus Legnicensis  
super obligatione quatuor civitatum.**

**1341, 30. Novembris.**

Nos Bolezlaus D. gr., dux Sleziae et dominus Legnicensis, recognoscimus universis, quod promittimus sine dolo serenissimo pricipi et domino nostro carissimo, d. Carolo marchioni Morauiae, ipsum de omnibus promissionibus, in quibus ipsum fratri nostro et d. regi Poloniae obligavimus, vid. quod dominus noster carissimus, Johannes rex B., in obligationem ciuitatum Namizlauie, Cruczburg, Biczchin et Cunczenstat praefato fratri nostro Kasimiro per nos factam consentiat, ante carnisprivium proximum per suum testimonium litterale, et quod in id etiam consentiat eodem testimonio, quod idem frater noster in nullo servitio sibi ratione ejusdem pignoris sit astrictus, et quod nos praedictas ciuitates debeamus a duce Teschinensi infra praedictum terminum disbrigare et eidem fratri nostro quadringentarum marcarum redditus annuos in eisdem ciuitatibus et earum districtibus, aut si ibi plene haberi non possent, in aliis nostris terris, eisdem ciuitatibus prioribus, assignare ante terminum antedictum, et tales redditus non repetere unquam iure canonico vel civili, et hiis omnibus violatis obstagio in Cracovia, donec haec omnia reformarentur, servando, absque dampnis et monitionibus omnibus liberare amicabiliter et in totum.

Earundem

Datum Cracouiae in die b. Andreae a. D. 1341.

(*Chyt il VII. 365. — Grünhagen I. 317. — Em ler VI. 1037.*)

**200. Carolus marchio Alberto duci Austriae, Styriae et Karinthiae, promittit, literas patris sui super renuntiatione ducatui Karinthiae IX. Oct. a. D. 1336 in Ensa datas tenere et observare.**

(*Vid. n. 130 praesentis Codicis.*)

**1341, 15. Decembris. (Viennae.)**

(*Chyt il VII. 365. — Em ler IV. 1044.*)

**201. Carolus marchio declarat se a ducibus Austriae pecuniam X mill. marc. vel pignora Laa et Waidhofen pro renuntiatione Karinthiae non petere velle, donec litterae hujus renuntiationis a Joanne duce, fratre suo, uxore ejus Margaretha et sorore hujus fuerint roboratae.**

(*Vid. similem declarationem Joannis regis sub. n. 198 praesentis Codicis.*)

**1341, 15. Decembris. (Viennae.)**

(*Chyt il VII. 367. — Em ler IV. 1045.*)

**202. Alberti ducis Austriae etc. literae, quod a Carolo marchione pro renuntiatione Karinthiae et solutione 10.000 marc. super civitatibus Laa et Waydhofen cum castro Waydhofen assecuratarum impeti non debeat, donec litterae hujus renuntiationis a Joanne filio regis Joannis et Margaretha ejus uxore fuerint sigillatae.**

**1341, 15. Decembris. (Viennae.)**

(*Chyt il VII. 368. — Em ler IV. 1047.*)

**203. Albertus dux Austriae promittit Carolum marchionem juvare contra Ludovicum Imp.**

**1341, 15. Decembris.**

Nos Albertus D. gr. dux Austriae, tenore praesentium publice, bona fide, tactis corporaliter sacrosanctis Dei evangeliis, promittimus pro nobis et fratribus nostris, Friderico

et Leopoldo, ducibus et heredibus nostris, firmiter et spondemus, quod si dominum Ludovicum Imperatorem, magnificum excellentem principem, dominum Carolum, Moraviae marchionem aut heredes ipsius, intra metas et limites terrarum et dominiorum suorum et patris sui, domini regis Boemiae, nunc habitorum et habendorum seu acquirendorum infuturum, hostiliter manu potenti impugnare seu exercitualiter invadere contingat: eundem ipsum dominum Carolum et heredes ipsius contra praenominatum Ludovicum adiuvare volumus et tenemur, eisdem personis et rebus nostris adesse totis viribus et posse, omni dilatione, protestatione et procrastinatione penitus procul motis, quamprimum per eos aut aliquem eorum requisiti fuerimus, sub expensis panis et vini eorum, sed dispendiis rerum nostrarum atque propriis damnis.

Ceterum hoc etiam adiectum volumus, promittentes, quod si ii vel hi, qui de nobis pro ferendo subsidio praefato domino Carolo marchioni et heredibus ipsius per ipsum aut aliquem suorum evocati fuerint et evocati certas terras, possessiones, castra aut munitiones in huiusmodi servitiis acquisierint, acquisita eius erunt, qui alias seu alium pro praesidio evocavit; res vero mobiles et sese moventes et personae captivatae, ibidem acquisitae, erunt acquirentis libere, licite et in toto.

Promittentes firmiter et spondentes, dolo vel ingenio malo, omni prorsus pravitate, excusatione, subterfugiis, exemptione seu quaesito colore aut aliis praetextibus quibusvis procul semotis, praemissa omnia et singula et eorum quodlibet attendere, servare et inuiolabiliter custodire, nec ullo unquam tempore contra ea aut eorum aliqua seu aliquod, aliquid operari, facere vel tolerare, etiam conniventia, per se aut alios, directe vel indirecte, de iure aut etiam de facto, qualitercunque.

In quorum

Datum Wiennae, sabbatho proximo ante diem beati Thomae, ap., a. D. 1341.

(*Ludewig.* — *Lichnovsky.* — *Lünig.* — *Chytíl VII. 367.* — *Emler IV. 1046.*)

**204. et 205. Confoederations et uniones inter Albertum ducem Austriae et Fridericum et Leupoldum fratres suos, atque Carolum marchionem Moraviae, quod praefati duces ejusdem marchionis subditos contra ipsum juvare aut in suis terris fovere vel refugium eis probere nolint, et vice versa.**

**1341, 16. Decembris. (Viennae.)**

(*Chytíl VII. 371 & 372. — Emler IV. 1048 & 1049.*)

**206. Infeudatio medietatis castri Baldenek.**

**1341.**

List Krafftuv z Hohemloh, že na půl hradu Baldenek od krále Jana léno přijal. 1341. (A. K.)

**207. Promissio de villis Asch, Selbe et Redwicz a civitate Egreensi non alienandis.**

**1342, 21. Januarii.**

Johannes rex ad civium, juratorum et totius civitatis Egrensis petitiones promittit Asch, Selve et Redwicz cum singulis eorum utilitatibus, juribus et pertinentiis ab ipsa civitate Egrensi et judicio ejusdem ullo unquam tempore nec alienare nec segregare nec mitti per quamquam alienari.

(*Böhmer Reg. — Emler IV. 1067.*)

**208. Carolus marchio civibus Egrensis imperit libertates et immunitates civitatis Brunae per totum marchionatum Moraviae.**

**1342, 28. Januarii.**

Karolus, d. regis B. primogenitus, marchio M. Dilectis fidelibus paternis et nostris . magistro consulum, consilio et communitati civium et hominum in Egra, salutem cum plenitudine omnis boni. Grata habentes in oculis nostris vestrae fidelitatis obsequia, domino genitori nostro et nobis per vos exhibita multipliciter et impensa, sperantesque ea nobis exhiberi propensius in futurum, vobis et vestris posteris ac suc-

cessoribus, civibus Egrensibus, facimus gratiam specialem, dantes et concedentes vobis et vestrum cuilibet omnia et singula iura, libertates et immunitates, civilia civitatum et civiles, quae et quas civitates nostrae et specialiter civitas Brunensis in toto marchionatu nostro Moraviae habent seu habere quomodolibet dinoscuntur, volentes vos eisdem iuribus, immunitatibus et libertatibus omnibus gaudere libere de cetero et potiri. Volumus etiam et decernimus, quod eisdem et consimilibus iuribus, immunitatibus et libertatibus cives et mercatores dictarum civitatum nostrarum in Moravia, in dicta Egrensi civitate et districtu seu territorio ipsius potiri debeant perpetuo et gaudere. Volumus etiam, statuimus et vobis a cestrae civitati Egrensi concedimus perpetuo et donamus, quod vos et mercatores vestri cum rebus et mercibus ac mercimoniiis vestris ab omnibus et singulis mutis, theloniis et pedagiis quibuscunque in tota Moravia liberi esse debeat penitus et immunes.

In quorum

Dat. Pragae a. D. 1342 in octava b. Agnetis virg.

(*E confirmatione Caroli IV. ab a. 1347. — Pelzel K. Karl IV. I. Urk. 30. — Chyt. VII. 387. — Emler IV. 1076.*)

## 209. Privilegiorum episcopatus Olomucensis confirmatio.

1342, 1. Aprilis.

In nomine Jesu Christi Amen. Nos Karolus, d. Johannis B. regis primogenitus, marchio Moraviae, universis praesentibus et futuris ad memoriam sempiternam.

Accedentes ad nostram praesentiam ven. in Chr. pater d. Johannes episcopus Olomucensis ecclesiae, consanguineus noster carissimus, et cum eo dilecti devoti nostri, Nicolaus decanus, Bartholomaeus praepositus, marchionatus nostri Moraviae cancellarius, Witko archidiaconus et Henricus custos ejusdem Olomucensis ecclesiae, suo et totius capituli sui nomine suam nobis petitionem cum humilitate debita exhibere curarunt, cum instantia postulantes, quatenus intuitu b. mar-

tyrum, patronorum nostrorum Wenceslai et Cristini, ad honorem Dei omnipotentis privilegia et gratias ipsis et ecclesiae Olomucensi praedictae a praedecessoribus nostris, d. m. Boemiae regibus et marchionibus Moraviae concessas et datas, dignarremur ex innata nobis clementia gratiosius innovare. Quorum quidem privilegiorum tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis:

(*Vid. Cod. j. b. I. 46.*)

Nos itaque vestigiis progenitorum nostrorum clarae memoriae soliti inhaerere, ac dictam sacrosanctam Olomucensem ecclesiam, cuius defensor ex dispositione divina existimus et patronus, in suis juribus plenissimo conservare volentes, praefata privilegia, gratias et immunitates iam dictas ac tenorem privilegiorum ipsorum et omnia et singula in eisdem de verbo ad verbum contenta, hodie in Dei nomine innovamus, renovamus, approbamus, ratificamus, gratificamus, ac ea omnia et singula rata, grata et firma ac inconvulsa perseverare perpetuis temporibus cupientes, praesentis scripti patrocinio de certa nostra scientia confirmamus.

Nulli ergo hominum liceat..

Actum et datum Olomucz feria II. in testo Pasce a. D. 1342 indictione X.

(*Pelzel, K. Karl IV. Urk. 159. — Ex originali archivi Kremsirensis Chytíl VII. 399.*)

## 210. Literae Kazimiri regis Poloniae circa civitates Namslaviam, Kreuzenburg, Byczinam et Kunzenstadt.

1342, 11. Maii.

List Kazimíra krále polského, že (ciesaři) Karlovi a Boleslavovi etc. zastavil města svá některá ve 3000 hřivnách gr. Pr.

Nos Kazimirus D. gr. rex Poloniae promittimus etc. excellentissimis et magnificis principibus, d. Karolo d. regis primogenito, marchioni M., Bolezlao et suis filiis Wenceslao et Ludwico Sleziae et Nicolao Opaviae et Ratiboriae ducibus,

civitates et munitiones Namslaviam, Creucenburch, Byczinam et Chuncenstadt nobis pro tribus millibus gr. den. Prag. pol. pag. per eos in festo S. Trinitatis proximo obligandas ac omnes eorum literas, cujuscunque tenoris fuerint, nobis et antea traditas super illis, statim postquam cautio de solvendis eisdem tribus dictarum mar. millibus nobis facta fuerit et eorum promissa expleverint, prout in eorum literis hujusmodi continetur, restituere ac libere sine quavis difficultate cedere de eisdem.

In cuius

Actum et datum Cracoviae sabbato post festum ascensionis Domini proximo a. 1342.

(A. K. — *Grünhagen I. 317. — Emler IV. 1123.*)

**211. Joannis ducis Stinaviae obligatio nomine pignoris castri et civitatis Gor Carolo marchioni, regis Boemiae primogenito.**

**1342, 3. Junii.**

List Jana kniežete Stěnavského, že hrad a město své Gor zastavil prvorodenému synu krále Jana v 8000 hřivnách.

Nos Joannes D. gr. dux Sleziae et dominus Stinaviae, recognoscimus etc., quod bona deliberatione et maturo consilio cum fidelibus nostris praehabitis, nostram praespicientes conditionem fieri meliorem, excellenti et magnifico principi, domino nostro carissimo, Carolo, serenissimi regis B., veri nostri domini primogenito, marchioni M., heredibus et successoribus suis, castrum et civitatem Gor cum territorio et districtu, nec non villis, possessionibus, greniciis limitibus, metis, terminis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, rubetis, nemoribus, venationibus, aucupationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis ad aquae vel ad ventum expositis, montibus, vallibus, planis, habitis et habendis, vasallis et hominibus, honoribus, jurisdictionibus plenoque dominio, nullo diminuto penitus vel excepto, ac aliis

juribus, fructibus, utilitatibus et pertinentiis universis, quibus-  
cunque nominibus censeantur, prout ad nos a nostris progeni-  
toribus pervenerunt et sicut eadem hucusque dinoscimur  
posseditse, pro octo millibus marcarum grossorum denariorum  
Pragensium polonici pagamenti rite et rationabiliter nomine  
pignoris obligavimus et de certa scientia praesentibus  
obligamus.

Taliter, quod de castro praedicto Gor duntaxat ad  
praesens sibi cessimus et id suae tradidimus et assignavimus  
potestati; civitatem vero Gor cum territorio et omnibus ante-  
dictis pertinentiis, fructibus et utilitatibus quibuscunque, pro  
vitae nostrae tempora de praefati d. marchionis M. benivo-  
lentia et concessu sine impedimento quolibet possidere debe-  
bimus et tenere, sed post mortem nostram eadem civitas et  
et territorium cum praedictis omnibus suis pertinentiis et  
appendiis ad praedictum Carolum marchionem M., heredes  
et successores suos sine difficultate qualibet et absque resi-  
stentia seu renitentia cujuscunque, pro praedictis octo millibus  
marcarum libere nomine pignoris devolventur habenda, tenenda,  
utifruenda et pacifice possidenda.

Promittimus bona fide vice et nomine juramenti, praefato d. marchioni, heredibus et successoribus suis cum praedictae civitatis Gor nec non civitatis nostrae Stinaviae ac  
omnium aliarum nostrarum munitionum seu fortaliciorum aper-  
tione ac omni qua valemus potentia contra quemlibet hominem,  
cujuscunque praeeminentiae, conditionis aut status existat,  
etiam si nobis consanguinitate vel affinitate quomodolibet sit  
astrictus, assistere et fideliter adhaerere, quandocunque et  
quotiescunque per eum aut per suos capitaneos vel officiatos  
fuerimus requisiti.

In quorum ..

Actum et datum Wratislaviae, feria septima infra octavas  
Corporis Christi a. D. 1343.

(A. K. — *Chytil VII. 413. — Grünhagen I. 161. —*  
*Eml. IV. 1130.*)

**212. Joannis ducis Stinaviae obligatio civitatis et castri Gor cum pertinentiis d. Bertholdo de Lypa, praeposito Wissegradensi.**

**1342, 3. Junii.**

List Jana kniežete Slezského, že jest zastavil hrad a město Gor se vším krajem a příslušenstvím Bertoldovi proboštovi Vyšehradskému v osmi tisících hřivnách, zámku jemu hněd postupuje, ale město témuž proboštovi má připadnúti v té zá stavě hněd po smrti kniežete. 1343.

(*Mutatis mutandis ut in diplomate praecedenti.*)

(A. K. — *Chytíl VII. 412. — Grünhagen I. 161. — Emle IV. 1031.*)

**213. Joannes dux Sleziae permittit exsolutionem oppidi Polkowic per Carolum marchionem.**

**1342, 3. Junii.**

List kniežete Jana Slezského, že dává své povolenie kniežeti Karlovi, synu krále českého, aby mohl vyplatiti městečko Polkovice se vším příslušenstvím. 1342.

Nos Joannes D. gr. dux Slesiae et dominus Stinaviae, recognoscimus etc., quod excellenti principi, domino Carolo, serenissimi domini nostri, regis Boemiae, primogenito, marchioni M., domino nostro carissimo, indulgemus praesentibus et favemus ac omnino nostrae voluntatis existit, ut ipse oppidum nostrum Polkowitz cum territorio et suis appendiis et pertinentiis universis pro quadringenta marcis gr. den. Prag. pol. pag., in quibus illud illustri principi, d. Henrico, duci Jaurensi, patruo nostro, per nos alias extitit obligatum, redimat et exsolvat, quodque praedictum oppidum Polkowitz et aliud oppidum nostrum Lynde cum suis territoriis, greniciis, limitibus, villis, utilitatibus et pertinentiis ac appendiis universis nomine veri pignoris habeat et possideat tamdiu, quosque per nos et non per quemvis alium in praefata pecunia fuerint exsoluta.

Harum .

Datum Vratislaviae, feria secunda infra octavas corporis Christi.

(A. K. -- *Chytíl VII. 414. -- Grünh. I. 160. -- Emle IV. 1132.*)

**214. Preczlaus episcopus Vratislaviensis testatur, Boleslaum Bregensem, Bolkonem Falkenbergensem, Bolkonem Opoliensem, Vladislaum Kozlensem, Kazimirum Tessinensem, Nicolaum Opaviensem et Ratiborensem ac Semovitum Gliwicensem duces omnia dominia sua Joanni regi in praesentia filii ejus Caroli marchionis M. resignasse, eaque ab eodem rege et corona regni B. in feudum perpetuum recepisse et civitatem Vratislaviensem homagium hereditarium regi et coronae regni B. exhibuisse, declaratque regem B. esse patronum immediatum episcopatus Vratislaviensis terrarumque ejus.**

**1342, 1. Julii.**

List Preclava, biskupa Vratislavského, že Boleslav, Bolek a jiná kniežata slezská všecko zboží své, což každý zvlášt měl, vzdali sú a sstúpili králi Janovi českému dědičně a tu zemi a zboží od téhož Jana v manství přijali a od králuov českých i koruny české přijímati mají.

V tom také listu vyznává týž biskup, že vládyky a konšelé města Vratislavi též před ním vyznali, že knieže Henrych poslední slezské, dal a sstúpil města Vratislavi se vším právem a příslušenstvím králi Janovi českému věčně, aby od koruny české nerozdílné bylo. 1342.

In nomine Domini Amen. Nos Preczlaus, Dei et apostolicae sedis providentia episcopus Wratislaviensis, omnibus praesentes literas intuentibus publice profitemur, quod magnifici principes, d. Boleslaus Bregensis, Bolko Falcembergensis et Bolko Oppoliensis, Wladislaus Coslensis, Kazimirus Thesschinensis, Nicolaus Opaviensis et Rathiboriensis ac Semovitus Glyvicensis, duces nostrae Wratislaviensis dioecesis, in nostra praesentia constituti, sponte recognoverunt et publice sunt confessi, se munitiones suas et terras ipsis subjectas, singuli suas terras et munitiones, in manus serenissimi principis, d. Joannis regis Boemiae resignasse, dictasque munitiones et terras taliter resignatas ab eodem domino Johanne rege, suo et herendum suorum nomine, regni Boemiae in perpetuum feudum recepisse, juramentum quoque fidelitatis et homagium ipsi regi Boemiae et suis heredibus seu successoribus legitimis pro se et eorum heredibus praestitisse.

Similiter etiam nobiles terrae et consules civitatis Wratislaviensis, suo et civitatis ac universitatis ejusdem civitatis nomine, in nostra praesentia constituti, sponte recognoverunt et publice sunt confessi, p. m. Henricum, sextum et ultimum olim ducem Wratislaviensem, ipsius ducatus Wrat. dominum hereditarium, civitatem Wrat. et ducatum ipsius cum suo honore, jurisdictione et districtu eidem domino regi donasse, tradidisse et cessisse sponte et libere de eisdem per regem praedictum et heredes ipsorum, non dividendo ea a regno Boemiae seu corona regni eiusdem, perpetuo possidenda; seque, universitates et singulares personas civitatis et aliorum oppidorum ac locorum dicti Wrat. ducatus eidem domino Joanni, regi Boemiae et suis heredibus, verum et fidele homagium praestitisse, promittentes firmiter, quod regibus et coronae regni Boemiae homagium, fidem et juramenta fidelitatis per ipsos praestita eidem domino regi ac suis heredibus perpetuo fideliter observabunt.

Quare excellens princeps, d. Carolus, marchio M. primogenitus dicti regis, qui praedictis recognitioni et confessioni affuit coram nobis, a nobis instanter postulans, ut sibi super eisdem recognitionibus et confessionibus nostras daremus testimoniales literas, et nihilominus si aliquem vel aliquos de praedictis venire contra religionem juramenti praestiti contingenteret in futurum, ipsos ad observationem huiusmodi juramenti compellere per censuram ecclesiasticam curaremus. Nos igitur personas tam regis quam primogeniti praedictorum specialibus favoribus prosequentes, dicto d. Carolo marchioni praesenti et d., genitori suo regi, absenti, de consilio nostri capituli promittimus et spondemus, pro nobis et successoribus nostris, quod si quis ducum praedictorum, herendum et successorum (quod non credimus) fieret in futurum transgressor proprii juramenti, nos ipsum vel ipsos ad conservationem fidei et juramenti per censuram ecclesiasticam ad requisitionem dictorum dominorum regis et marchionis, postquam nobis de transgressione huiusmodi constiterit legitime, compellemus.

Insuper cum dicto d. marchione, vice regia et sua, talem inivimus concordiae unionem, quod nos nulli regi vel principi ipsos impugnare volenti, contra ipsos, dominos regem et mar-

chionem, heredesque ipsorum, praestabimus auxilium, consilium vel favorem, imo sincerae dilectionis affectu desiderantes dicti d. Joannis regis, heredum et successorum suorum, regum Boemiae, rempublicam salubriter prosperari, sibi tanquam patrono principali in ducatu Wratislaviensi, sicut memoratus dux Henricus sextus et ultimus patronus fuisse dignoscitur ab antiquo, cui inmediate successit d. rex praefatus, munitio-nes nostras, ecclesiae et terrae Nysensis, quarum plenum dominium et liberum nos habemus, contra quoscunque reges et duces, extra tamen nostram Wrat. dioecesin, consistentes, dictum d. regem forsitan invadentes, aperiemus et faciemus pro defensione patriae, absque tamen nostro et ecclesiae Wrat. ac subditorum nostrorum dampno vel praejudicio, aperiri.

Nobis vero et capitulo recipientibus nomine ecclesiae nostrae promisit vice regia et suo nomine d. marchio supradictus, quod ipsi nos, ecclesiam nostram et terras ipsius, ab omnibus regum, principum, potentum et tyrannorum, maxime Boemiae et Moraviae et quorumlibet aliorum invasionibus, impugnationibus et injuriis pro viribus protegent et etiam defensabunt.

Per praemissa tamen privilegiis, donationibus et libertatibus datis et concessis per quondam principes Sleziae eidem nostrae ecclesiae, non intendimus aliquod praejudicium generare.

In quorum

Actum et datum in domo habitationis Cruciferorum Ordinis S. Joannis Hierosolimitani prope Wratislaviam in octava b. Joannis B. a. D. 1342.

(A. K. — Arch. S. Wenc. — Chyt. VII. 424. — Grün-hagen I. 6. — Emler IV. 1149.)

## 215. Privilegiorum ecclesiae Vratislaviensis per Carolum marchionem confirmatio.

1342, 1. Julii.

In nomine Domini amen. Nos Karolus, domini regis B. primogenitus, marchio Moraviae, considerantes sinceritatis affectum, quo reverendus in Christo pater, Przedzlaus, Wrat-

slaviensis episcopus, nobis studuit sinceris affectibus placere, nos itaque desiderantes, eidem dom. episcopo vel qui pro tempore fuerit, et ecclesiae, capitulo ac toti clero seculari civitatis et diocesis Wratislaviensis in nostro temporali dominio constitutis, et specialiter nostrae ecclesiae Glogoviensi grata favoris nostri vicissitudine occurrere ac ipsos de liberalitate nostra reddere consolatos, ut et ipsi quietem consecuti et pacem nostrisque adjuti beneficiis in pace pacis Domino valeant liberius famulari, omnes gratias, privilegia, libertates et indulgentias per quoscunque duces, comites et barones in civitate et dioecesi Wrat. praedictis et specialiter ac praecipue per b. m. divos principes, dominos Henricum primum, Henricum secundum, Henricum tertium, Henricum quartum et Henricum sextum ac ultimum, tunc duces Sleziae et dominos Wratislavienses, necnon per dominos Henricum, Conradum et Bolkonem, olim duces Glogovienses, et per dominum genitorem nostrum, regem B., concessas et datas seu concessa et data, ratas et gratas seu rata et grata habentes,

eas et ea, cujuscunque continentiae vel tenoris existunt, recognoscimus, innovamus, approbamus et nichilominus ex certa nostra scientia praesentibus confirmamus, promittentes sinceriter bona fide reverendo in Christo patri, dom. Przedzla, Dei et apostolicae sedis gratia episcopo Wratislaviensi praedicto praesenti et recipiendi vice et nomine suo, ecclesiae et capituli necnon cleri secularis, manutenere semper ac inviolabiliter et illibate servare gratias, indulgentias, libertates et privilegia omnia, supradictas et etiam supradicta, episcopumque, ecclesiam et capitulum atque clerum secularem praedictos contra quoscunque reges, duces, comites, barones, tyrannos, spoliatores, molestatores, injuriatores et perturbatores ipsorum, cujuscunque conditionis aut status extiterint, defensare ac ipsos et ipsorum bona, terras, statum et jura defendere et absque doli scrupulo conservare, postquam perceperimus, eos aut ipsorum aliquos spoliari, molestari et perturbari in personis, rebus vel juribus ipsorum vel ipsis injurias irrogari, aut postquam ipsi vel aliqui ipsorum nobis spolia, molestias, injurias et perturbationes ipsorum intimaverint a nobis auxilium postu-

lantes; exceptis dumtaxat illustribus principibus, d. Henrico Jaworiensi et Bolkone Swydnensi ducibus, contra quos in terris ipsorum eundem dominum episcopum, ecclesiam et capitulum Wrat. praedictos non tenebimur adjuvare, nisi forsitan iidem ducem ipsum dom. episcopum, ecclesiam vel capitulum in bonis episcopalibus, ecclesiae seu capituli in ducatu Wratislaviensi seu in terris ducum aliorum patronorum ac nostrorum vasallorum sitis, perturbare forsitan conarentur, tunc episcopo, ecclesiae et capitulo supradictis contra duces eosdem ad praestandum eis auxilium volumus obligari.

Insuper episcopo, ecclesiae et capitulo memoratis promittimus bona fide, quod nos aut dominus... genitor noster episcopum, ecclesiam et capitulum ac clerum secularem civitatis et dioecesis Wrat. necnon quoscunque laicos eorum subditos in bonis ecclesiae consistentes, nullo unquam tempore aggravabimus exactionibus, taliis, solutionibus, collectis, petitionibus pecuniarum, animalium, annonarum, servitutum, vecturarum vel aliarum angariarum seu perangariarum, quocunque censeantur nomine, aut descensibus vel stationibus ad villas et allodia episcopi, capituli et ecclesiae praedictorum, sed juxta privilegiorum suorum tenores ipsis in hiis scriptis meram, plenam et omnimodam concedimus libertatem.

In quorum...

Actum et datum Wratislaviae, in octava s. Johannis B.,  
a. D. 1342.

(*Stenzel. — Chytil VII. 425.*)

**216. Ludovicus dux Sleziae, dominus Legnicensis, fratrem suum ducem Wenceslaum, constituit negotiorum gestorem apud Carolum marchionem.**

**1342, 16. Julii.**

In nomine Domini Amen. Noverint universi ac singuli praesentium notitiam habituri, quod nos Ludovicus D. gr. dux Sleziae, dominus Legnicensis, de fidelium subditorum nostrorum consilio, facimus, constituimus et prout melius pos-

sumus, ordinamus illustrem principem dominum Wenceslaum, ducem Sleziae et similiter dominum Legnicensem, fratrem nostrum carissimum, nostrum verum et legitimum procuratorem, negotiorum nostrorum gestorem et nuntium specialem ad comparendum et se suo, nostro, terrarum nostrarum, incolarum earundem, ac omnium subditorum nostrorum, cujuscunque conditionis fuerint, nomine coram excellenti et magnifico principe, d. Carolo, serenissimi domini nostri, d. Joannis B. regis primogenito, marchione M., avunculo et domino nostro carissimo, praesentandum.

Dantes et concedentes eidem fratri et procuratori nostro plenum mandatum ac liberam et omnimodam potestatem, praedictas terras nostras cum civitatibus, munitionibus, oppidis, villis, praediis, territoriis, districtibus, juribus, jurisdictionibus, honoribus et pertinentiis universis, praesentibus et futuris, in quoniam seu quorum possessione jam sumus aut ex hereditaria successione quorumlibet paternorum bonorum et terrarum eiusdem erimus in futurum, praefato d. Carolo, vice et auctoritate regia d. patris sui, regis B. supradicti, ac heredum suorum, regum B. nomine, recipienti et denuo conferenti nostro, heredum, successorum, nobilium, vasallorum et quorumlibet subditorum nostrorum nomine resignandi, nos ac easdem terras nostras, nec non praedictos subditos nostros regis B. dicioni et dominio submittendi, jurisdictionem regiam in nos ac saepe dictos subditos nostros quoslibet assumendi, nec non renuntiandi, obligandi, cavendi, terras nostras praedictas cum omnibus suis appendiis et pertinentiis suis supradictis ab ipso d. Carolo, domini nostri regis B. primogenito, marchione M., vice et auctoritate regia, quemadmodum praemittitur, conferente in perpetuum ac hereditarium feudum pro nobis, heredibus et successoribus et subditis nostris omnibus recipiendi, sibique juramentum fidelitatis in animam nostram praestandi ac alia omnia et singula faciendi, quae verus et legitimus procurator facere potest et debet et quae circa eiusmodi necessaria fuerint vel etiam opportuna, seu quae in talibus requiruntur et quae nosmet possemus et facere deberemus, si personaliter aut praesimaliter adessemus, etiamsi

mandatum exigant speciale vel si maiorem casum aut clariorem interpretationem verborum requirent, quam superius est expressum.

Promittentes nos ratum, gratum et firmum perpetuis temporibus habituros, sub bonorum nostrorum omnium hypotheca, quidquid per praedictum d. Wenceslaum, ducem Sleziae, dominum Legnicensem, fratrem et procuratorem nostrum, actum, gestum et legitime procuratum fuerit in praemissis et quolibet praemissorum.

In cuius

Actum et datum in allodio juxta rivulum Laa, districtus Vratislaviensis, a. D. 1342, indictione X. mensis Julii die quarta decima, praesentibus etc.

(*Arch. S. Wenc.* — *Goldast Suppl.* 28. — *Chytíl VII.* 428. — *Grünhagen I.* 318. — *Emler IV.* 1154.)

**217. Ludovicus rex Hungariae, promittit pacta inter Carolum regem Hungariae et Carolum marchionem inita in Vyssegrad a. 1338, 1. Mart. observare.**

**1342, 3. Augusti. (Vyssegrad.)**

(*Chytíl VII.* p. 312. — *Emler IV.* 1159.)

**218. Declaratio de infeudatione castrorum Bietow et Cornstein in Moravia.**

**1342.**

List pana Hendrycha, Jana a Jiříka bratří z Bietova, že s Bietovem a Cornsteinem sú manové krále českého po všecky časy. Dat. 1342.

(**A. K.** — *Chytíl VII.* p. 332. — *Cod. j. b. II.* 3 p. 60. — *Emler IV.* 1205.)

**219. Carolus marchio Kazimiro Poloniae regi ad debita quaedam certis terminis persolvenda sese obligat.**

**1343, 24. Aprilis. (Krakoviae.)**

(*Arch. S. Wenc.* — *Chytíl VII.* p. 342. — *Emler IV.* 1255.)

**220. Kazimirus rex Poloniae Carolum marchionem ab omni debito anno 1343, 24. April. contracto quittat et absolvit.**

**1343, 1. Junii. (Neymburg.)**

(*Arch. S. Wenc. — Emller IV. 1273.*)

**221. Wenceslaus et Ludovicus, duces Sleziae, domini Liegnicenses, terras suas regi et regno Boemiae offerunt in feodum.**

**1343, 30. Julii.**

In nomine Domini. Amen. Nos Wenceslaus et Ludowicus fratres, gr. D. duces Sleziae, domini Lignicenses, recognoscimus etc., quod, cum liquide bene constet, magnificum et illustrem principem, d. Boleslaum, ducem Slesiae, dominum Bregensem, genitorem nostrum carissimum, dudum suas terras, castra, civitates, munitiones, oppida cum suis territoriis, districtibus, villis, hominibus, nobilibus, militibus, clientibus et vasallis, necnon aliis appendiis et pertinentiis universis ab excellentissimo et magnifico principe, domino nostro carissimo, d. Joanne rege, et a corona regni B. in perpetuum feudum suo ac nostro nomine cum solemnitate debita suscepisse, praestito sibi de servendae perpetuae fidelitatis homagio solito juramento, ut ipse genitor noster ac nos, qui sumus ipsius heredes legitimi, effici et fieri meremur regis et regni B. principes et vasalli: obinde recognoscimus atque sponte et benivole tenore praesentium profitemur, nos esse, debere et velle, prout tenemur merito, memorati d. regis necnon successorum suorum, regum ac regni B. principes et vasallos, et ab eis omnes nostras terras, castra, civitates, munitiones et possessiones quascunque, vid. civitates Lignitz, Goltperg, Haynaw, Cacenow, Labin, Brega, Olavia, Grotkow, Nymptz, Namslavia, Bertoldisstat, Creutzburg, Biettschyn, Landisberg, Cuncznstat et Jelcz cum castris, territoriis, provinciis, districtibus, greniciis, oppidis, villis, hominibus, nobilibus, militibus, clientibus et vasallis, necnon aliis appendiis, honoribus et pertinentiis in vero feodo et jure feudi obtainere.

Promittentes in solidum, bona fide, vice et nomine jura-menti, praedictas terras et possessiones nostras, universas et

singulas, quas pro nunc et ex successione seu devolutione possidebimus et obtinebimus ac alias, Deo nobis favente, quomodo libet sub ipsis d. regis et regni B. dominio, quae feodales fuerint, adipisci poterimus in futurum, ab eodem domino nostro rege et a corona regni B., quandocunque mandatum et intimatum nobis fuerit, in feudum personis propriis suscipere et praestare de servando perpetuae fidelitatis homagio solitum juramentum.

Volentes nihilominus exnunc prout extunc praefato d. regi necnon successoribus suis, regibus et coronae regni B., tanquam naturali legitimo domino nostro, in omnibus exhibere reverentiam et honorem ac ubilibet intendere fideliter et parere, ipsisque toto posse et omni nostra potentia in necessitate qualibet assistere, prout veri principes et vasalli suo domino sunt obnoxii quomodo libet et astricti.

Et ad praemissa singula adimplenda fideliter nos in solidum et heredes ac successores nostros, non vi nec metu coacti nec alias subornati, sed spontanea voluntate maturoque consilio et bona deliberatione praehabitis, tenore praesentium obligamus, renuntiantes de certa scientia pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni beneficio juris cuiuslibet necnon exceptionis suffragio et ammniniculo, quibus contra praemissa vel eorum aliquod de jure vel de facto ullis unquam temporibus contraire possemus quomodo libet vel venire, seu per quae praedicatorum omnium executio posset vel deberet aliquatenus impediri.

Testes In cuius ..

Actum et datum in castro Pragensi III. Kal. Augusti a. D. 1343.

(*Arch. S. Wenc.* — *Chytíl VII.* p. 363. — *Grünh. I.* 321. — *Emler IV.* 1306.)

## 222. Carolus marchio confirmat privilegia et libertates dominorum Legnicensium.

1343, 30. Julii.

Nos Carolus, regis B. primogenitus, marchio M., recognoscimus et ad universorum notitiam volumus pervenire, quod

quia per facti evidentiam bene constet, illustrem principem, dominum Boleslaum, ducem Sleziae, dominum Bregensem, sororium nostrum carissimum, suas terras, castra, civitates, munitiones et oppida, quas et quae habet et habuit, cum suis districtibus, territoriis, villis, hominibus, nobilibus, militibus, feudalibus et vasallis, nec non aliis pertinentiis et appendiis universis, ab excellentissimo et magnifico principe, domino Johanne, B. rege, genitore nostro carissimo, et a regno Boemiae, sui ac heredum suorum nomine, dudum in feudum perpetuum suscepisse, sibique de servando perpetuae fidelitatis homagio praestitisse solitum juramentum, prout in litteris super hoc per ipsum dominum genitorem datis plenius continetur: ideoque promittimus, bona fide, vice et nomine juramenti, praedictum ducem Boleslaum nec non illustres principes dominos Wenceslaum et Ludovicum duces Sleziae, dominos Legnicenses, ipsorum filios et heredes legitimos, avunculos nostros carissimos, nec non terras, bona, possessiones et homines eorundem, quas habent et obtinent aut obtinebunt imposterum et habebunt, circa quaslibet dignitates, honores, gratias, libertates et jura, quibus progenitores ipsorum ac ipsi sunt usi pridem quomodolibet et gavisi, et specialiter circa puncta, clausulas et articulos, ut in dicti domini genitoris nostri litteris continetur, quantum nostri ad praesens interest aut intererit in futurum, ubilibet conservare et nunc ut antea manuteneret necnon prosequi favorabilibus et tueri ipsis et cuilibet in eorum opportunitatibus et necessitatibus nostris consiliis et auxiliis, prout decet et expedit assistendo.

In cuius ..

Actum et datum Pragae a. D. 1343 III. Kal. Augusti.

(*Chytil VII. 496. — Grünhagen I. 320. — Eml. IV. 1307.*)

**223. Wenceslaus et Ludvicus fratres, duces Legnicenses, profitentur se esse vasallos regni et regis Boemiae.**

**1343, 30. Julii.**

Nos Wenceslaus et Ludovicus fratres, D. gr. duces Sleziae, domini Legnicenses, recognoscimus etc., quod quia,

per alias nostras certi tenoris literas profitemur, nos ab excellentissimo principe, domino nostro carissimo, d. Joanne rege, et a regno B. terras nostras et possessiones universas et singulas, quas habemus aut ex successione seu devolutione paterna vel alias, sub dominio regis et regni B., quae pheodales fuerint, obtinebimus in futurum, in pheodo et jure pheodi obtinere ac ipsius d. regis et successorum suorum regum et regni B. nos esse merito principes et vasallos: idcirco promittimus in solidum, bona fide, vice et nomine juramenti, quod exnunc ad magnificum principem, d. Carolum, antedicti domini nostri d. Joannis regis primogenitum, marchionem Moraviae, avunculum et dominum nostrum carissimum, tanquam ad ipsum dominum regem habere respectum in omnibus et ubilibet debeamus, sibique et mandatis suis intendere fideliter et parere, praefato quoque domino nostro rege, divina jubente clementia decedente vel ipsum in vita quomodolibet annuente, terras nostras praedictas ab ipso d. Carolo, quandocunque voluerit et mandaverit, in pheodium perpetuum suscipere ac praestare sibi de servando perpetuae fidelitatis homagio solitum jura-mentum, nec non omnia et singula, quae in dictis literis continentur, observare fideliter et implere.

In cuius rei

Actum et datum in castro Pragensi, tertio III. Kal. Augusti a. D. 1343.

(*Arch. S. Wenc. — Chytil VII. 495. — Grünhagen II. 322. — Emble IV. 1308. — Harum literarum transsumptum et confir-matio a Sigismundo Rom. et B. rege 20. Mart. 1426.*)

## 224. Pactio inter Carolum marchionem et Ludovicum Imp. de treugis servandis.

1343, 13. Septembris. (Pragae.)

Carolus marchio — dass wir genomen haben und nemen mit allen unsren landen und lewten einen satz und fride mit... herrn Ludweig, der sich keyser nenet, seinem sune, dem marcgrafen zu Brandenburg, und allen iren helfern, iren

landen und iren lewten, und haben auch in denselben unsern satz und fride genumen und gezogen den hern friderichen bischofen zu Regenspurch, di stat zu Regenspurch und alle ir helfere und ire lant und lewte.

(*Emler IV. 1316.*)

**225. Civitas Frankensteinensis (Munstirbergensis) et nobiles districtus ejus jubente Nicolao Bolconis filio, duce Sleziae et domino Munsterbergensi, recognoscunt se regibus et coronae B. fidelitatis homagio obligari atque decedentibus dominis suis masculis ad reges et coronam eandem devolvi debere.**

**1343, 14. Octobris.**

List konšeluov města Frankenstein a všech manuov okolních, že jakož jest Bolko, knieže slezské, všecky země své dal králi Janovi českému, dědicom i budúcim kralóm českým, tak oni v tom stojí a k žádnému než k českému králi zření chtějí mieti, jestliže by ten Bolko bez dědicuov sšel. 1343.

In nomine Domini Amen. Res gesta facile labitur a memoria, quam non roboret et validat lucida series literarum; proinde nos consules totaque universitas civium et incolarum civitatis in Frankenstein (Munstirberg), nosque etc., totaque universitas nobilium et vasallorum ejusdem Frankensteinensis (Munstirbergensis) districtus ad perpetuam rei memoriam recognoscimus et ad universorum praesentium et futurorum, quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, volumus notitiam pervenire, quod cum felicis recordationis quondam magnificus princeps, d. Bolco dux Sleziae, dominus noster de Munstirberg, dum viveret, terras suas universas et singulas excellentissimi principis, d. Joannis regis B., heredum et successorum suorum ac coronae regni eiusdem submiserit et subjecerit dicioni, ut princeps Boemiae mereretur fieri et vasallus, prout in literis ipsorum hinc inde confectis plenius continetur: nos illustris principis, d. Nicolai, ducis Sleziae, domini de Munstirberg, filii ipsius ducis Bolconis praedicti, nostri veri et naturalis domini, patris sui, inhaerere vestigiis

cupientes, speciali mandato et expresso nihilominus consensu pariter et assensu, nobisque pluries ad consilium insimul convocatis, bona deliberatione et maturo consilio inter nos prae-habitis, prospicientes et animo revolventes praefati domini nostri ducis honorem, commodum et profectum posse multipliciter resultare, nostrumque et successorum nostrorum conditionem fieri meliorem, excellentissimis et magnificis principibus, dominis Joanni B. regi ac comiti L., absenti tanquam praesenti, et Carolo, eius primogenito, marchioni Moraviae, genitoris sui ac suorum heredum et successorum, regum et coronae regni B. vice, nomine recipienti fatemur libenter, desideranter et gaudenter, pro nobis, heredibus et successoribus nostris exnunc inantea et in perpetuum fidelitatis homagium promississe et de servando fidelitatis homagio corporalia juramenta solito more fideliter praestitisse.

In casu, quod si praefatus dux Nicolaus absque legitimis heredibus ab eo per masculinam lineam descendantibus (q. a.) decederet, aut si huiusmodi suos heredes legitimos, si quos generaverit, aut quotiescumque tales heredes post se aliis masculinis heredibus non relictis decidere dispositione divina contigerit, tum statim, exnunc prout extunc, et e converso extunc prout exnunc, ad praefatos principes, d. Joannem regem B., Carolum ejus primogenitum, marchionem M. et etiam ad ipsorum heredes et successores, reges et ad coronam regni Bohemiae, tenemur et libenter volumus ac debemus habere respectum, ac deinceps perpetuis temporibus eis ubilibet et in omnibus tanquam veris naturalibus et legitimis dominis intendere, obedire fideliter et parere, nec ad aliud quocunque dominium declinare, sed circa reges, coronam et regnum Boemiae perpetuo remanere.

Promittentes nostro, heredum et successorum nostrorum nomine stipulanti vice et nomine omnium, quorum interest vel interesse poterit, in virtute praestiti juramenti, memoratis principibus, d. Joanni regi B., Carolo eius primogenito, marchioni M. ac ipsorum heredibus et successoribus, regibus et coronae regni B., contra praemissa singula vel aliqua praemissorum nunquam ullis temporibus, verbo vel facto, jure vel

potentia, sive quovis ingenio vel colore, publice vel occulte, venire vel eis in aliquo contraire, sub rerum nostrarum, heredum et successorum nostrorum omnium mobilium et immobilium hypotheca.

Renunciantes nihilominus de certa nostra scientia simpliciter et expresse actioni, quaestioni, repetitioni et omni beneficio cuiuscunque juris, canonici vel civilis, consuetudinarii seu municipalis, quibus contra praemissa et eorum aliquod venire nunc vel imposterum deberemus quomodolibet vel possemus.

In quorum ..

Actum et datum in Frankenstein (Monstirberg) in die Calixti beati papae a. D. 1343.

Et nos Nicolaus D. gr. dux Sleziae et dominus in Munsterberg, non coacti quomodolibet vel decepti, praehabita matura deliberatione nobiscum et cum fidelibus et consiliariis consilio diligenti recognoscimus et fatemur, praedicta universa et singula de nostro speciali mandato ac de certa nostra scientia fore facta, ipsisque nostrum benevolum adhibemus consensum, sigillum nostrum una cum civitatis praedictae et vasallorum praedictorum sigillis praesentibus in robur perpetuum appendentes.

Actum et datum anno, die et loco praedictis.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Chytil VII. 510.* — *Grünhagen II. 136.* — *Emler IV. 1327.*)

## 226. Declaratio Nicolai, ducis Sleziae, domini in Monsterberg, de civitatibus suis non vendendis.

1343, 14. Octobris.

Nos Nicolaus D. gr. dux Sleziae et dominus in Monsterberg, nostro et heredum nostrorum nomine (si quos fuerimus habituri) promittimus bona nostra fide et sine omni dolo excellentissimis principibus et dominis nostris, Joanni B. regi necnon illustri Carolo marchioni M. primogenito, heredibus et successoribus ipsorum, regibus B., nullas civitates nostras,

munitiones, oppida, castra seu terras, nisi captivitate, debito magno seu ingenti paupertate aut alia quavis inevitabili necessitate nos publice et notorie occupante, vendere et obligare quovis modo. Sique in casu necessitatis inevitabilis, ut praemittitur, unam vel plures ex nostris munitionibus seu civitatibus aliis obligare et fortassis vendere (quod Deus avertat) praemissis conditionibus cogeremur, ipsam et ipsas primitus serenissimis dominis nostris et ipsorum heredibus, B. regibus, superius expressatis, venalem et venales exhibebimus, per ipsos, si decreverint, pretio comparandas. Quam vel quas si forte per nos et heredes nostros requisiti, a die requisitionis, ipsis de certa scientia suorum atque nostrorum nobilium facienda, post terminum XIII septimanarum non emerent et emere non curarent, liceat nobis ac heredibus (si quos favente Domino haberemus) munitiones, castra, civitates seu terras nostras alteri personae in dignitate, nobilitate nobis aequali vel maior, vendere vel etiam obligare. Qui tamen easdem a praedictis dominis nostris et eorum altero in feodum accipi et neque prius ipsum emptorem, antequam ipsas terras, civitates vel castrum ac alterum ipsorum a praedictis dominis nostris in feodum accipiet, in possessionem tenebimus mittere corporalem.

Praesentium . . .

Datum Monsterberg, feria III. proxima ante diem S. Galli,  
a. D. 1343.

(*Ludewig Rel. V. — Ex annalibus devolutionis arch. civ. Vratisl. — Griinh. II. 133. — Chyt. VII. 512. — Eml. IV. 1329.*)

## 227. Monasterii Henrichow obligatio erga reges B. 1343, 14. Octobris.

List opata a konventa kláštera Henrychova, kdež krále Jana českého a Karla syna jeho prvorodeného, přijímají a k nim se znají jako k panuóm dědičným, proto že Mynsterberg, Frankenstein na ně po kniežeti Mikulášovi spadlo panství

Nos frater Johannes divina miseratione abbas, Johannes prior, Johannes Gosconis subprior, Nicolaus Cujus cellararius et conventus monasterii Heynrichow, nostro et successorum

nostrorum nomine, ad universorum, quorum interest, notitiam volumus pervenire, quod quia civitates illustris ac magnifici principis, domini nostri Nicolai, ducis Munsterbergensis, utpote Munsterberg, Frankenstein et Strelin et nobiles atque incolae districtuum pertinentium ad easdem, de mandato praedicti domini nostri excellentissimis principibus, d. Joanni B. regi, necnon illustri Carolo ipsius primogenito et eorum successoribus, regibus B., si praedictum dominum nostrum mori contigerit, sic quod principatum suum et hereditatem dimitteret, fidelitatis homagium praestiterunt: quapropter nos et omnium successorum nostrorum nomine promittimus et spondemus supradictos serenissimos principes et dominos nostros, Joannem B. regem necnon Carolum ipsius primogenitum M. marchionem, heredes et successores ipsorum Boemiae, sicut piae memoriae caeteros principes, duces et dominos agnovimus, tanquam veros, ordinarios et naturales dominos nostros agnoscere in casu superius expressato, et ad ipsos et eorum successores, ut praemittitur, habere respectum et ad nullum aliud dominium ullis temporibus declinare.

In cuius evidentiam praesentes literas abbatiae et conventus sigillo decrevimus roborari.

Datum Munsterberg feria III. proxima ante diem S. Galli a. D. 1343.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Chytil VII. 511.* — *Grünhagen II. 135.* — *Emler IV. 1328.*)

**228. Nicolai ducis Sleziae, domini in Monsterberg, enuntiatio de homagio a civitatibus de Monsterberg, Frankenstein et Strelin praestando.**

**1343, 14. Octobris.**

Nicolaus D. gr. dux Slesiae et dominus in Monstirberg notum facimus universis, quod, quia ad mandatum nostrum civitates nostrae Monstirberg, Frankenstein et Strelin et civium universitates necnon universi nobiles, districtuum sculteti, pheodales et omnes universaliter in nostro dominio residentes, serenissimis principibus, dominis nostris, Joanni,

regi B. necnon Carolo, ipsius primogenito, M. marchioni, heredibus et successoribus ipsorum, regibus B. et coronae regni eiusdem, in casu, si nos, heredibus non relictis, moreremur aut alio quovis modo terras exhereditari contingere, fidelitatis homagium praestiterunt, praeter quosdam rebelles, qui assumpta occasione cuiusdam homagii facti (ut asserunt) ad manus alterius, autoritate, imo temeritate propria et rebellione, nostrum mandatum, quamvis justum et ordinarium, contempnentes; in nostri honoris praejudicium et dominorum nostrorum dispendium et jacturam, ac demum in suam desolationem perpetuam, quam non injuste mererentur, homagium fidelitatis huiusmodi facere noluerunt: quapropter ad occurrentum dolositatibus et defectibus praenotatis promittimus bona nostra fide et sine omni dolo supradictis dominis nostris et ipsorum heredibus ac successoribus (ut praefertur), adversus huiusmodi contumaces et rebelles, tam ipsorum quam nostrorum, quotiens et quando per eos fuerimus requisiti, ad cogendum ipsos profaciendo dictae fidelitatis homagio, totis nostris viribus et potentia fideliter subvenire, ut, quod motu virtutis propriae facere contempserunt, saltem cogantur exequi rebus et corporibus non modicum fatigati et virtus iniciata proveniat, quam corruptae voluntatis astutia denegavit.

Praesentium . . .

Datum Monstirberg, feria III. proxima ante diem S. Galli a. D. 1343.

(*Ex annal. devolutionis arch. civ. Vratislav. — Grünhagen II. 139. — Emser IV. 1330.*)

**229. Boleslaus dux Legnicensis Carolo marchioni M. promittit de summa debiti 1200 sex. gr. Pr. se defalcaturum, quidquid in damnis, sumptibus et expensis exinde deperierit.**

**1343, 23. Octobris. (Vratislaviae.)**

(*Arch. S. Wenc. — Grünh. I. 323 extr. — Emser IV. 1341.*)

230. Carolus marchio recognoscit se teneri duci Boleslao, domino Bregensi, in 1200 sex. gr. Prag.

1343, 24. Octobris. (Frankenstein.)

(A. K. — *Grünhagen II.* 323. — *Emler IV.* 1342.)

231. Clemens papa VI. ecclesiam Pragensem in metropolitanam erigit, a subjectione ecclesiae Moguntinensis eximit, eique tam Olomucensem quam Lutomy-slensem recens in cathedram erectam ecclesias suffraganeas assignat.

1344, 30. Aprilis. (Avinione.)

(*Arch. S. Wenc.* — *Chytíl VII.* 392 — *Cod. j. b.. II.* 3, p. 205. — *Emler IV.* 1398.)

232. Clemens papa VI. archiepiscopo Pragensi facultatem concedit regem Boemiae inungendi, coronandi et caetera hujusmodi solemnia regalia ei conferendi.

1344, 5. Maii.

Clemens episcopus, servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex a Deo, per quem reges regnant et principes imperant et qui solus habet in regno hominum potestatem, constitutus super gentes et regna illa, quae ad utilitatem regum ac principum et subditorum suorum salutem et pacem expedire conspicit, observantias antiquas commutando quandoque, prout opportunitas temporis requirit, in melius, de potestatis plenitudine ordinat et disponit.

Sane pro parte charissimi in Christo filii nostri, Joannis, regis Boemiae illustris, petitio nobis exhibita continebat, quod olim reges Boemiae ad successionem regni sui Boemiae venientes de manibus archiepiscopi Moguntinensis, tunc ipsorum metropolitani, suae inunctionis et coronationis solemnia consueverunt recipere ab antiquo, sed in nullo alio nisi solum quia metropolitani erant eorum, sibi subjecti quomodolibet existebant. Cum autem nos pridem certis, iustis, honestis et rationabilibus

causis suadentibus ecclesiam Pragensem infra dictum regnum Boemiae consistentem, tunc ecclesiae Moguntinensi suffraganeam et metropolitico iure subiectam, deliberatione cum fratribus nostris, sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, praehabita provida et matura et de ipsorum consilio ac apostolicae plenitudine potestatis, a jure ac subjectione praedictis per nos exemptam totaliter et sedi apostolicae immediate subjectam, in ecclesiam metropolitanam duxerimus erigendam, ipsam dignitate et auctoritate metropolitica nihilominus decorando, fuit nobis pro parte regis eiusdem instanter et humiliter supplicatum, ut concedere, quod reges Boemiae, qui erunt de caetero dum ad regni praedicti successionem eos contigerit devenire, suae huiusmodi unctionis et coronationis solemnia de manibus archiepiscopi Pragensis, qui erit pro tempore, recipere valeant, et idem archiepiscopus illas eis possit deinceps perpetuis futuris temporibus impendere, de benignitate apostolica dignaremus.

Nos igitur deliberatione praevia et matura super his habita ex certis causis nos ad haec rationabiter inducentibus, supplicationi huiusmodi benignius inclinati, quod archiepiscopus Pragensis, qui est et erit pro tempore, gratiam et communionem eiusdem apostolicae sedis habens, reges praedictos Boemiae, in fide ac devotione praefatae Romanorum ecclesiae persistentes, quos ad successionem venire contigerit supradictam, inungere ac coronare cum solemnitate debita valeat, ipsique reges perpetuis futuris temporibus solemnia inunctionis et coronationis huiusmodi de manibus ipsius archiepiscopi devote possint recipere, auctoritate praedicta, tenore praesentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc facere praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, noverit se incursum.

Datum Avinione, III. nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

(*Arch. S. Wenc. — Goldast, Suppl. XXXII. — Chytil VII. 395. — Emser IV. 1404.*)

233. Unio inter Joannem regem et Fridericum  
marchionem Misniae.

1344, 20. Septembris.

Wir Johans, von Gotis genadin kunig zcu Beheimen vnd graue zcu Lutzemburg, bekennen offnlichin an disem geinwertigen briue und tun kunt allen den, die in sehent oder horin lesen, daz wir dem durchluchtigin fursten, herren fridriche, lantgrauen zcu Duringen, marcgrauen zcu Orlamund, Myssene und in dem Ostirlande, grauen zcu Orlamund vnd herren des landis zcu Plyssen, vnserm liben swagere, mit guten truwin an eydesstat gelobit habin vnd geloben auch an disem selbin briue, daz wir alle die, di im sinen landen oder sinen luten zcu schaden, oder sinen widersachin vnd vinden zcu hulffe oder zcu frumen durch vnsere lant sullen zcihen lazen, sundern wir sullin sie irre vart hindern, so wir meist mügen, ane allerley geuerde.

Iz ist auch geredit ab vnser vorgenanter swager, der marcgraue, sine lant oder sine lute von ymande, der oder die in unsren landen gesezzen weren, geraubit wurden, von dem oder von den sullen wir zcu hant, als iz vns oder vnserm hauptmanne oder amptmanne in der burg zcu Prague vorkundigit wirt, binnen einem manden, der allernest darnach get, rechtes helffen. Teten wir des nicht, also daz der oder die, die beschuldiget wurden, rechtiz vzgingin, so sullen wir vnserm egenantin swager dem marcgraffen wider die selben mit der hant ane geuerde helffen.

Were auch keiner, der in denselben vnsirs swagirs landen raubete, behuset und besezzen in vnsern lande vnd ginge rechtiz vz, wenne er beschuldiget wurde, also das wir sine vesten besitzen musten, wenne wir dem marcgrafen oder sinem hauptmanne in dem lande zcu Myssne daz dry wuchen vor vorbotscheften vnd enpiten, so sal er vns funfzcig man mit helmen senden, den wir koste besorgin sullen, wenne sie in vnsrer lant kumin vnd di wise sie dar inne vns zcu hulffe bliben. Nemin dieselben in vnserm dinste schade, den sal vnsrer swager, der marcgraue, selber tragin; nemin wir abir frumin

an geffangin oder an vesten, die in vnsern lande gelegen  
weren oder von uns zcu lehene gingin, ob wir die gewunnen.  
der frume sol vns alleine bliber

Gewunnen wir ouch mit einander vesten, di vnsern  
landen nicht gelegen weren oder von vns nicht zcu lehene  
gingin, di sullen wir brechen oder sullen sie glich mit einander  
teylen, wie vns daz allerbest geuellit.

Ouch sullen wir vnsern mannen vnd gemeinlichen allen  
den, di in vnsern landen sint gesezzen, waren vnd in nicht  
staten, ane arge list, daz sie ymande helffen oder dinen, der  
oder die vnsirs vorgenantin swagers, des marcgrafen, vinde  
sind oder werden; abir Welch vnser man oder der, die in  
vnsern lande gesezzen sint, vnserm swager, den marcgrauen,  
wider alle sine vinde vnd widersachin helffen wollen, denen  
sullen wir daz nicht waren, sundern wir sullen in des  
wol gunen.

Geschen iz ouch, daz keine herren, die in des vorgenan-  
tin vnsirs swagirs, des marcgrafen, lande gesezzen oder  
behusit sin, sich zu vns vormannen wolde, die sullen wir  
nicht zu mannen empfahen noch gein im vorteydingen in  
keynerley wise.

Ouch ist iz binamin geteydingt, daz diser brif der  
eynunge, die wir vor mit einander haben, vnschedelich sal  
sin, sundern die ersten briue, die gegeben sint in dem jare  
als man zcalte nach Gotes geburte dreyzehundert jar, dar  
nach in dem zcwei vnd drizzigisten iare, an dem pfingistabend  
(*hujus Codicis n. 98 Pactum militare*), sullen bi alle irre creft  
bliben, ane als vil waz in diesem briue sunderlich ist  
geschriben, daz daz y furgang haben sulle.

Zcu vrkunde dirre vorgeschriven teydinge, gelubde und  
rede, daz di stete vnd ganz gehalden werden, haben wir  
disen brif gegeben mit vnserm heimelichen insigle vorunstent,  
der zcu Sygene gebin ist nach gotis geburte dryzcen hundert  
jar, dar nach in dem fier vnd firzcigsten jare, an sente Mathei  
abinde, des heiligen zwelfbotin vnd ewangelisten.

(*Chytile VII. 553. — Emle IV. 1441.*)

**234. Unio inter Fridericum marchionem Misnae et Carolum marchionem Moraviae.**

**1344, 20. Septembris.**

Wir Friederich v. G. g. landgraff in Döringen, marggraff zu Meissen, und wihr Carolus, von derselbigen gnaden marggraff zu Mehrern, erstgebohrner sohn des durchleüchtigen fürsten und herren, herren Johannsen, khüniges zu Böheimen, bekennen offenlich, das wihr durch sonderliche liebe und freundschafft, die wihr zueinander haben, umb besserung, fried und gnad unser lieben land und leüte willen, einmuetiglich und eintrechtinglich übereinkommen seyn, also das wihr alle unsere lebetag an einander geholffen sollen seyn gegen allen den, die ann unsers, des marggrafen von Meissen lande und herrschafft, und unsers, des marggraffen zu Mehrern und Böhmen, auch Pohlen stossen, der seind wihr wehren mit hundert mann mit helmen, wie offt oder wann unser ein dem andern des ermahnet und bedürff; also bescheidenlich, wenn unser ein dem andern hundert mann zu hülffe sendet, dass er dann die cost geben soll, und ob si schaden nehmen, den soll der, der also volkh gesendet hat, selber tragen, und ob sie frommen nehmen, es were mit vhesten oder mit gefangenen, der fromme soll des herren seyn, zu deme sie gesandt seyn.

Es ist auch geredt und geteidinget zwischen uns, ob unser einer des andern (durch) notturfft über die hundert manne mit helmen, mit zwei hundert manne oder mehr oder minder dienst haben wolle gegen seinen feinden, als vorgeschrieben ist, darüber soll jeglicher unter unns zwen seiner manne khiesen, und die viehr sollen vollen gewalt haben von unser beyder wegen zu sprechen umb dienst und schaden; und (waz denne) die vier einmüetiglich sprechen bey ihren treüen, als sie es dunckhet redlich seyn, das soll von unns beyderseith ohn aller wiederrede krafft haben und stete bleiben.

Es ist auch geteidinget, das wihr beidenthalben das römische reich ausnehmen, sonder ob ein khayser oder römischer khünig in unser eines landt zu schaden ziehen wolte, so soll der andere ohn alles gefehrde stille sitzen und

demselben khayser oder römischen khünige weder mit rath oder mit that, noch mit landen, noch mit leüten, ann kheinen argen list, keinen dienst noch hülffe thun.

Und geschehe es, dass wir, Friedrich marggraff zu Meissen, des vorgenanten marggraffen zu Mehrern, unsers swehers, dienst und hülffe bedürfft, das sollen wir ihme vor einen monath entbiethen in die burg zu Prague. Were aber, dass uns, Carolo, marggraffen zu Mehrern, des dickgenannten marggraffen zu Meissen dienst und hülffe noth würde, das sollen wihr ihm gleicher weise ein monath vor in die stadt Dresden verpothschafften und entpiethen.

Auch bekennen wihr, dass wihr dem offtgenannten marggraffen zu Mehrern, unsern swäher, mit gueten treüen an eydes statt globet haben und globen auch ann diesen brieff, dass wihr alle die, die in seinen landen oder seinen leüthen zu schaden, oder seinen wiedersachern oder feinden zu hälff, oder zu frommen durch unser land zuegen oder ziehen, wandern oder reithen wolten, nicht durch unser land ziehen wollen lassen, sonder wihr sollen sie verhindern, so wir meist müegen, ohn allerley gefehrden.

Es ist auch geredet, ob der ehegenannte marggraff von Mehrern sein land oder seine leüthe von jemand, der oder die unsere landen gesessen weren, geraubt wurden, von denne oder von den, den sollen wihr zuhand, als es uns oder unsren hauptmann inn dem land zu wissen wird, verkündiget, bey einem monath, der allernechste darnach gehet, rechtes hellfen; theten wihr des nichts, also dass der oder die, die da beschuldiget würden, rechts ausgingen, so sollen wihr unsren ehegenannten sweher, den marggraffen von Mehrern, wieder dieselbigen mit der hand ohn gefehrde helffen.

Were auch ihr keiner, der oder die inn denselben unsers swehers landen raubet, behauset oder besessen in unsren landen, und giengen rechtes aus, wann sie beschuldiget wird, also dass wihr seine vhesten besetzen müsten, wenn wir dem marggraffen oder seine ambtmanne inn die burgk zu Prague das drey wochen zuvohr wissen liesen und entbiten, so soll er unns funffzig mann mit helmen senden, den wihr kost

besorgen sollen, wenn sie in unser land khomen und die weil sie darinne uns zu helffen bleiben. Nehmen dieselben ann unseren dienste schaden, den soll unser sweher der marggraffe selber tragen. Nemen wihr aber frommen an gefangen oder vhesten, die inn unsern landen gelegen weren oder von uns zu lehen gingen, ob wir die gewinnen, der fromme soll uns alleine (bliben). Gewunnen wihr auch miteinander vhesten, die in unsern landen nicht gelegen wehren oder von uns nicht zu lehen gingen, die sollen wihr brechen oder sollen sie gleich mit einander theilen, wie uns das am besten gefellet.

Auch sollen wihr unsern mannen und gemeinlich allen den, die inn unsern landen sein gesessen, wehren und ihn nicht gestatten, ohne argelist, das sie jemand helffen oder dienen, der oder die unsers vorgenanten swehers, des marggraffen von Mehrern, feindt sindt oder werden; aber welcher unser manne oder der, die in unsern landen sind gesessen, unsern sweher, der marggraffen zu Mehrern, wieder alle seine feinde und wiedersachern helffen wolten, der sollen wihr nicht wehren, sondern wir sollen ihn das vorganen.

Geschehe es auch, dass ihr keine herren, die in des offtgenannten unsers swehers landen besessen, sich zu uns vermannen wolten, die sollen wihr nicht zu mannen enntpfahen, noch gegen ihm verteidingen kheimerley weis.

Auch ist es bey nahmen geteidinget, dass diser brieff der einunge, die unsers vorgenanten swehers, des marggraffen zu Mehrern vatter, herr Johanns khünig zu Böhemen und wihr miteinander haben, unschedlich soll seyn, sunder die erste brieffe, die gegeben seind darüber inn den Jahr, als mann zahltd nach Gotes geburt 1300 und 30 Jahre am pfingstabend (*Cod. I. 2. n. 98. Pactum militare*), sollen bey aller ihrer krafft bleiben, ane als viel, was in diesen brieffe sonderlich geschrieben ist, dass das ihr vortgang haben. Diesen brieff versiegelt mit unser beyder insiegeln zu einen urkund der wahrheit, der zu Sigen geben ist nach Gotes geburt 1300 und an dem 43 Jahr, an sankt Mathes abend.

**235. Ejusdem unionis (234) litterae a Carolo marchione editae.**

**1344, 20. Septembris. (Sygene.)**

*(Contextus idem ut in diplomate praecedenti.)*

*(Arch. S. Wenc. — Chytil VII. 554. — Emler IV. 1442.)*

**236. Conventio de filia Carolis marchionis filio Friderici Missniae marchionis desponsanda.**

**1344, 20. Septembris.**

Wir Johans von gotis genaden chunig zu Beheimen vnd graue zcu Lutzemburg, bekennen offnlichen an disem geinwertigen brieve und tun kunt allen den, die in sehent oder horin lesen, daz wir mit guter betrachtunge vnd wolbedachtem mute vns vnd vnsern landen vnd luten zcu sundarlichem nutzer vnd gute geteydingit haben, daz der wolgeboren furste Karel, vnsir erstegeborner sun vnd marcgraven zcu Merhern, des hochgeboren fursten, herren Frideriches, marcgrauen zcu Myssne, vnsirs liben swagirs, sun, eime der noch unbewibet ist, welchen wir oder derselbe vnser sun dar zcu kisin, siner tochtern, einer die er yczunt hat oder die im noch Got beschert, welche auch vnser swager, der marcgraue oder sine sune, ab er in des abeginge (daz Got wende), kisen wollen, gelobit hat vnd gelobit an sinem briue, den er im dar vbir hat gegeben, zcu rechter e zcu geben vnd sal im die zcu legen von sente Michelstag, der schirest kumit, vber acht iar, die aller nest nach einander volgen sullen oder er ab sie des eintrechtliechin mit einander zcu raten werden.

Ouch sal derselbe vnser sun, der marcgraue, siner tochter zcu des vorgenanten vnsers swagirs sune irme elichin wirte zcu einer widerlegunge ires lipgedingis vnd morgingabe geben vnd berichten zcehen tusint schock breitter pregisscher groschen, vnd sal iz dar vmb bestellen vnd unserm swager, dem marcgrauen vnd sinen erben, daz als gewis machen, daz in dar an genuge er die kindere zcu sammene gelegit werden, als iz hie vor stet beschribin.

Die bezcalunge des selben geldis sal geschen vnuorzcoginlichen bi eime iare dar nach aller nest, als die kindere bi einander gelegin habin.

Iz sal ouch, der obegenante vnser swager, der marcgrae zcu Myssne, vnsirs sunes tochter zcu lipgedinge wider machen die nach beschriben vesten: Dresden, die stadt mit dem hove da selbins, daz hus zcu dem Tarande, daz hus vnd daz stettchen zcu Radeberg mit welden, wisen, wazzern, vischerien, wiltpañen, dorffern, gerichten, manschafte, zcolen, muntzcen vnd gemeinlich mit allen eren rechten vnd nutzcen, besucht vnd vnbesucht, wie die namin mugin gehabin, die zcu den selben dreyen vesten gehorin vnd gehort habin, do sie marcgraue Clemme (dem Gote genade) ihne hatte als verre, als der gute, die zcu den selben vesten gehorin vnser swager der marcgraue innig ist vnd yzcunt an disem hutigin tage inne hat, vnd daz sal er ouch enden vnd volzcihen, ee die kindere zcu sammene gelegit werdin, alz daz hie vorstet beschriben.

Iz ist ouch geredit, gesche (daz Got nicht en wolle), daz vnsirs sones, des marcgrauen von merhern tochter, dar nach als sie bi der marcgrauen, vnsirs swagirs, vorgenanten sune gelegin hetten, vorschiede ane kindere vnd nicht lenger were, so sullen die vorgeschriven zcehen tusent schock vnsirme sune und sinen erben vnd die obgenantin vesten vnserm swagere vnd sinen erben wider geuallen. Hetten sie aber dech ein kint oder kindere mit einander, so sal daz selbe gelt bie unserm swager von Myssne vnd dem kinde oder kindern blibin, vnd daz in vnser sum, ab iz nicht vor geschen were bezcaln und gentzlichen geben.

Sturbe aber unsirs swagirs, des marcgrauen, sun er denne vnsirs sunes tochter, so sal sie darnach die vorbeschriben vesten vnd waz darzcu gehorit, zcu irme libe, vnd nicht lenger, ab andirs das vorgeschriven gelt von vnserm sune bezcalt wirt, behalden vnd geniezen als ires rechtis lipgedingis; iz were denne, daz der marcgraue von Myssne oder sine erbin die selben vesten vnd waz dar zcu gehorit, vmb die vorgeschriven zcehen tusint schok zcu in lozin woldin,

da vor solde sie in vnsirs sunes tochtir gutlichen vnd ane allerley swernizze wider gebin vnd sal auch daz also machin mit guter vnd mugelicher gewischeit vnd bestellen, daz sie in vmb daz selbe gelt, wenne sie wollen, wider werdin vnd auch wenne sie abeget vnd stirbet, daz sie denne an den dike- genanten vnsern swagir, den marcgraven von Myssne, ab er zcu der zhit lebinde ist, oder an sine erben vnd nachkume- linge siner herschaft, vnd niemanden anders, lediglichen wider geuallen.

Ouch bekennen wir, daz wir durch bete willen des obegenanten vnsirs sunes, des marcgrauen von Merhern, vor in vnd mit im alle dise stucke der vorbeschriben freuntschaft in gutin truwin gelobit zcu dem heiligin gesworn, und vnsere briue dar vber gegeben habin, daz wir vnd er mit vns die enden vnd volczihen sullen in alle der wise, als si hir vor sint begriffin, ane argelist.

Vnd also selbins, als wir getan habin, sal auch vnser sun, der marcgraue von Merhern, daz geloben vnd sweren dem dickegenanten vnserm swager von Myssne, so er aller schierst zcu im kumit.

Vnd zcu vrkunde dar vber geben wir disen brif mit vnserm kuniglichen insigel voruestent, der gegeben ist zcu Sygene nach gotis geburte dryzcenhundert jar, darnach in dem fir vnd firzcigisten jare an sente Mathei abinde, des heiligen zwelfboten vnd ewangelisten.

(*Arch. S. Wenc. — Chytil VII. 555 et 556. — Emler IV. 1443.*)

### 237. Promissio Joannis regis et Caroli marchionis de civitate Kladsko a corona regni Boemiae non alienanda.

1244, 20. Novembris.

Nos Joannes D. gr. B. rex ac L. comes, Carolus ejusdem primogenitus, marchio M., Joannes D. gr. dux Carinthiae, Tirolis et Goritiae comes. Notum facimus universis praesentes literas inspecturis, quod nos in nostro animo propensius revol- ventes, qualiter castrum nostrum necnon civitas et districtus noster Glacensis ex eo, quod ipsa praeteritis temporibus non- nullis nostris excogentibus opportunitatibus diversis obligare

solebamus personis, damna perpessi sunt plurima et jacturas, cupientes itaque, ut status castri, civitatis et districtus Glacensis praedictorum mediante nostra sollicitudine reformetur, pro nobis, heredibus et successoribus nostris auctoritate praesentium promittimus firmiter et spondemus, quod castrum ipsum, civitatem et districtum Glacensem praedicta per obligationis seu alterius cujuscunque alienationis modum ex quacunque occasione vel causa a regno Bohemiae nullatenus separare volumus aut debemus.

Imo si tanta nobis immineret necessitas, quod de dicti castri, civitatis et districtus pecuniali subsidio carere aliquatiter, quomodo cunque hoc accideret, non possemus, statuimus, decernimus et volumus per praesentes, ut exnunc in antea capitaneus seu capitanei Glacenses, qui pro tempore fuerint, subsidium, exactiones, contributiones seu impositiones hujusmodi quascunque nostro nomine colligant et percipient, easque dent nobis vel illi seu illis, quibus ipsas deputaverimus, et assignent, quotiens id, prout praemittitur, fuerit opportunum.

Promittimus nihilominus et volumus cives nostros Glaczenses circa omnia jura, libertates et gratias, quas anterioribus temporibus habuerunt et circa literas et privilegia, quae a nobis et nostris praedecessoribus habere noscuntur, favorabiliter conservare. Mandamus igitur capitaneis Glacensibus necnon officialibus et fidelibus nostris, qui nunc sunt aut erunt per tempora, firmiter et districte, quantinus praedictos cives nostros in praemissis impedire seu turbare non audeant.

Harum

Datum Pragae a. D. 1344 in crastino diei b. Elizabeth.

(*E libro privil. civ. Glacensis. — Grünhagen II. 171. — Versio germanica apud Chytíl VII. 558. — Emler IV. 1466.*)

**238. Heinricus dux Sleziae, dominus Glogoviensis, suam terram Glogoviae Joanni regi offert in feudum, una cum terris Olesnicensibus.**

**1344, 23. Novembris.**

List Henrycha kniežete Hlohovského a Slezského, že králi Janovi a budúcim kralom českým s svými panstvími Hlohovským etc. dává se

v manstvie, a puojcil také jmenovanému kniežeti Henrychovi kniežetství Olsnického, jestliže by bez dědicuov Kunrat, knieže Olsnické, sšel. 1344.

Wir Heinreich v. G. gn. herczog zu Slezie, herre zu Glogow und zu Sagan, veriehen und bekennen etc., daz wir mit bedachtem muet, mit guetem rat und willen aller unserr vreunde, willichlich und unbetwungen, haben von dem hogeborn mechtigen fursten, hern Johannes, chunig du Behem, grafen zu Lucemburc, obristen fursten in Slezie und herren zu Breczlab, unserm rechten lehenherren, alle vnser lande und Glogow halbe und was darzu gehort, da wir recht zu haben, mit irn weipilden und grenicen, als di unser vater zu sel. bed. hat an uns bracht, mit purgen, vesten, steten, leuten und guet und mit allen den rechten, di wir dar inne haben, heut an diesem tag fur uns und unser erben und nachkhomen mit rechter cier und gewonhait zu rechtem lehen und zu manschaft enpfangen.

Auch hat der selbe unser herre, der chunig, durch besunder gnaden und gunst, di er zu uns hat, uns und unsern erben alle unsere vetern, herzog Conrades von der Olsnicz und herzog Hannus von der Styna Lande, ob sie an erben verschaiden, verlöhnen.

Und haben wir für uns und unser erben und nachkhomen gelobt und verheizzen an aidesstat mit gueten trwn, an alle arglist, im und seinen erben und nachkhomen, chunigen zu Behem, mit den vorgenanten landen allen, di wir nu haben oder hernach gewinnen, di zu lehen gen von dem chunicreich zu Behem, getrwlich warten, dienen und tuen an allen irn nötien, nach gewonhait der lande und als ein belehenter furste und man seinem rechten herren warten, dienen und tuen zu rechte sol.

So sollen auch der vorgenant unser herre, seine erben und nachkhomen, chunig zu B., uns und alle unser erben und nachkommen vertaidingen, beschermen und auch behelfen an allen unsern nötien, als ein herre seinen man zu recht sol vertaidingen und behelfen gegen allermenlich, zu allen unsern rechten.

So sullen auch des vorgenant unser herre, sein erben und nachkhomen, chunig von B., nach unsern und unser vor-

genanten vetern landen und vesten nicht stellen, trachten noch sten, es gesch(e) danne mit unserm und mit unser erben und nachkhomen guetem willen, und sullen uns pei den landen, weipilden und vesten und bei allem rechten gwonhaiten und grenicen lazzen bleiben und auch da peibehalden.

Und was wir vesten haben verlorn und uns zebrochen sein von dem kunig von Cracow, der sullen si uns helfen und raten wider gwinnen und ze bowen, so daz wir furbas mugen unser land und grenitz behalden.

Und dar ubr etc.

Gegeben zu Prag an Sand Clementen tag nach Chr. geburd dreucehen hundert jar in dem vier und vircigisten jar.

(A. K. — *Grünhagen I. 163. — Emler IV. 1472.*)

**239. Heinricus, dux Sleziae, dominus in Glogow, obligat se ad recipiendas terras suas titulo feudi a rege Boemiae.**

**1344, 23. Novembris.**

List Henrycha kněze Slezského a Hlohovského, kterak jest slib učinil (ciesaři) Karlovi, že po smrti krále Janově od něho jakožto od krále českého všecka panství pod léno přijímati a jeho za pána míti chce.

Wir Heinrich v. G. g. herzog zu Slezie und herre zu Glogow und zu Sagan, veriehen und bekennen etc., daz wir mit bedachtem muet und mit guetem willen unbetwungen globt haben und globen mit gueten trwn, an aller arge list, fur uns und unser erben und nachkommen, dem hogebornen fursten, hern Karlen, unsers gnedigen herren, hern Johans chunigs zu Behem erstgeborenem sune, marcgrafen zu Merhern, wenne er nach seines vater tod (den Got noch lange friste) chunig wirt zu Behem, daz wir danne alle unser lande, di wir nu haben oder noch gewinnen, di zu lehen gen von dem chunicrīch zu Behem, wellen und sullen von im zu rechtem lehen nemen und empfahen und im danne warten und gegen im allez daz volfurn, halden und volbringen, des wir uns gegen unserm

vorgenanten herren, dem chunig, seinem vater, heut an disem tag mit andern unsern briefen haben verlubt und verpunden.

Und daruber etc.

Geben zu Prag an sant Clementen tag nach Cr. geburt dreuzehenhundert jar in dem vier und virzigisten jar.

(A. K. — *Chytil VII. 561. — Grünhagen I. 164. — Emler IV. 1473.*)

**240. Episcopi et capituli Vratislaviensis literae de receptione in feudum oppidi Grotkow cum pertinentiis ejusdem a Joanne rege.**

**1344, 23. Novembris.**

List Preclava biskupa Vratislavského a vší kapitoly, že město Grotkov, kteréž jsú kúpili od Boleslava kniežete slezského a je tak drží, přijali, jako jest knieže Boleslav držal, v manství od krále Jana a koruny české.

In nomine Domini, Amen. Nos Preczlaus D. gr. episcopus, Henricus de Baruth praepositus, Stephanus decanus, Henricus scholasticus, totumque capitulum ecclesiae Wratislaviensis, omnibus et singulis praesentes literas inspecturis volumus esse notum ac tenore praesentium publice profitemur, quod oppidum Grothcow cum terra et districtu ac omnibus et singulis juribus et pertinentiis ipsius, quod dudum ab illustri principe d. Boleslao, duce Sleziae et domino Bregensi, rite ac rationabiliter comparavimus pro nobis et nostra Wratislaviensi ecclesia praedicta, quod dudum etiam dictus dux Boleslaus ab excellentissimo principe et domino nostro, Johanne rege B., in feudum habuit et possedit, recepimus nostro et dictae nostrae Wratislaviensis ecclesiae nomine in verum feudum ab eodem domino rege B., domino nostro, cui ratione terrae dictae Grothcoviensis ad jura feudalia secundum naturam veri feudi tanquam vasallus et princeps domino suo sumus obligati, sibique et suis heredibus, regibus Boemiae, qui pro tempore fuerint, tanquam veris feudi dominis nos et nostri successores occasione dictae terrae Grothcoviensis constanter et fideliter de cetero intendere tenebimur et parere.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum episcopole maius et ipsius capituli Wratislaviensis praesentibus sunt appensa.

Actum et datum Pragae IX. Kal. Decembris a. D. 1344 in domo Fratrum minorum, praesentibus illustribus principibus, domino Carolo primogenito, marchione Moraviae, Joanne duce Karinthiae, filiis ipsius regis, Bolcone Opolensi, Henrico Zaganensi ducibus, principibus et vasallis domini regis B. supradicti, nec non reverendis in Christo fratribus d. Arnesto sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopo et Joanne episcopo Misnensi etc., etc.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Grinhangen II. 108.* — *Emler IV. 1475.*)

**241. Joannes rex episcopo et capitulo Wratislaviensi in feodum confert bona eorum Grotkow cum suis pertinentiis.**

**1344, 23. Novembris.**

Nos Johannes d. gr. B. rex, comes L., princeps supremus Slezianorum et dominus Wratislaviae, recognoscimus et fatemur, quod in nostra praesentia constituti venerabilis in Chr. pater, d. Przedzlaus episcopus Wratislaviensis, ac honorabiles viri Otto de Dony et Nicolaus de Panwitz doctor decretorum, canonici et procuratores capituli W., nobis humiliter supplicaverunt, quatenus bona, Grotkow oppidum, districtum, castra, villas, possessiones, prata, silvas, pascua, dominium, jurisdictionem, utilitates, proventus cum pertinentiis quibuscumque, quae ab illustri principe, d. Boleslao duce Sleziae et domino Bregensi, sororio nostro dilecto, libero suorum heredum ad hoc accedente consensu, emptionis et venditionis titulo interveniente, suis pecuniis compararunt, eis impheodare eosque nomine et titulo veri pheodi investire, de regiae majestatis munificentia dignaremur.

Nos eorum justis annuentes petitionibus ipsos, vid. episcopum et predictos procuratores capituli, vice et nomine W ecclesiae supradictae, de bonis predictis nomine veri pheodi secundum naturam et jus commune pheudi, recepto

primitus et praestito ab eodem episcopo et procuratoribus antedictis solito et debito juramento, investivimus et praesentibus investimus, ut ipsi, episcopus et capitulum ac successores eorum nobis et heredibus nostris, successoribus, regibus Boemiae, qui pro tempore fuerint, tamquam veris pheodi dominis ratione bonorum praedictorum constanter et fideliter de cetero pareant et intendant.

In cuius

Actum et datum Pragae praesentibus etc. in die S. Clementis a. D. 1344.

(*Grünhagen II. 209. — Emler IV. 1470.*)

**242. Promissio Preclai ep. Vrat. de litteris super Grotkow exhibendis.**

**1344, 24. Novembris.**

List Preclava biskupa Vratislavského, kdež slibuje, že i s kapitolou Vratislavskou chce dáti list pod velikú pečetí svú králi Janovi českému na Grotkuov, že je přijímá v manství.

Nos Preczlaus D. gr. episcopus Wratislaviensis, recognoscimus tenore praesentium litterarum, nos excellentissimo principi, domino nostro, d. Joanni regi B., bona fide promississe ac promittimus per praesentes, quod quasdam litteras recognitionis nostro majori sigillo munitas, in quibus nos una cum capitulo nostro Wratislaviensi profitemur oppidum Grotkow cum ejus districtu ac omnibus juribus et pertinentiis suis a dicto serenissimo principe, d. rege B., in verum feudum recepisse, procurabimus sigillo dicti nostri Wratislaviensis capiti pendenti singulari

In cuius rei

Actum et datum Pragae in domo regia VIII. Kal. Decembris a. D. 1344, praesentibus hon. dominis, Johanne archidiacono Glogoviensi, Ottone de Donin, Ticzcone et Nicolao dictis de Panowicz, canonicis nostris Wrat., ac aliis pluribus fide dignis.

(**A. K.** — *Chytil VII. 563. — Grünhagen II. 210. — Emler VII. 1476.*)

**243. Wenceslaus et Ludovicus duces, Legnenses domini, promittunt omnes terras suas feudi nomine recipere velle a Carolo s. t. rege Boemiae.**

**1345, 30. Julii.**

Nos Wenceslaus et Ludovicus fratres, D. gr. duces Slezie, domini Legnenses, recognoscimus et ad universorum volumus notitiam pervenire, quod, quia per alias nostras certi tenoris literas profitemur, nos ab excellentissimo principe, domino nostro carissimo, d. Johanne rege, et a regno Bohemiae terras nostras et possessiones universas et singulas, quas habemus ac ex successione seu devolutione paterna vel alias sub dominio regis et regni B., quae feudales fuerint, obtinebimus in futurum, in feudo et iure feudi obtainere, ac ipsius domini regis et successorum suorum, regum et regni Boemiae, nos esse merito principes et vasallos: idcirco promittimus in solidum bona fide, vice et nomine iuramenti, quod ex nunc ad magnificum principem, d. Karolum, antedicti domini nostri regis Joannis Boemiae primogenitum, marchionem Moraviae, avunculum et dominum nostrum carissimum, tanquam ad ipsum dominum nostrum carissimum regem, habere respectum in omnibus et ubilibet debeamus, sibique et mandatis suis intendere fideliter et parere, praefato quoque domino nostro rege divina iubente clementia decedente vel ipso in vita quomodo libet annuente, terras nostras predictas ab ipso d. Karolo, quandocunque voluerit et mandaverit, in feudum perpetuum suscipere ac praestare sibi de servando perpetuae fidelitatis homagio solitum iuramentum, nec non omnia et singula, quae in dictis literis continentur, observare fideliter et adimplere.

In cuius

Actum et datum in castro Pragensi III. Kal. Augosti a. D. 1345.

(**A. K. — Pelzel K. Karl. I. Urk. 167. — Chytil VII. 614. — Emler IV. 1574.**)

**244.** Ludovicus, dux Slesiae et dominus Legnicensis, post factam in praesentia Joannis regis divisionem omnium civitatum et bonorum inter se et fratrem suum Wenceslaum, dominum in Goldberg, omnes terras suas ab eodem rege et corona regni B. in feudum suscepit.

**1345, 9. Augusti.**

List kniežete Ludvika Lehnického, že Lehnicov přijal pod léno do krále Jana a jeho budúcích.

Nos Ludovicus D. gr. dux Sleziae et dominus Lignicensis, recognoscimus tenore praesentium universis, quod, quia in praesentia serenissimi principis, domini nostri gratiosi, d. d. Joannis B. regis et comitis L., et plurimorum principum, nobilium ac aliorum nostrorum fidelium, inter nos ex una, et illustrem principem dominum Wenceslaum, ducem Sleziae et dominum in Goltberg, fratrem nostrum carissimum, parte ex altera super omnibus civitatibus, castris, oppidis et terris nostris ad haec pertinentibus, cum eorum honoribus, dominiis, vasallatibus et universis attinentiis, in quibuscunque rebus consistant seu nominibus censeantur, divisio obvenerit, in qua pro parte nostri sorte civitatem et terram recipimus Lignensem, quam, ut debuimus, ab ipso domino nostro rege protinus cum omnibus suis honoribus, dominiis, vasallatibus ac aliis pertinentiis suis in feudum suscepimus et suscipimus per praesentes, tanquam a domino nostro naturali, ab eo, heredibus et successoribus suis, B. regibus, tenendum, habendum et per nos possidendum jure feudali, sicut eas pridem illustrissimus princeps, dominus Boleslaus, pater noster, dux Sleziae et dominus Bregensis, ac nos, fratres dicti, cum adhuc essemus indivisi, ab ipso nostro regi dignoscimur tenuisse.

Harum nostrarum testimonio literarum.

Datum Wratislaviae in vigilia S. Laurentii a. D. 1345.

(*Arch. S. Wenc.* — *Griinhagen II.* 328. — *Emler IV.* 1585.)

**245. Wenceslaus dux Slesiae et dominus in Goldberg civitates suas a rege Joanne in feudum suscipit.**

**1345, 9. Augusti.**

Nos Wenceslaus D. gr. dux Sleziae et dominus in Goldberg, recognoscimus tenore praesentium, quod, quia in praesentia serenissimi principis et domini nostri generosi, d. Joannis regis B. et comitis L., et plurimorum principum, nobilium et aliorum nostrorum fidelium inter nos ex una et illustrem principem, dominum Ludovicum, ducem Sleziae et dominum in Lignitz, fratrem nostrum carissimum, parte ex altera, super omnibus civitatibus, castris, oppidis, terris nostris inter nos communibus cum eorum honoribus, dominiis, vasallatibus et universis attinentiis, in quibuscunque rebus consistant seu nominibus censeantur, divisio intervenerit, in qua pro parte nostrae sortis civitates Goldperg, Haynow, Lubin et castrum Cacenow recepimus, quae, ut tenebamur, ab ipso domino nostro rege protinus cum omnibus suis honoribus, dominiis, vasallatibus et aliis pertinentiis suis universis in feudum suscepimus et suscipimus per praesentes tanquam a domino nostro naturali, ab eo, heredibus et successoribus suis universis, regibus Boemiae, tenendum, habendum et perpetuo possidendum per nos, heredes et successores nostros jure jeudali, sicut eas pridem illustris princeps, dominus Boleslaus, dux Sleziae et dominus Bregensis, pater noster carissimus, et nos, fratresque dicti, cum adhuc essemus indivisi, ab ipso domino nostro rege dignoscimur tenuisse.

Harum

Datum Vratislaviae in vigilia sancti Laurentii a. D. 1345.

(*Grünhagen I. 329. — Emller IV. 1586.*)

**246. Conradus dux Olsnicensis vendit Joanni regi medium partem civitatis Gor.**

**1345, 12. Augusti.**

List Kunratuov kniežete Slezského, že králi Janovi zastavuje polovici panství Gora. 1345.

Nos Conradus D. gr. dux Sleziae et dominus Olsnicensis, recognoscimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris et ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos ob meram et evidentem nostram necessitatem, in quam ratione dominiorum incurrimus ex eventu captivitatis et perditione equorum et armorum nostrorum hominum, quae nobis per d. regis Cracoviae homines sunt illata, pro solvendis autem damnis dictis et captivis ab eorum captivitate absolvendis, serenissimo principi et domino nostro, d. Joanni regi B. et comiti L., heredibus et successoribus suis medianam partem nostrae civitatis Gor et terrae Gorensis et medianam partem oppidorum nostrorum Stinaviae et Coeben, ac civitatem nostram Vrowenstatt exnunc integrum, sed post mortem illustris domini Joannis, ducis Sleziae et domini Gorensis fratris nostri, tunc medianam, ita quod alia medietas ad illustrem dominum Henricum ducem Sleziae et dominum Saganensem, patruum nostrum, devolvatur, quam etiam idem dominus noster rex, heredes et successores sui sibi extunc restituere et reddere tenebuntur libere et absque omni pecuniarum traditione pro V millibus marcarum polonicalis pagamenti et numeri, cum quasiquidem pecuniae summa praedictus dominus rex hominibus nostris praedictis apud nos, ut praemittitur, receptis damnis ipsorum damna pro parte nostri et pro nobis solvere est astriclus et quae pro nobis solvit et jam in parte expedivit et nos absolvit et ulterius usque ad consummationem summae praedictae tenebitur expedire, cum omnibus dictarum civitatum et oppidorum praedictorum dominiis, honoribus, jure patronatus ecclesiarum curatarum et non curatarum, vasallatibus, agris, cultis, nemoribus, silvis, rubetis, pratis, pascuis. aquis rivis aquarumque decursibus, venationibus, aucupationibus, pescationibus, judiciis cum bayliis et potestate judicandi ac aliis omnibus et singulis earum et eorumdem juribus et pertinentiis, in quibuscumque rebus consistant seu nominibus appellantur, — justo emptionis titulo vendidimus et vendimus per praesentes, per eum, heredes et successores suos habenda, tenenda et perpetuis temporibus possidenda ac utifruenda et de ipsis pro ipsorum voluntate disponendi liberam et omnimodam tradimus potestatem.

Acta sunt haec praesentibus illustribus principibus, dominis Wladislao Buthumensis et Nicolao Oppaviae et Rati-boriae ducibus, per nos ad praemissa omnia et singula pro testibus vocatis specialiter et rogatis, quorum sigilla una cum sigillo nostro in evidens testimonium praemissorum praesentibus sunt appensa.

Nos vero Wlad. et Nicolaus D. gr. duces supradicti recognoscimus nos emptioni et venditioni interfuisse supradictis et nostra sigilla, una cum praedicti domini Conradi ducis sigillo, ad ipsius rogatum, in testimonium omnium pramissorum duximus appendenda.

Datum Wratislaviae feria sexta ante festum Assumptionis b. Virginis proxima a. D. 1345.

(A. K. — *Grünhagen I. 165. — Chytil VII. 616. — Emler IV. 1591.*)

#### 247. Medietatis castri Gor per Joannem regem emptio.

1345, 12. Augusti.

List Jana kniežete Stynavského. že Jan český král kúpil polovici zámku a města Gor po kniežeti Kunratovi Olešnickém.

Joannes D. gr. dux et dominus Stinaviensis, notum facimus universis, quod quamvis pridem serenissimus princeps et dominus noster, d. Joannes B. rex ac L. comes, ab illustri principe duce Conrado Olsnensi, fratre nostro, successionem sive devolutionem medietatis cas. ri et civitatis Gorav cum toto districtu, exactionibus, juribus, jurisdictionibus, utilitatibus et pertinentiis suis, vasallis, civibus, scultetis, rusticis, feudis, metis et terris suis et toto superioritatis dominio, nullo penitus excepto, rite et rationabiliter emerit, nihilominus a nobis eandem medietatem castri, territorii et appendiorum cum suis pertinentiis, ut praefertur, in vita nostra justo emptionis titulo pro mille quingentis marcis gross Prag. dignoscitur comparasse, etc.

Praesentium etc.

Datum Wratislaviae in feria VI. proxima ante festum Assumpt. b. Mariae virg., anno filii sui 1345.

(A. K. — *Grünhagen I. 166. — Emler IV. 1592.*)

**248. Privilegiorum et libertatum episcopatus Vratislaviensis per Joannem regem confirmatio.**

**1345, 13. Augusti.**

In nomine Domini amen. Nos Johannes d. gr. rex B., comes L., dux Sleziae ac dominus Wratislauiensis, universis et singulis praesentes literas inspecturis volumus esse notum, quod animadvertisentes perpensi, quod licet omnium piorum operum Altissimus sit retributor, ea tamen, quae ad divini cultus fiunt augmentum in remuneratione apud ipsum sunt praecipua et priora, ob reverenciam Dei et ss. Johannis B. et Johannis Ev. Wratislauiensis ecclesiae patronorum, quos speciali devotione sincerius veneramur, omnia et singula privilegia, gratias, libertates ac indulgentias per quoscunque duces Sleziae et dominos Wratislauenses, comites et barones, praedecessores nostros ibidem, et per nostram regiam majestatem domino episcopo, capitulo et clero Wratislauensis ecclesiae concessas et datas seu concessa et data, ratas et gratas seu rata et grata habentes, eas et ea, cujuscunque continentiae et tenoris existunt, recognoscimus, innovamus, approbamus et nichilominus ex nostra certa scientia praesentibus confirmamus, imo etiam exnunc de novo de benignitate regia praefatis dom. episcopo et capitulo, clero et singularibus personis ecclesiae Wratislauensis, dignitatibus, personatibusque ejusdem, in omnibus bonis eorum, villis et allodiis cum suis pertinentiis, et specialiter et nominatim in villis episcopi (*nomina villarum*), meram plenam et omnimodam in hiis scriptis liberaliter divinae remunerationis ob respectum donamus, largimur et concedimus libertatem, nichil omnino nobis nostrisque heredibus et successoribus juris, jurisdictionis, census aut servitutis deinceps reservantes.

Praeterea de pietate regia gratiouse favemus et concedimus dom. episcopo, capitulo et singularibus personis Wrat. ecclesiae praedictis et successoribus, qui pro tempore fuerint eorundem, quod sua allodia in terris nostris sita, pro parte vel in toto, in villas theutunicali jure locare et exponere, et e converso villas in allodia redigere aut reducere possint et valeant, prout ipsis vel eorum alicui expedire videbitur pro

suae libito voluntatis, ita tamen, quod, sive villa ex allodiis, aut allodia ex villis factae seu facta fuerint, plenissima ac omnimoda, ut praemittitur, perpetue gaudeant libertate.

Insuper episcopo et capitulo memoratis promittimus bona fide, quod nos et primogenitus noster Karolus, marchio Morauiae, nostrique successores et heredes episcopum, capitulum et clerum Wrat. ecclesiae praefatae, laicos quoque subditos quoscunque in nostro dominio constitutos et in bonis possessionibusque praedictae Wrat. ecclesiae commorantes nullo unquam tempore quomodolibet aggravabimus petitionibus pecuniarum, animalium, annonarum, servitutum, vecturarum, solutionibus, talliis, exacti-  
onibus, collectis, angariis, parangariis, quocunque nomine cen-  
seantur, aut descensibus vel stationibus ad villas et allodia episcopi, capiti et ecclesiae praedictorum, sed ipsos et posses-  
siones eorum in plenissimis libertatibus conservabimus, tuebimur  
ac pro viribus defendemus.

In quorum

Datum et actum Wrat., in curia nostra, Idus Augusti,  
a. D. 1345.

(*Stenzel. — Chytíl VII. 617.*)

## 249. Infeudatio castri Poděbrad.

1345, 1. Septembris.

Poděbrady. List Hynka z Žlebuov (Slivna), jímž vyznává, že zámek Poděbrady přijímají v manství od krále Jana českého. Dat. 1345.

A. K. — *Cod. j. b. II. 3 p. 38. — Emser IV. 1602.*)

## 250. Ludovici marchionis Brandenburgensis ordi- natio rei monetariae pro marchionatu Brandenburgensi.

1345, 4. Septembris. (Berolini.)

(*Arch. S. Wenc.*)

251. Ottonis, Reinckonis et Nicolai fratrum de Glubos a Joanne rege castri Carpenstein cum judicio provinciali seu hereditario in Landek terrae Gladensis in feudum susceptio.

1346, 14. Februarii.

List Otuov, Reinczkův a Mikuláše bratří z Glaubicz, že zámek Karpenstein se vším příslušenstvím králi Janovi a budúcim kralom českým pod manstvie dali.

(A. K. — *Pelzel Karl IV. I. — Chytil IV. 472 extr. — Grünhagen II. 172. — Emler IV. 1659.*)

252. Clemens VI. papa Joanni regi indulget, ut quilibet episcopus aut abbas catholicus in ejus atque successorum ejus, regum B., praesentia missarum solemnia in pontificalibus ubicunque, non petita ad hoc ordinariorum licentia, celebrare possit.

1346, 6. Maii. (Avinione.)

(*Arch. S. Wenc.*)

253. Bulla Clementes papae de corona S. Wenceslai custodienda.

1346, 6. Maii.

**Corona S. Wenceslai.** Carolus electus Imperator Pragam intravit et in crastino S. Egidii in regem Boemiae coronatur, una cum domina Blanca.

Coronam autem, qua ipse rex coronatus est, donavit S Wenceslao, ejus capiti in ecclesia Pragensi certis diebus imponendam, decernens, ut omnes reges Boemiae, sui successores, eadem debeat corona coronari et illa die coronationis suae duntaxat uti, ipsam die eadem ad noctem in manus decani et sacristae Pragensis, qui de natione boema esse debet, restituere cum effectu, sub poena excommunicationis per d. papam propter hanc causam latae.

Item statuit et literis suis idem rex firmavit, ut quilibet suorum successorum, qui eadem corona erit sequuturis temporibus coronandus, teneatur solvere capitulo Pragensi ratione mutuationis dictae coronae CCC sex. Prag. in utilitatem ecclesiae et capituli convertendas (*Ben. Min.*)

Clemens episcopus, servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Personarum illustrium votis, illis praesertim, quae venerationem sanctorum respiciunt, tenemur et cupimus favorabiliter subvenire. Exhibita siquidem nobis dilecti filii, nobilis viri Caroli, marchionis Moraviae, primogeniti charissimi in Christi nostri, Joannis regis Boemiae illustris, petitio continebat, quod ipse ob devotionem et reverentiam S. Wenceslai, olim ducis Boemiae, de novo fieri fecit quoddam satis pretiosum regium diadema, illudque glorioso capiti dicti sancti, cuius corpus in Pragensi requiescit ecclesia, donavit et fecit apponi, ea intentione, ut ab ipso capite non debeat amoveri, nisi duntaxat quando regem B., qui pro tempore fuerit, de novo coronari vel alia per eundem regem solemnia, quae regalis diadematis usum exigerent, in civitate vel suburbis Pragensibus solenniter contigeret celebrari; quo casu liceat praefato regi diadema ipsum recipere, sic tamen, quod ipsum eadem die coronationis vel celebrationis huiusmodi eidem beato capiti reponere teneatur.

Verum quia idem marchio, sicut eadem subjungebat petitio, pertimescit, ne aliqui propter magnam pretiositatem ipsius diadematis seu aliam causam ipso diademate abuti prae-sumant, nobis humiliter supplicavit, ut super hoc de opportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur ipsius marchionis in hac parte devotis supplicationibus inclinati, auctoritate praesentium districtius inhibemus, ut nullus, tam clericus quam laicus, cuiuscunque praeeminentiae, dignitatis aut status existat, audeat vel praesumat diadema praedictum quocunque modo, titulo, occasione vel causa alienare, distrahere seu pignori obligare; alioquin omnes et singulos, qui secus attentare praesumserint, praeter alias poenas in tales a canone promulgatas, excommunicationis sententiam, a qua nonnisi prius diadema ipsum capiti praedicto reposuerint, nec tunc per alium quam Romanum pontificem, praeterquam in mortis articulo, absolvi possint, incurrere volumus ipso facto.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae inhibitionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, ap. eius, se noverit incursurum.

Datum Avenione II. Nonas Maji, pontificatus nostri anno IV.

(*Arch. S. Wenc. — Orig. arch. cap. Prag. — Eml. IV. 1698.*)

**254. Foedus amicitiae Johannis filii regis Franciae cum Carolo.**

**1346, 30. Maii.**

Johannes primogenitus filius regis Franciae, dux Normandiae, Genermiae, comes Pictaviae, Andegauiae, Senomansi, omnibus has literas visuris salutem. Scire volumus, quod nos promisimus et iurauimus et promittimus, quod in quocumque statu sumus aut esse poterimus, nos erimus verus et legalis amicus nostri praecarissimi et bene dilecti fratris, domini Karoli de Boemia, D. gr. regis Romanorum, et puerorum suorum, praesentium et futurorum, et honorem eorum, profectum et augmentationem procurabimus omnibus modis, quibus facere, procurare poterimus bono modo. Et si nos sciemus aut scire poterimus quocumquemodo, quod aliquis eorum procuraret dampnum, nos impediemus toto nostro posse et eos adiuuabimus et fortificabimus omnibus modis, quibus poterimus, contra omnes illos, quicumque essent, qui eorum verecundiam aut dampnum procurarent.

In testimonium huius nos fecimus apponi nostrum magnum sigillum ad has litteras.

Datum in tentoriis nostris ante Angwillon, penultima die Maji a. D. 1346.

(*Pelzel, Karl IV. Urk. 138. — Chyt. VII. 664. — Eml. IV. 1715.*)

**255. Unio Johannis filii regis Franciae cum Carolo rege.**

**1347, 4. Augusti.**

Johannes, primogenitus filius regis Franciae, dux Normandiae et Genermiae, comes Pictaviae, Andegauiae et Senomansi, facimus scire, quod nos considerantes amorem affini-

tatem genealogam, quae sunt et esse dicunt inter excellentem et praepotentem principem, d. Karolum D. gr. regem Romanorum et Boemiae, nostrum carissimum fratrem, ab una parte, et nos et nostros pueros, suos nepotes, ab altera: promittimus bona fide et iuravimus, quod nos custodiemus pro nostro posse honorem, profectum et statum dicti nostri fratribus. Et si nos sciemus, quod aliqui eundem vellent gravare in persona vel in bonis, nos ipsos eis opponemus et impediemus toto nostro posse.

In testimonium huius nos fecimus sigillari has literas de sigillo nostro secreto.

Datum in nostris tentoriis prope Lomberies die quarta Augusti a. D. 1347.

(*Pelzel, Karl IV. Urk. 139. — Chytíl VII. 717.*)

**256. Promissio Caroli marchionis de juribus et privilegiis Boemiae et Moraviae conservandis.**

**1347, s. l. et d.**

Karolus divina favente clementia universis regni Boemiae et marchionatus nostri Moraviae, quibus noscere fuerit opportunum, salutem et gratiae incrementum.

Ad sceptrigeri fastigia diadematis divina disponente clementia sublimati ad hoc ferventibus votis intendimus, ut nostri regiminis tempore nostrae dicioni subjectis libertas optata proveniat, vitentur pericula et a malignorum protecti incursibus quiete sedeant, sedendo conquiescant et in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiduciae et temporalium requie maneant opulenta, quod tunc salubrius fieri et commodius expedire credimus, si ius suum tribuatur cuilibet et ultra debitum non arctetur.

Hoc sane attendentes omnes regni nostri Boemiae et marchionatus M. principes, ecclesiasticos et saeculares, barones, praelatos, clericos et universos nostrae dicioni subjectos pio favoris applausu favorabiliter amplectentes eisdem duximus promittendum, quod omnia iura et consuetudines, quae et quas a nostris habuerunt et habere dinoscuntur praedecessoribus, rata

habere volumus et tenere et eadem inconvulsa conservare, nec non quod omnia privilegia eorum, quae a nostris habent praedecessoribus, volumus nostris confirmare sigillis.

Praeterea ut nostri subjecti uberioris nostra pietatis sentiant benivolentiam, promittimus, quod nullam steuram vel exactionem, que berna vulg. dicitur, nisi nos uxorem ducere contingit vel aliquem filiorum et filiarum nostrarum tradere copulationi coniungali, ab eis aliquatenus exigemus.

Ceterum ut regni nostri incolas ad voluntaria provocemus obsequia, pollicemur eisdem, quod nunquam alicui alteri quam Moravo in Moravia et Boemo in Boemia aliquod officium committemus.

Insuper communi voto parentum, affectantium successionem et bona sua devolvi ad posteros, clementer assentientes volumus, quod liberis, filiis et filiabus, seu fratribus eorumque filiis usque ad quartam generationem non existentibus alicuius subditi nostri bona ad nos, tanquam ad regem, vacantia, nisi propter crimen confiscanda forent, devolvantur ceu nostro aerario applicentur.

Porro ut suis utilitatibus nostri subditi quietius intendant et commodius conquiescant, hanc eis gratiam duximus facere specialem, quod ultra metas regni nostri Boemiae nobiles eiusdem regni et marchionatus Moraviae pro subiugatione alterius terrae eos invitatos nullatenus compellemus.

(*Pelzel K. Carl IV. I. 192. — Gelnhausen Collectarius: Hoffmann Samlung ungedruckter Nachrichten 1787. LXVII.*)

**257. Carolus Rom. et B. rex, statuit, archiepiscopos Pragenses debere in posterum reges B. coronare, eisdem diadema imponere ac gladium, pomum et sceptrum ceteraque insignia regalia cum solemnitate debita tradere, revocans et irritans omnia jura archiepiscoporum Moguntinensium circa eandem coronationem.**

**1347, 1. Septembris.**

O řádu korunování kraluv českých. List pod zlatú bullí ciesaře Karla potvrzuje, že kralom českým přísluší korunování a mazaní od arcibiskupa Pražského.

Karolus D. gr. Romanorum rex semper augustus et B. rex.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devo-  
torum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis,  
votis ipsorum annuere jugiter et propensius nos inducit, quo-  
tiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae  
non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere  
salubriter arbitratur. Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles  
archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Lutho-  
muschelensis episcopi, necnon illustres Johannes Karinthiae  
comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus,  
Nicolaus Opaviae et Ratiboriae, Bolco Opuliensis, Wenceslaus  
Sleziae, Bolco Sleziae, Kazimirus Teschinensis, Henricus Saga-  
nensis et Johannes Sleziae duces, Jodocus de Rosemberg,  
Wilhelmus de Landstein, Bertoldus et Czenko de Lippa fratres,  
Wanko et Benescius de Vartemberg, Jesco de Michelsberg,  
Hinco de Nachod, Jesco de Wartemberg, Hinco de Sleven,  
Ulricus et Henricus filius eius de Novadomo, Jesco de Grawar,  
Stephanus de Steremberch et Jeroslaus de Sternberch, ac  
caeteri praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles  
regni nostri Boemiae, praesentiam accedentes, nobis humiliter  
supplicarunt, quod, cum ecclesia Pragensis per sanctissimum  
patrem, dominum Clementem, divina providentia papam sextum,  
ad nostri, dum essemus in minoribus constituti, instantiam et  
requestam, in metropolitanam ecclesiam cum plenitudine juris  
metropolitici exaltata fuerit et erecta, ut regibus Boemiae,  
quod ipsi de caetero sacrae unctionis et coronationis solennia  
per manus archiepiscopi Pragensis moderni suorumque succes-  
sorum, archiepiscoporum Pragensium, in perpetuum recipere  
valeant, indulgere et concedere liberaliter dignaremur.

Nos utique attenta ecclesiae Pragensis exaltatione et  
erectione praefata, non absque provida consideratione, quod  
de jure creandi sunt de vico populi magistratus, quodque si  
archiepiscopus Moguntinensis ad dictam accederet Pragensem  
ecclesiam pro dictis sacrae unctionis et coronationis solen-  
nibus, offerente se casu, sicut solebat, ante exaltationem et  
erectionem huiusmodi, non leve archiepiscopis Pragensibus

praejudicium oriretur, foretque falcem in messem ponere alienam; attendentes etiam ingratitudinis maculam, qua Henricus de Wirnburg, quondam archiepiscopus Moguntinensis ipsiusque ecclesiae capitulum, propter adhaesionem Ludovico quondam de Bavaria, per sanctam Romanam ecclesiam suis demeritis exigentibus, una cum suis complicibus et adhaerentibus condampnato, factam contra sanctam dictam Romanam ecclesiam ac regnum Romanum et sacrum Imperium, et ob hoc idem Henricus per sanctam Romanam ecclesiam depositus dampnabiliter asperguntur — deliberatione praevia et matura super hiis cum nonnullis regis Romanorum, futuris Imperatoris coelectoribus, et aliis principibus, nostrae tunc temporis assistentibus majestati, habita, ac de ipsorum consilio pleniori, dictumque regnum Boemiae dulcorosis favoribus ac honoribus gratiosis, in quantum ex divina nobis providentia permittitur, prosequi summopere cupientes, praedictorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status regni Romani et sacri Imperii fideles sollicitos et sedulos p[re]caeteris comprobavimus zelatores, supplicationi, quam hiis et nonnullis causis aliis, quae rationabiliter nos inducunt, rationi consonam et aequitati proximam merito reputamus, benignius et liberalius inclinati:

quod archiepiscopus Pragensis, qui est et erit pro tempore, reges praefatos Boemiae coronare, eisdemque diadema imponere, ac gladium, pomum et sceptrum caeteraque insignia regalia tradere cum solennitate debita valeat, ipsique reges perpetuis futuris temporibus dictae coronationis ac diadematis, gladii, sceptri et aliorum insignium regalium impositionis et traditionis solennia et prout ad regem pertinent, de manibus ipsius archiepiscopi et successorum suorum devote possint recipere, prout per sanctissimum patrem dominum nostrum praedictum, de sacra inunctione et consecratione, caeterisque solemnitatibus et insignibus ad forum spirituale pertinentibus, eisdem regibus et archiepiscopis Pragensibus, suisque successoribus, in exaltatione et erectione dictae Pragensis ecclesiae ad nostri instantiam, ut praedicatur, est concessum, de nostrae Romanae regiae plenitudine potestatis ac ex certa scientia

praesentis scripti patronicio liberaliter concedimus et etiam indulgemus.

Omne jus et omnem consuetudinem ac usum, quod et quos ecclesia seu archiepiscopus Maguntinensis praefati haberunt et habere potuerunt hucusque in coronatione dictorum regum et diadematis impositione, gladiique, sceptri et pomi ac caeterorum insignium regalium traditione eisdem regibus Boemiae, revocantes, cassantes, irritantes, annullantes et de predicta Romanae regiae plenitudine potestatis penitus abolentes, cum nostri et nostrae Romanae regiae auctoritatis et plenitudine potestatis interpositione decreti praefatarum coronationis, diadematis impositionis et gladii caeterorumque insignium regalium traditionis ad archiepiscopum Pragensem modernum eiusque successores futuros perpetuos, ipsorumque per manus imponi et tradi solennia et insignia praelibata, et non ad supradictum archiepiscopum vel ecclesiam Maguntinensem praefatos, juste et legitime pertinere.

Non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus, municipalibus vel communibus statutis seu edictis, factis et editis in contrarium quibuscumque, quas et quae, quantum ad hoc, ac si forent nominatim et de verbo ad verbum scripta praesentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et de dicta Romanae regiae plenitudine potestatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Nulli ergo omnino liceat hanc nostrae donationis, concessionis, indulgentiae, revocationum, cassationum, irritationum et annulationum paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Contrarium vero facientes, si qui fuerint (quod absit), ultra indignationem nostrae celsitudinis Romanae, quam ob hoc se noverint graviter incursuros, mille marchas auri puri nostro et regni Romani fisco componant; ipsarum videlicet medietatem nostrae et successorum nostrorum, Romanorum regum vel Imperatorum, curiae seu camerae, et reliquam passis injuriam irremissibiliter applicandam.

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem plenioriem praesentes fieri jussimus et bulla aurea typario nostrae majestatis impressa preecepimus communiri.

Hujus rei testes sunt: Johannes Missnensis, Apeczco Lubecensis episcopi, Rudolfius senior Saxoniae, sacri Roman imperii marescalcus, Rudolfus eius filius et Fridericus de Tek duces, Albertus et Woldemarus fratres de Anhalt, Vlricus de Helfenstein, Hugo de Hochemberch, Fridericus de Zolernn, Albertus et Guntherus de Barbei comites, Johannes dominus in Mekelburch, Crafto de Hohenloeh, Henricus de Brunek, Ulricus dominus in Hanow, Henricus de Erberstein, Eberhardus et Henricus de Walkse, ac Egidius dominus de Rodemaker, Romani regni praefati principes et barones.

Datum Pragae a. D. 1347, Indictione XV., Kalend. Septembris, regnum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Goldast Suppl. XXXIII. — Chytil VII. 719.*)

## 258. Ordo coronationis regum Boemorum.

1347, 2. Septembris.

I. **Ordo ad coronandum regem Boemorum.** Primo archiepiscopus Pragensis cum praelatis, principibus et baronibus associabunt principem in regem coronandum in Wissegradum, et ibi adorantes redeunt cum eo ad ecclesiam metropolitanam, vesperas audituri. Deinde peractis vesperis deducetur princeps per praedictos in locum, ubi thalamus est solempniter praeparatus. Demum mane, in pulsu primae, archiepiscopus et sui suffraganei aliique episcopi et praelati convenient in ecclesia metropolitana induendi suis pontificalibus et aliis sui status insigniis et ibi processione ordinata, plenario, gladio sancti Wenceslai, crucibus, thuribulo et aqua benedicta praecedentibus praecedant ad ducendum principem de supradicto thalamo ad ecclesiam. Quibus venientibus ad locum, ubi princeps in thalamo decumbit indutus per summum regis Boemiae camerarium sandaliis, tunica et pallio apparaeplatzis, associatus principibus et baronibus, incensatum incenso et aspersum aqua benedicta levat archiepiscopus per manum ad surgendum. Tunc unus ex episcopis dicat ibidem hanc orationem: „Omnipotens — non recedat.“ Tunc suscipiant illum duo

episcopi dextra laevaque honorifice parati, habentes sanctorum reliquias collo pendentes, a cuius latere non discedant usque ad finem; ducant eum in medium ecclesiae ante altare Sanctae Crucis, archiepiscopo et processione praecedentibus.

Inter archiepiscopum et principem de thalamo exeuntes ordinate procedant principes et barones, insignia regalia, vide-licet coronam, sceptrum, pomum, gladium et caetera deferentes, quos camerarius regni Boemiae baccello eis viam parans praecedet. Quae insignia omnia in altari sancti Viti, cum ibidem perveniren<sup>t</sup>, honorifice reponant.

Processio autem erit a thalamo iam dicto per salam regiam exeundo per portam, quae respicit sanctum Georgium, et in eorum transitu magna campana sonetur. Cum autem exierint de thalamo, unus ex episcopis incipiat responsorium istud: „Ecce — ergo enim Dominus.“

Quo finito et principe in medio ecclesiae ante altare Sanctae Crucis reverenter statuto, dicatur a clericis haec antiphona: „Firmetur manus — faciem tuam. Alleluja.“ Psalmus: „Misericordias Domini. Gloria patri. Sicut erat in principio. Firmetur manus tua. (Iterando.) Quo finito unus ex episcopis dicat hanc orationem: „Deus qui scis — valeat et prodesse. Per Dominum . . .“

Tunc princeps adoratis reliquiis sanctorum in altari Sanctae Crucis positis, cum processione ante altare sancti Viti deducatur et ibi super sede regaliter praeparata prostrato et aliis principibus, episcopis et praelatis in suis sedibus similiter decenter praeparatis constitutis, unus episcoporum incipiat psalmum: „Exaudiat te . . .“ Quo finito dicat verbum: „Domine, salvum fac regem. Deus, humilium institutor, qui nos Sancti Spiritus illustratione consolaris, praetende super hunc famulum tuum N. gratiam tuam, ut per eum tuum in nobis adesse sentiamus adventum. Per omnia . . .“ Alius episcopus: „Omnipotens — mereatur. Per Christum .

Hoc facto fiat sermo ad clerum et alter ad populum sub eodem tempore, breviter.

Postea metropolitanus mediocri distinctaque voce principem interroget: „Vis sanctam fidem a katholicis viris traditam tenere et operibus iustis servire?“ Respondeat: „Volo.“ Inter-

roget: „Vis regnum a Deo tibi concessum secundum iustitiam patrum tuorum regere et defendere?“ Respondeat: „In quantum divino fultus adiutorio ac solatio omnium fidelium suorum valuero, ita me fideliter per omnia acturum esse promitto.“

Tunc metropolitanus affetur populum his verbis dicens: „Vultis tali principi ac rectori vos subicere, ipsiusque regnum firma fide stabilire atque iussionibus illius obtemperare, iuxta apostolum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit sive regi quasi praecellenti?“ Tunc a circumstante clero et populo unanimiter dicatur: „Rádi, rádi, rádi.“

Tunc metropolitanus cum omnibus episcopis dicat hanc orationem: „Te invocamus — regere mereatur.“

Qua finita principe et metropolitano cum ceteris episcopis prostratis legatur letania, quam archiepiscopus incipiat, cantores vero prosequantur usque ad versum: „Ut praesentem famulum“ cum aliis sequentibus versibus et orationibus usque ad orationem „Deus inenarrabilis“, quam aliquis ex episcopis dicat.

Archiepiscopus dicat deinde: „Kyrie eleyson.“

Oratio: „Deus qui populis — valeat pervenire. Per dominum . . .“ „Benedic — glorietur in regno. Per Christum , .“ Item oratio: „Omnipotens — salusque popolorum. Qui tecum . . .“ Alius episcopus dicat: „Deus inenarrabilis — quod ipse prae-stare dignetur.“ Tunc archiepiscopus dicat hanc orationem: „Dominus qui populis“ (ut supra). Sequitur ad missam introitus: „Protector noster — millia.“ Psalmus: „Quam dilecta . . .“ Oratio: „Quaesumus — valeat pervenire. Per Lectio epistolae beati Petri apostoli: „Carissimi estote — Domino nostro.“ Graduale: „Dirigatur — vespertinum.“ Versus: „Domine — vehementer.“

Post epistolam, choro cantante graduale, duo abbates mitrati in capella sancti Wenceslai recipient oleum sacrum, quod erit in calice magno repositum, qui calix totus coopertus erit cum panno sericeo, et deferant reverenter ante altare sancti Viti, tentorio super eos extenso. Calicem vero de manibus eorum reverenter cum osculo accipiens archiepiscopus ponat in altari. Deinde finito Alleluia cum sequentia metropolitanus procedat

ad unctiones capitis, pectoris, scapularum, brachiorum, quae unctiones debent fieri uno contextu; et primo fundens oleum super caput in modum crucis dicat: „Ungo te in regem — sancti. Amen.“ Interim autem horus cantet hanc antiphonam „Unixerunt — aeternum. Alleluja.“ Et tam diu repetendo cantet, donec unctionio finiatur.

Qua finita et silentio facto metropolitanus expresse legat has orationes, quae secuntur: „Ungo te in regem de oleo sanctificato, Spiritus sancti gratia humilitatis nostrae officio in te copiosa descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali pinguescis, exterius ablutus, ita eius invisibili ungimine impinguari merearis interius, et quoque perfectissime spirituali unctione semper imbutus et illicita declinare tota mente discas seu valeas et utilia animae tuae iugiter cogitare, optare atque operari queas, auxiliante domino nostro Jesu Christo. Qui cum . . .“ „Christe perunge — regnat.“ Oratio: „Deus Dei filius — sancti.“ Alia oratio: „Deus qui es — pervenire mereatur. Per Dominum.“ Alia oratio: „Omnipotens sempiterne Deus, qui Azahel — nominis tui gloriosi. Per “

Et perfectis orationibus, tentis vestimentis ante reverenter subtili et dalmatica metropolitanus benedicat, dicendo hanc orationem: „Deus rex regum — possideat. Per Christum.“ Facta benedictione vestimentorum induat eum illis et tunc ungar manus dicendo: „Ungantur — vobiscum.“ Oratio „Prospice — habitare mereatur.“ Item: „Spiritus sancti — qui cum Deo.“ Item alia oratio: „Deus qui populis tuis virtute consulis (ut supra).“ Hic metropolitanus mutet vocem et dicat altius ad modum praefationis: „Per omnia —“ concludendo usque — „Sanctus, sanctus, sanctus.“

Deinde metropolitanus imponat principi pallium regale, dicendo: „Accipe pallium quatuor initiis formatum, per quod intelligas quatuor mundi partes divinae potestati esse subiectas nec quemquam posse feliciter regnare in terris, nisi sibi potestas regnandi fuerit collata de coelis.“

Deinde sequitur benedictio ensis: „Exaudi quae sumus — terror et formido. Per Christum . . .“ Postea ab episcopis ensem accipiat et cum ense totum sibi regnum esse sciatis commen-

datum, metropolitano dicente: „Accipe gladium — merearis regnare. Qui cum .“ Accinctus autem ense, similiter ab illis armillas accipiat, dicente metropolitano: „Accipe armillas sinceritatis et sapientiae divinaeque circumdationis indicium, quibus intelligas omnes operationes tuas contra hostes visibles et invisibles posse esse munitas.“ Benedicendo anulo: „Benedic — benedicantur. Per Christum “ Quando imponitur anulus, dicatur haec oratio: „Accipe dignitatis — saecula saeculorum, Amen.“ Deinde accipiatensem, unde accinctus fuerat, et eum super altare Deo offerat; quem comes aliis superior vel maior, qui sit praesens, redimet et redemptum ante eum ferat.

Cum dat sceptrum et cum pomo dicat archiepiscopus: „Accipe sceptrum — dominum nostrum.“ Post sceptrum et virgam: „Omnium domine — in regno. Per Christum. .“ Benedictio coronae regis vel reginae. Sequitur: „Deus tuorum — repleatur.“ Hic aspergatur aqua benedicta minutatim super coronam atque ei per metropolitanum vel episcopum incensetur et imponatur capiti per metropolitanum, assistantibus omnibus episcopis et dicentibus: „Accipe coronam — fine glorieris. Qui vivit Oratio: „Deus perpetuitatis — iugiter famuletur. Per Dominum . .“ Antiphona: „Confortare et esto robustus vir et observa mandata domini Dei tui, ut ambules in viis eius et custodias ceremonias eius et praecepta eius et testimonia et iudicia et quocunque te verteris, confirmet te Deus.“ Et statim dicatur benedictio super eum, quae et in tempore synodi dicenda est: „Benedicat tibi — esse consortem. Amen.“ Oratio: „Clerum ac populum — potiri mereantur. Amen. Quod ipse . .“

Deinde coronatus honorifice per chorum ducatur de altari ab episcopis usque solium, canente choro responsorium istud: „Desiderium animae eius .“ Deinde dicat sibi archiepiscopus sic: „Sta et retine — et plebis constituat.“ In hoc loco sedere eum faciat dominus metropolitanus super solium, dicendo: „In hoc regni — qui tecum .“ Tunc det illis osculum pacis cunctus autem clericorum coetus tali rectori gratulans sonantibus tympanis alta voce concinnat: „Te Deum laudamus . .“ Vulgus vero: „Hospodine, pomiluj ny.“

Professio regis ante solium coram Deo et clero et populo: „Profiteor et promitto — nostrorum praestare. Amen.“

**II. Ordo ad benedicendum reginam**, quae debet consecrari statim post factam consecrationem regis, hoc modo:

Statim eo coronato et eam benedici et coronari iubente, crine soluto et capite discoperto a duobus episcopis deducitur ante altare et prostrata ante debet orare; qua elevata ab oratione ab episcopis debet iterum caput inclinare. Hoc facto archieписopus dicat orationem: „Omnipotens sempiterne — est mundum qui... Alia benedictio eiusdem coram optimatibus ante altare per metropolitanum dicenda: „Deus qui solus — corde praeficiat. Per Christum . . .“ Notandum est, quod tunica reginae et camisia debent esse apertae ante usque ad corrigiam et dominus archieписopus debet inungere eam de oleo sancto in modum crucis in capite et pectore et in scapulis; dum inungit sic: „In nomine patris — saeculorum Amen.“

Orationes post unctionem: „Sancti spiritus — queas auxiliante domino nostro Jesu Christo, qui . . .“

Oratio: „Omnipotens sempiterne — indigne. Per dominum . . .“

Post istam orationem datur reginae sceptrum ab archieписopo, alterius modi quam sceptrum regium, at virga consimilis virgae regiae, absque orationibus. Tunc debet anulus immitti digito eius, dicente metropolitano: „Accipe annulum — pervenire. Per . . .“ Item alia: „Deus cuius est — contendat. Per Christum . . .“ Sequitur benedictio coronae: „Deus tuorum corona fidelium . . .“ (ut supra) Qua finita debet ei imponi ab archieписopo corona in capite ipsius, quam impositam sustentare debent undique barones. Archieписopus autem debet dicere sic: „Accipe coronam — coroneris.“ Item alia: „Officio nostrae indignitatis — qui cum Deo . . .“ Item oratio: „Omnium domine — corroborare gloriam. Per . . .“

Post istam orationem barones, qui coronam eius sustentant, deducunt eam ad solium, ibi sede parata collocatur, associante ipsam venerabili abbatissa monasterii sancti Georgii in castro Pragensi ordinis sancti Benedicti, quae propter

dignitatem sui vocatura et vocata coronationi reginae debet semper interesse, circumstantibus eam baronibus et matronis nobilioribus regni Boemiae.

In oblatione vero, in pace ferenda et in communione penitus est ordo regis superius annotatus observandus.

Sequitur benedictio vexilli: „Inclina Domine aurem tuam ad preces nostrae humilitatis et per interventum beati Michaelis archangeli tui divinarumque coelestium virtutum praesta nobis auxilium dexteræ tuae, ut sicut benedixisti Abraham adversus quinque reges triumphantem atque David regem in tui nominis laude triumphales congressus exercentem, benedicere et sanctificare digneris hoc vexillum, quod ob defensionem sanctae ecclesiae contra hostilem rabiem defertur, quatenus per virtutem sanctae crucis triumphum et victoriam se ex hostibus acquisisse laetentur. Qui cum patre .“

Hic finitur coronatio et immediate sequitur evangelium secundum Mathaeum: „In illo tempore Abeuntes pharisaei consilium inierunt, ut raperent Jesum in sermone — et quae sunt Dei, Deo.“

Et notandum, quod dum legitur evangelium, rex et regina debent deponere coronas suas, et lecto evangelio maior inter archiepiscopos vel episcopos accipit librum evangelii et defert domino regi osculandum et postea reginae et postea domino archiepiscopo missam celebranti. Credo dicitur et offertorium: „Intendo voci orationis meae rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo Domine.“ Post offertorium vero barones vel magnates deducunt regem ad altare, coronam eius coram eo deferentes, rex autem debet offerre unum panem album et armillam argenteam plenam vino et aurum, prout regiae dignitatı videbitur expedire, et regina similiter; et in eundo et redeundo gladius nudus deferatur coram rege et sceptrum. „Munera quaesumus domine — te largiente usqne quaque proficiant. Per eundem .“

Sequitur benedictio solemnis super regem et populum ante Agnus dei: „Omnipotens Deus carismatum suorum nos locuplet iocunditate et regem nostrum ecclesiasticae pacis perfrui faciat tranquillitatem. Amen. Angelum sanctum ubique ei custodem tribuat et defensorem tam sibi, quam nobis vir-

tutum sanctorum conferat vigorem. Amen. Ambitum regni sui in diebus eius pax circumdet honesta, et quocunque se verterit, adversariorum mens enervetur infesta, omnisque in nobis religio habundet modesta. Amen. Quod ipse parare dignetur. Amen.“

Alia benedictio super regem: „Omnipotens Deus, qui te populi — dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum.“

Item notandum est, quod ille, qui dedit regi evangelium ad osculum, debet post Pax Domini accipere pacem ab archiepiscopo missam celebrante et deferre regi et reginae cum libro, et post eum omnes archiepiscopi et episcopi dant osculum pacis regi unus post alium in suo solio residenti.

Item nota, quod post ablutionem vel infra ablutionem peractam per archiepiscopum vel post missam, si placet, iterum magnates vel barones adducunt regem coram altari et ibi communicat corpus et sanguinem Domini de manu archiepiscopi missam celebrantis.

Sequitur communio: „Intellige clamorem meum, intende voci orationis meae, rex meus et deus, quoniam ad te orabo, Domine.“ Completorium: „Haec nos communio Domine purget a crimine et famulum tuum N., regem nostrum, ab omnibus tueatur adversis, quatenus et ecclesiasticae pacis obtineat tranquillitatem et post istius temporis decursum ad aeternam perveniat hereditatem. Per dominum .“

(*Loserth Joh. Die Krönungsordnung der Könige von Böhmen. Arch. f. ö. Gesch. LIV. — Versio boemica saeculi XIV: Řád korunování krále českého. Výb. z lit. české I. 575—610. — Hicce Ordo conscriptus est ad formam Ordinis in coronatione regum Franciae usitati.*)

---

Aetas Caroli IV., Rom. regis,  
*in regem Boemiae ao. 1347, 2. Septembris Pragae  
coronati.*

---

259. Carolus rex Joannem ducem Stynaviae infeudat de terra Stynavia ad vitae tempora.

1347, 11. Septembris.

Carolus D. gr. R. rex s. a. et B. rex illustri Joanni, duci Stynaviae, principi suo dilecto, suam gratiam et salutem

Cum tuae petitionis oblata nobis series contineret, quod tu nobis post felicis nostrae coronationis tempora, dum nobis debitae fidelitatis homagium praestitisses, ferventibus desideriis offerebas, quatenus tibi ducatum sive principatum, quem olim ab illustri domino Joanne, celebris memoriae genitore nostro carissimo, olim rege B., in pheudum tenuisse probaris, virtute regni Boemiae, cuius nunc regimini Domino disponente feliciter praesidemus, cum suis libertatibus, immunitatibus, honoribus et gratiis, sicut eundem hactenus possedisti, in pheudum, dum viveres, conferre de regali magnificentia dignaremur:

nos . ducatum sive principatum tuum cum omnibus honoribus, gratiis et immunitatibus, ut eum hactenus tenuisti, nom. cum medietate civitatum Stynaviae et Gor, districtuum et appendiorum, fructuum et utilitatum pertinentium ad easdem, in quibus media pars nobis et tibi residua provenire debet, necnon oppidis Rudna, Polkewitz, Tilia, et pignoribus tuis Hernstat et Winczik et castro Ritzen . in pheudum ad vitae tuae tempora conferimus et donamus :

Datum Pragae a. D. 1347, Indictione VI., III. Idus Septembris, regnum nostrorum anno secundo.

(*Griinhagen I. 167.*)

**260. Carolus Romanorum et Boemiae rex approbat et confirmat literas privilegiales civitatis Egrensis.**

**1347, 25. Septembris.**

Karolus D. gr. Rom. rex s. a., et B. rex, notum facimus universis. Licet ad persequenda vota fidelium in hiis praesertim, quae rationi consentiunt, ad tanto ampliorem progressum regia celsitudo se novit obnoxiam, quanto divinae dispensationis gratia pluribus dominatur: illorum tamen votivas preces attentium exaudire tenetur, quos virtutum approbata constantia et fidelium obsequiorum laudabilitas recommendat.

Sane cum dilectorum nobis fidelium nostrorum, civium Egrensi, pro se et universitate sua oblata nobis petitio contineret, quatenus eisdem literas, quas a rec. mem. Romanorum et Boemiae regibus, nominatim a divo Rudolfo et nonnullis aliis ac a nobis, dum essemus marchio Moraviae, obtinuisse noscuntur, approbare et confirmare dignemur —

Primae etenim literae tenor talis erat:

(*Litterae Premyslai II. dd. Egrae 1266. — Cod. jur. boh. I. 54.*)

Item secunda litera sonabat in haec verba:

„Albertus D. gr. Rom. rex s. a. universis Romani Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Dignum censemus et consentaneum rationi, ut eis, qui fide et devotione p[re]e aliis se ad nostra et Imperii beneplacita exhibent promptiores, p[re]e ceteris etiam plus impendat nostra serenitas gratiae et favoris. Hinc est, quod prudentium virorum, ciuium Egrensi, fidelium nostrorum dilectorum, grata et fidelia servitia, quae nobis et Imperio impenderunt hactenus et impendere continuatione laudabili non desistunt, benignius advertentes, ipsis hanc specialem gratiam duximus faciendam, ut inantea extra civitatem Egrensem super quacunque etiam actione ad nullum judicium provinciale evocari debeant sive trahi, nisi querulantibus in civitate eadem per judicem, qui pro tempore fuerit ibidem, justitia denegetur.

Praesentium etc.

Datum in Hailprunnen septimo Kal. Julii a. 1305, regni vero nostri anno septimo.“

Praeterea tertia litera in lingua theutonica sic sonabat:  
(*Litterae Joannis regis ddo. Pragae 1322, 23. Octobris. — Codex jur. boh. II. 1. n. 43.*)

Item quarta litera hunc tenorem continebat:  
(*Litterae Joannis regis ddo. Pragae 1341, 10. Julii. — Codex jur. boh. II. 1. n. 180.*)

Praeterea quintae literae talis erat tenor:  
(*Litterae Caroli marchionis ddo. Pragae 1342, 28. Januarii. — Codex jur. boh. II. 1. n. 208.*)

Nos igitur ad supradictorum civium nostrorum supplicationis instantiam, quae justitiam sonat et non discedit a trahite rationis, praesertim cum juste potentibus non sit denegandus assensus, superscriptas literas divisorum principum, praedecessorum nostrorum tam Romanorum quam Boemiae regum, nominatim divi Rudolphi Rom. regis literas, quae incipiunt: „Rudolphus D. gr. Rom. rex s. a. omnibus in perpetuum. Regalis throni...“ (*ddo. Viennae, 1279, 7. Junii. — Codex j. b. I. 72.*) et illustris Joannis, quondam B. regis, genitoris nostri dilecti, et nostris de verbo ad verbum, prout scripta sunt, in omnibus suis capitulis et clausulis et tenoribus, ut praefertur, ac certa nostra scientia informati de omnibus praemissis, non dolo circumvecti aut errore seducti, sed de nostra regalis munificentiae assensu et beneplacito speciali innovamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, decernentes ipsas auctoritate regia, qua potimur, integrae et plenariae existere firmitatis, praesentium sub nostro sigillo testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1347, Indictione I., septimo Kal. Octobris, regnum nostrorum anno secundo.

(*Orig. arch. Egrensis. — Pelzel K. Carl IV. XLVIII.*)

**261. Balduini archiepiscopi Treverensis cum Carolo IV. Rom. rege de certis bonis (Luxemburg et Culon) conventio.**

**1348, 17. Februarii. (Coloniae.)**

(*A. K. — Chytil VII, 753.*)

**262. Promissio Caroli IV. de civitate Egra a regno Boemiae non segreganda.**

**1348, 1. Martii.**

Karolus D. gr. Rom. rex s. a. et B. rex. Universis praesentes literas inspecturis harum serie patefiat, quod dilectorum fidelium nostrorum, civium civitatis Egrensis, integerrimae fidei et devotionis puritatem et affectum, quibus erga regale culmen et regnum nostrum Boemiae hactenus semper claruerunt, interna mentis consideratione pensantes eisdem civibus promisimus et bona fide nostra promittimus per praesentes, quod praedictam civitatem Egrensem nunquam alicui homini aut personae cuiuscunque status, conditionis aut praeeminentiae existat, pignori obligabimus aut quovis alienationis titulo seu modo a regno seu corona nostri regni Boemiae segregabimus et curabimus aliqualiter separare.

Harum etc.

Datum Pragae, prima die mensis Martii a. D. 1348,  
regnorum nostrorum anno secundo.

(*Pelzel, K. Karl IV, n. XLIX. — Chytíl VII. 754.*)

**263. Carolus IV., Rom. rex, confirmat litteras Friderici I. Rom. Imp., Vladislao regi Boemiae a. 1158, 18. Januarii datas.**

**1348, 7. Aprilis.**

List (ciesaře) Karla, kterýž potvrzuje listu Fridricha ciesaře, kterýž list téhož Fridricha v svuoj zejména vepsal jest. Kterýžto Fridrich ciesař římský dává Vladislavovi kniežeti českému, aby na časy určité okolek zlatý na hlavě své nositi mohl a při tom dává na věčnost zemi české a témuž Vladislavovi a jeho potomkům slezského kniežetstvie plat.

Karolus D. gr., Romanorum rex semper augustus, et  
Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intēta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox

est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomussensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiaboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici, divi Romanorum Imperatoris, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Friderici I. Imp. ddo. Ratisbonae 1158, 18. Januarii, hujus Codicis tom. I. n. 16.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status Romani regni et sacri Imperii fideles et sollicitos prae caeteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobilius, supplicationibus benignius inclinati, praefatas litteras ac omnia et singula contenta in eisdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et de novo ex certa scientia de nostrae Romanae regiae plenitudine potestatis damus, tenore praesentium conferimus et donamus.

Volentes de uberiori dono gratiae Romanae regiae et concedentes expresse, quod tam in judicio quam extra, ubicumque necessarium fuerit aut etiam opportunum, nostris praesentibus velut praedictis originalibus litteris adhibeatur ab omnibus et singulis plena fides, nostrarisque praesentes dictis aequipollere originalibus per omnia, decernimus, praecipimus et mandamus.

Hujus rei testes sunt: Gerlacus archiepiscopus Moguntinensis, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius, Rodulphus senior, dux Saxoniae, sacri Imperii marescalcus, Rodulphus junior, Saxoniae et Fridericus de Deck duces, Johannes purgravius Nurnbergensis, Ulricus lantgrauius de Lyugkemberch, Fridericus de Orlemund, Vlricus de Helfenstein et Rodulphus de Wertheim comites, Petrus de Hewy,

Crafto de Hoenloeh, Gotfridus de Pruneck, Eberhardus de Walkse, Fridericus de Walkse, Eglolf di Friberg et Purchardus de Elrbath, Romani regni praefati principes et barones.

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri jussimus et nostrae maiestatis sigilli appensione muniri.

Datum Pragae a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. -- *Arch. S. Wenc.*)

**264. Carolus IV. Rom. rex confirmat litteras Friderici II. Rom. regis, Basileae 26. Sept. 1212 super electione regum Boemiae datas.**

**1348, 7. Aprilis.**

Listy dva ciesaře Karla, jeden s zlatým bullí a druhý s majestátem, oba v slova jednostajná, kterýmž potvrzuje Čechom a moc dává, aby sobě mohli za krále voliti bez překážky ciesařuov a říše, kohož se jim zdá, a arcibiskup český korunovati i mazati krále má, a o meze příslušející k zemi české státi má, a ke dvoru ciesařskému do Bamberka, do Normberga a do Mersburgajeti má, a knieže polské ssebú vésti má, když se jemu šest nedělí napřed věděti dá, na korunování s ciesařem; nechce-li král poslati tři sta oděncuov, aby dal tři sta hřiven. Datum Pragae anno 1348 a druhého jest datum anno 1355.

Karolus D. gr. Romanorum rex s. a. et Boemiae rex.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopos Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Luthomuschelensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster charissimus, ac Nicolaus Oppaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertineniarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter

supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici, divi Romanorum Imperatoris electi, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Literae Friderici II. Rom. Imp. ddo. Basileae a. 1212, 26. Sept. — Hujus codicis tom I. n. 24.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status Romani regni et sacri Imperii fideles et sollicitos p[re] caeteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobilius, supplicationibus benignius inclinati, praefatas litteras ac omnia et singula contenta in eisdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et de novo ex certa scientia de nostra[re] Romanae regiae plenitudine potestatis, praefatis, regno, praelatis, ducibus, principibus, baronibus, proceribus et nobilibus ac universitati regni ipsius et pertinentiarum ejusdem, ad usum et opus regum Boemiae in perpetuum damus, tenore praesentium conferimus et donamus; omnem diminutionem et defectum, si quis in praemissis fuerit, de uberiori dono majestatis Romanae regiae et plenitudine potestatis reparantes omnimode et supplentes.

Verumtamen si circa contenta in praefatis litteris non nulli calumpniari, aut ea interpretari sinistre, seu in sensum reprobum declarare, imo verius obscurari forsitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium vel obscurum, quibus dictarum series aspergitur literarum, ut regni Boemiae praefati, ipsiusque incolarum status in sincera Imperii dilectionis perseveret concordia et unitatem in vinculo pacis servet, ac incolae dicti regni hiis quae dissidentiae materia possent esse temporibus profuturis et animarum et corporum inde nascituris periculis rerumque dispendiis proventuris sollerti preventione, antequam ordiantur, tam prudenter quam salubriter praecisis, tamquam mansueti terram hereditent et in pacis multitudine delectentur: electionem regis Boemiae in casu dumtaxat et eventu, quibus de genealogia, progenie vel semine aut prosapia regali Boemiae masculus vel femella superstes

legitimus (quod Dens avertat) nullus fuerit oriundus, vel per quemcumque alium modum vacare contigerit dictum regnum, ad praelatos, duces, principes, barones, nobiles et communiatem regni praefati et pertinentiarum eiusdem, habita cum nonnullis regis Romanorum, futuri Imperatoris coelectoribus, ac aliis principibus, qui tunc temporis nostrae celsitudinis praesentiae assistebant, deliberatione matura, ipsorumque sano digesti consilio volumus, decernimus, pronuntiamus, interpretamus et praesentis scripti patrocinio declaramus, rite, iuste et legitime in perpetuum pertinere, ipsiusque regis Boemiae electionem in casu et eventu praedictis, et non aliis, praefatis praelatis, ducibus, principibus, baronibus, nobilibus et communiati dicti regni et pertinentiarum eiusdem de nostra, regis Romanorum, plenitudine potestatis ac ex certa scientia damus, concedimus, conferimus et donamus, dictamque electionem meliori, salubriori et saniori, quo potest, modo fieri, confirmamus et transferimus in eosdem.

Volentes etiam, ut quicumque in regem Boemiae electus fuerit, ad nos et successores nostros, Romanorum reges et Imperatores, accedat, sua a nobis et successoribus nostris modo debito et solito regalia recepturus, non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus statutis, seu edictis factis et editis in contrarium quibuscumque, quas et quae, quantum ad haec, ac si forent nominatim et de verbo ad verbum scripta praesentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et de dicta Romanae regiae plenitudine potestatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Insuper ad universorum et singulorum cupimus notitiam pervenire, quod praedictae literae bulla aurea typario maiestatis praefati Friderici Romanorum Imperatoris electi impressa, qua ipse rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae ante coronationis regni Romani solennia utebatur, prout nobis constat et sumus plenariae informati, et sicuti gloriosae memoriae Heinricus, avus noster, quondam Romanorum Imperator, sigillo comitatus Lucemburgensis, et ceteri divi Romanorum electi, praedecessores nostri, suorum titulorum, nosque etiam

marchionatus Moraviae sigillo ante ipsorum et nostrae coronationis solemnitatem usi fuimus; in cuius bullae aureae circumferentia a parte maiestatis scripta sunt verba ista: *Fridericus Dei gratia Sicilie rex Ducatus Apulie et Principatus Capue*, et ab illa parte, ubi est impressio cuiusdam castri *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat*, existunt sane et integre, omnิ carentes vicio, communitae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis supplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, cassationis, irritationis et annulationis paginam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo contraire; contrarium vero facientes, si qui fuerint (quod absit), ultra indignationem nostrae celsitudinis Romanae, quam ob hoc se neverint graviter incursuros, mille marcas auri puri nostro et Romani regni fisco componant, ipsarum videlicet medietatem nostrae et successorum nostrorum, Romanorum regum et Imperatorum, curiae seu cameriae et reliquam passis iniuriam irremissibiliter applicandam.

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem plenioriem praesentes fieri iussimus et bulla aurea typario nostrae Maiestatis impressa praecepimus communiri.

Huius rei testes sunt Gerlacus archiepiscopus Moguntinensis Sacri Imperii per Germaniam cancellarius, Rudolphus senior dux Saxonie, Sacri Imperii mareschalcus, Rudolphus junior Saxonie et Fridericus de Deck duces, Joannes purgauius Nurebergensis, Vlricus langgravis de Lyuckenberg, Fridericus de Orlemund, Vlricus de Helffenstain et Rudolphus de Wertheim comites, Petrus de Hewy, Crafto de Hoenloch, Gotfridus de Pruneck, Eberhardus de Waltse, Fridericus de Waltse, Eglof de Friberg et Burchardus de Elrbach, Romani regni praefati principes et barones.

Datum Pragae a. D. 1347 Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Goldast App. XXXII.* — *Chytil VII. 769.*)

**265. Carolus IV., Rom. rex, confirmat litteras ddo. 1216, 26. Jul., quibus Fridericus II. Rom. rex electi-  
onem Wenceslai, filii primogeniti regis Odacrii (I.), in  
regem Boemorum ratam habet.**

**1348, 7. Aprilis.**

List Karluov, kterýmž potvrzuje listu Fridricha (ciesáře), kterýž potvrzuje krále Václava syna krále Otakarova na království české, kteréhož páni a rytieřstvo z jednostajné vuole sobě s povolením krále Otakarova volili za krále.

Carolus D. gr. Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthoniussensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Friderici II. Rom. regis ddo. apud Ulmum 1216,  
26. Julii. Hujus Codicis t. I. n. 25.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status Romani regni et sacri Imperii fideles et sollicitos prae caeteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobilius, supplicationibus benignius inclinati, praefatas litteras ac omnia et singula contenta in eisdem

laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et de novo ex certa scientia de nostrae Romanae regiae plenitudine potestatis praefatis, regno, praelatis, ducibus, principibus, baronibus, proceribus et nobilibus ac uniuersitati regni ipsius et pertinentiarum ejusdem, ad usum et opus regum Boemiae im perpetuum damus, tenore praesentium conferimus et donamus; omnem diminutionem et defectum, si quis in praemissis fuerit, de uberiori dono majestatis Romanae regiae et plenitudine potestatis reparantes omnimode et supplentes, ac omne dubium et obscurum pro parte et in fauorem ipsorum regum Boemiae interpretantes et etiam declarantes, non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus, statutis seu edictis, factis et editis incontrarium quibuscumque, quas et quae, quantum ad hoc, ac si forent nominatim et de verbo ad verbum scripta praesentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annulamus et de dicta Romanae regiae plenitudine potestatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Nulli ergo — applicandam (*ut in diplomate praecedenti.*)

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et nostrae maiestatis sigilli appensione muniri.

Huius rei testes sunt (*ut in diplomate praecedenti.*)

Datum Pragae a. D. 1348, indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Chytíl VII. 779.*)

**266. Carolus IV., Rom. rex, confirmat literas Ricardi regis Rom., ddo. 9. Augusti 1262.**

**1348, 7. Aprilis.**

List Karluov (ciesaře), ježto potvrzuje listu Richarda krále římského, ježto dává potvrzení králi Otakarovi na království české a země příslušející a k tomu jemu a jeho dědicům rakúské a štýrské zemi připojuje, jakožto dědici toho.

Carolus D. gr. Romanorum rex s. a. et Boemiae rex.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostra celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomyslensis episcopi, necnon illustres Joannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goritiae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiaboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam literas Richardi, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Richardi Rom. regis ddo. Aquisgrani 1262, 9. Augusti — Hujus Codicis tom. I. n. 50.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honorum et felicis status Romani regni et sacri Imperii fideles et sollicitos pro caeteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobilis, supplicationibus benignius inclinati, praefatas literas ac omnia singula contenta in eisdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et de novo ex certa scientia de nostra Romanae regiae plenitudine potestatis damus, tenore praesentium conferimus et donamus; volentes de uberiori dono gratiae Romanae regiae et concedentes expresse, quod tam in judicio quam extra, ubicunque necessarium fuerit aut etiam opportunum, nostris praesentibus velut praedictis originalibus literis adhibeatur ab omnibus et singulis plena fides, nostrasque praesentes dictis aequipollere originalibus per omnia, decernimus, praecipimus et mandamus.

Huius rei testes sunt.. (*ut in diplomate praecedenti.*)

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri jussimus et nostrae majestatis sigilli appensione muniri.

Datum Pragae a. D. 1348. Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Goldast App. XXXIII.*)

**267. Carolus IV., Rom. rex, confirmat litteras Rudolfi regis ddo. Egrae 1289, 4. Mart. de officio pincernatus et de jure electorali regibus B. competente.**

**1348, 7. Aprilis.**

Bulle zlatá (ciesaře) Karla, v kteréž potvrzuje listu Rudolfa římského krále na šenkovstvie králi českému dané. Kteréhožto Rudolfa jest list při tom, jehož datum a. 1289 na šenkovstvie i také na volení krále římského, že jej spojuje jednostajně s jinými korferšty.

Druhý list (ciesaře) Karla v táz slova, jako pod zlatú bullí, toho též potvrzuje.

Karolus, D. gr. Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomussensis episcopi, nec non illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, ac caeteri praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem, presentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Rudolfi, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Rudolphi Rom. regis ddo. Egrae 1289, 4. Martii. — Hujus Codicis tom. I. n. 82.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique momenti (*ut in praecedenti diplomate*).

Nulli ergo applicandam (*ut in praecedenti diplomate*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et nostrae maiestatis sigilli appensione muniri.

Huius rei testes . Elrbach (*ut in diplomate praecedenti*)

Datum Prage a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — Arch. S. Wenc.)

**268. Carolus, Rom. rex, confirmat litteras Rudolphi regis Rom. ddo. Erfordiae 1290, 22. Julii, principatum Wratislaviensem regibus Boemiae concedentes.**

**1348, 7. Aprilis.**

List Karla krále římského, že viděl list Rudolfa krále římského, kterýmž vyznává, že své právo dává králi Václavovi a budúcím kralům českým i koruně české na kniežetství Vratislavském, a toho Karel jmenovaný potvrzuje.

Karolus D. gr. Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomussensis episcopi, nec non illi-tres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres

et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam literas Rudolphi, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Rudolphi Rom. regis ddo. Erfordiae 1290, 22. Julii. — Hujus Codicis tom. I. n. 84 lit. A.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique momenti (*ut in diploma e praecedenti*).

Nulli ergo applicandam (*ut in diplomate praecedenti*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri jussimus et nostrae majestatis sigilli appensione muniri.

Huius rei testes sunt (*ut in diplomate praecedenti*).

Datum Pragae a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Balbin Misc. I. p. 37.*)

**269. Carolus IV., Rom. rex confirmat litteras Rudolfi Rom. regis ddo. Erfordiae 1290, 25. Septembris super infeudatione principatum Wratislaviae et Sleziae.**

**1348, 7. Aprilis.**

List (ciesaře) Karla, že Rudolfus král římský povolení dává, že knieže Vratislavské poddává se Václavovi králi českému a své právo jemu dává.

Karolus D. gr. Rom. rex s. a. et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est iusta; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostra celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomussensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem praesentiam accedentes nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Rudolphi, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Rudolphi Rom. regis ddo. Erfordiae 1290, 25. Sept. — Hujus Codicis tom. I. n. 84 lit. B.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique momenti (*ut in diplomate praecedenti*).

Nulli ergo applicandas (*ut in diplomate praecedenti*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et nostra maiestatis sigilli appensione muniri.

Huius rei testes . . . barones (*ut in diplomate praecedenti*).

Datum Pragae a. D. 1348 Indictione prima, VII<sup>o</sup> Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Balbin I. p. 182. — Chytíl VII. 774.*)

**270. Carolus IV., Rom. rex, confirmat et renovat litteras Rudolfi Rom. regis ddo. Erfordiae, 25. Sept. 1290 super successione in terra et principatu Vratislavensi et Slesiae.**

**1348, 7. Aprilis.**

List ciesaře Karla, jímž vyznává, že Rudolfus král římský povolení dává, že knieže Vratislavské poddává se Vratislavovi králi českému a své právo jemu dává; a toho jest jmenovaný ciesař Karel potvrdil.

Karolus D. gr. Romanorum rex s. a. et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Luthomussensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Rudolphi, divi Romanorum, regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Rudolphi regis Rom. ddo. Erfordiae 1290  
26. Sept. — Hujus Codicis tom. I. n. 84 lit. C.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique . . . momenti (*ut in diplomate praecedenti*).

Nulli ergo . . . applicandas (*ut in diplomate praecedenti*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem plenioriem praesentes fieri jussimus et nostrae maiestatis sigilli appensione muniri.

Hujus rei testes sunt . . . (*ut in diplomate praecedenti*).

Datum Pragae a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Balbin I. p. 183. — Chytil VII. 772.*)

**271. Carolus IV., Rom. rex, confirmat litteras Rudolfi regis ddo. Erfordiae 1290, 26. Septembris de jure pincernatus et electoratus regi Boemiae competente.**

**1348, 7. Aprilis.**

Bulle zlatá ciesaře Karla, kdež v ní potvrzuje římského krále Rudolfa listu na hlas volení krále neb ciesaře římského a na šenkovství, při kterémžto list téhož krále Rudolfa jest, kterémuž datum 1290, a ciesaře Karla bude datum 1348. A v témž listu tisíc hřiven pokládá pokuty zlata litého, pět set do říše a pět do koruny české.

Téhož ciesaře majestát druhý v táž slova jako bulle, i téhož dne datum.

Karolus D. gr. Romanorum rex s. a. et Boemiae rex.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continuis intenta vigiliis, votis ipsorum annuere iugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est iusta; in hoc enim liberalitatis nostraræ non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostraræ celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Luthomislensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karintiae comesque Tirolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Bohemiae et pertinentiarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam literas Rudolfi, divi Romanorum regis, praecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(*Diploma Rudolphi regis ddo. Erfordiae 1290, 26. Sept. — Hujus Codicis tom. I. n. 85.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique... momenti (*ut in diplomate praecedenti*).

Nulli ergo... applicandis (*ut in diplomate praecedenti*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et bulla aurea tipario nostrae maiestatis impressa praeceperimus communiri.

Huius rei testes sunt.. (*ut in diplomate praecedenti*)

Datum Pragae a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(**A. K.** — *Arch. S. Wenc.* — *Goldast App. XXXIV.* — *Chytil VII.* 772.)

**272. Carolus IV., Rom. rex, confirmat litteras Alberti regis Rom. ddo. Nurembergae 1298, 17. Novembris, de corona a rege B. in curia imperiali debite non gestanda.**

**1348, 7. Aprilis.**

Karolus D. gr. Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis, votis ipsorum annuere iugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est iusta; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis et Luthomussensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinentiarum eiusdem presentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Alberti, divi Romanorum regis, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haes verba:

(*Diploma Alberti Rom. regis, datum Norimbergae 1298, 27. Nov. — Hujus Codicis tom. I. n. 94.*)

nostra confirmare auctoritate regia dignaremur.

Nos utique momenti (*ut in diplomate praecedenti*).

Nulli ergo applicandam (*ut in diplomate praecedenti*).

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum praesentes fieri iussimus et nostrae maiestatis sigilli appensione muniri.

Huius rei testes sunt. (*ut in diplomate praecedenti*).

Datum Pragae a D. 1348, Indictione prima, VII. idus Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.*)

**273. Carolus IV. R. et B. rex, privilegia, feuda, jura et libertates, ab imperatoribus R. regno Boemiae concessa et concessas auctoritate romana regia approbat et confirmat.**

**1348, 7. Aprilis.**

*Konfirmaci ciesaře Karla na svobo į koruny a království českého.*  
List (ciesaře) Karla, kterýž potvrzuje všech práv a svobod království českého a starodávních požívání prelátuom, kniežatón, pánóm, rytierstvu.

Carolus D. gr. Romanorum rex s. a. et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda, continua intenta vigiliis votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.

Sane ad nostrae celsitudinis venerabiles archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislavensis et Luthoniensis episcopi, necnon illustres Johannes, Karinthiae comesque Tyrolis et Goriciae, germanus noster carissimus, ac Nicolaus, Opaviae et Ratiboriae duces, caeterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinenciarum eiusdem, praesentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, quatenus privilegia, jura, feuda et libertates caeteraque a nobis et divis regibus et Imperatoribus Romanis, praedecessoribus nostris, regibus Boemiae, concessa et concessas confirmare et approbare auctoritate Romana regia dignaremur.

Nos utique praefatorum praelatorum et ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status Romani regni et sacri Imperii fideles sollicitos et sedulos prae caeteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni praefati fore membrum nobilius, supplicationibus benignius inclinati, omnia et singula privilegia, feuda, jura, libertates, oppida, castra, donaria et gratias a nobis et divis regibus et Imperatoribus Romanis, praedecessoribus nostris, regibus Boemiae concessa et concessas, sub tenore et serie quibuscumque, de nostra auctoritate Romana regia et plenaria potestate ac ex certa scientia innovamus, approbamus, ratificamus, confirmamus et praesentis scripti patrocinio de novo conferimus et donamus; omnem diminutionem et defectum, si quis in praemissis fuerit, reparantes omnimodo et supplentes, omne dubium et obscurum pro parte in favorem regni et regum Boemiae de uberiori dono nostrae maiestatis Romanae regiae et plenitudine potestatis interpretantes et etiam declarantes; non obstantibus legibus, consuetudinibus, observantiis, juribus communibus, municipalibus, statutis seu edictis, factis et editis in contrarium quibuscumque et cuiuscunque tenoris existant, quas et quae, inquantum praesentibus vel effectu praesentium forent contraria aut contrariae, ac si forent nominatim de verbo ad verbum scripta et scriptae, inserta praesentibus vel insertae et de quibus praesentibus offerteret fieri mentio specialis, revocamus, cassamus, irritamus, annihilamus et de dictae Romanae regiae plenitudine potestatis volumus et decrevimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Nulli ergo applicandam (*ut in diplomate praecedenti.*)

In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorem praesentes fieri iussimus et nostrae maiestatis sigilli muniri appensione.

Huius rei testes sunt... barones (*ut in diplomate praecedenti.*)

Datum Pragae a. D. 1348, Indictione prima, VII. Idus Aprilis, regnorum nostrorum II.

(A. K. — Arch. S. Wenc. — Goldast App. XXXV.)

**274. Caroli IV., Rom. et B. regis, de marchionatu  
Moraviae, episcopatu Olomucensi et ducatu Opaviensi  
ceufeudis coronae Boemiae ordinatio.**

**1348, 7. Aprilis.**

List ciesaře Karla, kdež všech práv a svobod markrabství moravskému potvrzuje a to vyznává, že biskupové olomoučtí, markrabí moravští a kniežata opavská, kolikrát by koli toho potřebí bylo, že mají léno přijímati a přísahy obyčejné kraluom českým dělati.

Carolus D. gr. Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Non modicos famae preconantis titulos moderni temporis meretur posteritas, si quod praedecessorum instauravit laudanda provisio, vigilanti cura prosequitur et talibus providae circumspectionis munit solertiis, ut fructuosae cautelae ducatu praeambulo, vivaci successorum memoriae commendetur.

Sane cum insignes et magnifici principatus, videlicet episcopatus Olomucensis, marchionatus Moraviae et ducatus Opaviae, longo iam et antiquo temporis tractu a clarae memoriae illustribus olim regibus et ducibus Boemiae, olim eidem regno Boemiae praesidentibus, et a corona ac domino regni praefati in feudum semper habiti fuerint et possessi, et venerabiles Olomucensis ecclesiae antistites, necnon illustres marchiones Moraviae et Opaviae duces, olim Boemiae regibus et ducibus, progenitoribus et praedecessoribus nostris, in susceptione feudorum et in aliis, quae ad vasallatus spectant obsequia, veluti dominis suis ordinariis et naturalibus debitam semper exhibuerint reverentiam et honorem;

1. sicut hoc litterae divi Friderici Romanorum Imperatoris augusti, qui de certa sua scientia in prima ipsarum clarae memoriae Wladislaus, ducem Boemiae illustrem, dum viveret, heredes et successores suos, virtutis et excellentiae ipsius industria rite poscente, antequam eundem ad regnum Boemiae coronari contingeret, gestando circulo decoravit, ut eodem insigni circulo adinstar Imperatorum et regum Romanorum, in nativitatis Christi et Salvatoris nostri, pasche et pentecostes, necnon beatorum Wenceslai et Adalberti patronorum

Boemiae festivitatibus uteretur; qui tamen circulus eidem duci a nemine praeterquam a Pragensi aut Olomucensi episcopis vel eorum altero, qui dum alterum ex eis abesse contingeret, vices suppleret amborum, in praedictis festivitatibus fuerat imponendus;

(*Litterae Friderici I. Imp. ddo. 1158, 18. Januar. — Codex j. b. I. 16.*)

2. ac in secunda littera clarae memoriae illustri Ottakaro primo et successoribus suis, praeflaris Boemiae regibus, ob insignia et grata servitia, quibus sacrum Romanum Imperium dignis honoribus prosequi studuerunt, investiendi ac infeudandi episcopos praefati regni Boemiae plenam tribuit facultatem;

(*Vid. Cod. j. b. I. 19, ad annum 1182.*)

3. et litterae divi Friderici secundi, Romanorum regis, in quibus exprimitur, quod illustris Henricus marchio Moraviae et universitas magnatum et nobilium Boemiae de assensu et voluntate illustris Ottakari, quondam Boemiae regis, proavi nostri carissimi, illustrem Wenceslaum, primogenitum ipsius, in regem suum elegerint, et eadem electio per supradictum Fridericum Romanorum regem fuerit approbata;

(*Litterae Friderici Imp. ddo. 1212, 26. Septembris. — Cod. j. b. n. 24.*)

4. et litterae divi Ricardi, olim Romanorum regis, qui auctoritate sua, sicut protestatur in litteris, praefatum regem Ottakarum, proavum nostrum, dum adhuc vitam ageret in humanis, de regni Boemiae et marchionatus Moraviae principatibus et omnibus feudis ad eadem spectantibus investivit;

(*Litterae Ricardi R. regis ddo. 1262, 20. Augosti. — Codex j. b. n. 50.*)

5 et specialiter donatio clarae memoriae illustris Ottakari secundi quondam Boemiae regis, proavi nostri dilecti, quam patri illustris Nicolai, ducis Oppaviae praesentis, fecisse dicitur, dum terram Moraviae dividens ducatum sive principatum Oppaviensem creavit ex novo, ipsumque ducem Oppaviae, quem de mera suae benignitatis gratia sublimavit in principem, heredes

et successores suos una cum ducatu sive principatu praefato, sibi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, et eiusdem regni coronae voluit immediate subesse,

(*Vid. Cod. j. b. ad a. 1260 n. 60.*)

lucidissime protestantur;

quarum quidem litterarum sententias et clausulas, quas ad probationem dictarum intentionum adduximus, semper et ubique in judicio et extra, ac in singulis actibus, publicis et privatis, quotiens praesentium tenorem legi sive publicari contigerit, eiusdem efficaciae, vigoris et auctoritatis existere decernimus, acsi in figuris propriis originalia viderentur, eo praecipue, cum eadem originalia pridem per nos ac nonnullos Romanorum et Boemiae regnum principes et proceres, venerabili Johanne Olomucensi episcopo, consanguineo, necnon illustribus Johanne, marchione Moraviae, fratre, et Nicolao duce Oppaviae, principibus nostris, ibidem et in praesentia constitutis auscultata et examinata fuerint diligenter, sicut etiam nos et illustres progenitores et praedecessores nostri, Boemiae reges, in praedictorum jurium vera et iusta possessione persistimus praescriptione temporum diurna et divina favente clementia persistimus in praesenti:

Nos igitur attendentes et accuratae meditationis studio limpidius intuentes, qualiter impositio praefati circuli per manus venerabilium Pragensis et Olomucensis ecclesiarum antistitum vel alterius ex eis, dum alterum abesse contingeret, ut praefertur, rite fieri, aut rex Boemiae per illustrem marchionem Moraviae praefatum et universitatem baronum et procerum regni Boemiae, ut praedicitur, eligi non valeret, nisi etiam tam praefati episcopi quam marchiones Moraviae illustrem Boemiae regem, qui foret pro tempore, veluti verum, ordinarium, hereditarium et naturalem dominum suum inspicerent et investuras ac feuda sua reciperent et cognoscerent ab eodem, sicut etiam Boemiae regibus, praedecessoribus nostris, investendi ac infeudandi suos episcopos, ut praemittitur, a Romano principe est pridem attributa facultas, neque marchionatum Moraviae praedictum, aut utile et immediatum dominium, quod

regibus Boemiae, sicut ex praemissis colligitur, competit et competebat ibidem, praedicto rege Ottakaro vel suis successoribus, Boemiae regibus, in aliquam personam iusta aestimatione praesumimus fore translatum, nisi utique titulum feudi et superioritatis dominium sibi et successoribus suis, Boemiae regibus, provide reservarint, sicut etiam nos, qui non aliunde ob hoc exempla colligimus, dum essemus in minoribus constituti, eundem marchionatum cum omnibus suis dominiis, honoribus et pertinentiis a clarae memorae illustri Johanne, quondam Boemiae rege, genitore nostro carissimo, dinoscimur tenuisse; praesertim cum etiam creatio sive nova ordinatio dicti ducatus sive principatus Oppaviensis modo supradicto rite fuerit instaurata.

Ne ex interpretatione sinistra quorumlibet, aut ex dubietatibus, obscuritatibus vel eventibus contrariis quibuscunque nostris, heredum et successorum nostrorum, regum Boemiae et coronae regni praefati juribus, honori et statui valeat imposterum quomodolibet derogari, communicato super hiis nonullorum sacri Romani Imperii principum, baronum et procerum, fidelium nostrorum, consilio speciali, praedictis omnibus de verbo ad verbum, prout superius exprimuntur, intellectis et in examen deliberatae ac providae discussionis adductis, auctoritate Romanorum regia interpretamur, pronuntiamus, diffinimus, protestamur, dicimus ac de certa nostra scientia declaramus,

supradictos principatus insignes, videlicet episcopatum Olomucensem, marchionatum Moraviae et ducatum Oppaviae, ad iurisdictionem et directum dominium regum et coronae regni Boemiae iure spectare, quodque episcopi, marchiones et duces praefati, heredes et successores ipsorum imperpetuum principatus eosdem et praefata dominia, quotiens per mortem aut aliis causis legitimis rite vacaverint, a nobis, heredibus et successoribus nostris, Boemiae duntaxat regibus et a corona regni Boemiae, absque renitentia seu difficultate in feudum reverenter suscipere, nobisque ac dictis heredibus et successoribus nostris, Boemiae regibus, et coronae regni praefati, in casibus antedictis homagii, obedientiae ac subscriptionis debitae consueta iuramenta corporaliter facere teneantur;

omnem defectum, si quis in litteris et privilegiis dictorum Imperatorum et regum Romanorum memoriae recolendae, aut etiam in praesentibus, seu in donatione illustris Ottakari secundi, regis Boemiae, proavi nostri, ut si fortassis ducatum Oppaviae absque Romani principis et superioris licentia creare non potuit, vel si eadem donatio juri communi contraria vide-retur, quavis obscuritate, interpretatione dubia, verborum defectu, aut ex alia occasione vel causa compertus fuerit, supplentes de plenitudine Romanorum regiae potestatis.

Non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiiis, juribus, municipalibus vel communibus, statutis seu edictis publicis vel privatis, factis et editis in contrarium quibus-cunque, quas et quae, quantum ad hoc, ac si nominatim et de verbo ad verbum praesentibus inscripta et inserta consisterent, etiam si de hiis iure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et de dictae Romanae regiae potestatis plenitudine, decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Nulli ergo (*ut in diplomate praecedenti*) applicandam.

Noverit vestra imperialis majestas veneranda, nos literas  
inlyti domini nostri, regis B., vestri genitoris b. m., super  
ius feudale castri Voytsperg vidisse, legisse, tractasse, mani-  
busque palpasser, quas dicti domini in Plawe amici omnes  
adhuc tenent firmiter in potestate, et hoc in fide, in qua im-  
perio et vobis adstricti sumus, publice profitemur in his  
scriptis. Quarum literarum tenor talis est:

Nos Joannes etc. (*hujus Codicis n. 66.*)

Quare V. Maj. dominationem duximus attente et devote  
flagitandam, quatenus supradictos amicos nostros, advocatos  
de Plawe, in jure ipsorum et praecipue in juri feudali castri

Voytsperg dignemini, prout de vestra confidimus magnificentia benigitatis, conservare.

Ut predicta omnia vera sint, sigilla nostra sunt appensa.

Datum a. D. 1349 in vigilia Galli.

(A. K. — *Pelzel K. Karl IV. An. CII.*)

**296. Carolus IV. marchionatum Moraviae Joanni fratri suo in feudum coronae confert, adjecta ordinatione successionis.**

**1349, 26. Decembris.**

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter. Amen.

Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

I. Inter caeteras sollicitudinum curas, quibus pro universorum statu fidelium nostrae Maiestatis animus ex innata nobis benignitate distrahitur, illud nostrae meditationi occurrit praecipuum, ut de honorifico ac decenti statu illustris Johannis, marchionis Moraviae, fratris germani nostri carissimi, solerter et diligentius intendamus, non ambigentes nostris applicari thesauris, quidquid eidem ad insignis sui status et congrui honoris augmentum fraternae pietatis affectu liberaliter erogamus. Sane igitur animo deliberato, nonnullorum tam ecclesiasticorum, quam secularium principum, baronum ac nobilium regni nostri Boemiae consilio praecedente, dicto fratri et principi nostro et suis heredibus ac proheredibus legitimis sexus masculini nobilem et insignem principatum, marchionatum Moraviae, cum civitatibus, terris, districtibus, oppidis, villis, monasteriis, praeposituris, baronibus, vasallis, militibus, clientibus, civibus, rusticis, emphiteotis agricolis et censitis et ad glebam astrictis, castris, munitionibus, praediis, agris cultis et incultis, montibus, vallibus, planis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, pascuis, pratis, venationibus, aucupationibus, piscinis, piscaturis, vineis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, montanis auri, argenti, stanni, plumbi vel cuiuscumque alterius generis metallorum, iurisdictionibus, baliis, judiciis, dominiis, bernis tam

in bonis venerabilis Olomucensis episcopi, principis nostri, et successorum ipsius, quam aliorum baronum ac incolarum Moraviae, quotiens easdem secundum approbatam regni nostri Boemiae consuetudinem per nos, heredes sive successores nostros, Boemiae reges, ex legitimis causis exigi seu requiri continget et dum nobis sive dictis heredibus et successoribus nostris iure debentur, redditibus, proventibus, censibus, exactionibus, poenis et emendis, mero et mixto imperio, iuribus patronatus ecclesiasticorum et beneficiorum quorumcumque, necnon cum omnibus iuribus, honoribus, dignitatibus, obventionibus, consuetudinibus, adhaerentiis et singulis pertinentiis suis, quibuscumque specialibus nominibus et vocabulis possint et valeant expressari, in feudum nobile et insigne et iusto feudi titulo a nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus B., et a corona regni praefati, habendum, tenendum, possidendum ac utifendum perpetuo damus, conferimus et donamus.

II. Praesertim, cum eundem marchionatum Moraviae dudum clarae recordationis illustres progenitores et praedecessores nostri, quondam reges B., a divis Romanorum Imperatoribus et regibus memoriae venerandae in feudum tenuerint et etiam in feudum praesentialiter teneant, et demum ac de consequenti illustres quondam marchiones Moraviae eundem principatum a Boemiae regibus ulterius in feudum tenuerint, ut sic et in antea supradictus princeps et frater noster dilectus, heredes et proheredes sui, marchiones Moraviae, dictum marchionatum a nobis, heredibus et successoribus nostris, B. regibus, et a corona regni B. etiam in feudum perpetuo tenere debeant, sicut etiam nos, qui non aliunde ob hoc exempla colligimus, dum essemus in minoribus constituti, eundem marchionatum cum omnibus suis honoribus, dominiis et pertinentiis a clarae memoriae illustri Johanne, quondam B. rege, genitore nostro carissimo, dinoscimur tenuisse.

III. Sicut etiam illud argumento probabili ex litteris divi Friderici, Romanorum regis, in quibus exprimitur, quod illustris Henricus, protunc marchio Moraviae, et universitas magnatum et nobilium Boemiae de assensu illustris Ottakari, quondam

Boemiae regis, proavi nostri, Wenceslaum primogenitum ipsius illustrem in regem suum elegerint, et eadem electio per supradictum Fridericum Romanorum regem fuerit approbata, et ex litteris divi Richardi, Romanorum regis similiter, in quibus idem ad instar aliorum Imperatorum et Romanorum regum illustrem Ottakarum secundum, quondam B. regem, pro se, heredibus et successoribus, B. regibus, de predicti regni B. et marchionatu M. principatibus et feudis ab ipsis dependentibus investivit, quas diligenter ascultari et in examen provide discussionis adduci fecimus, evidenter accipitur et colligitur manifeste.

(*Vid. litteras Friderici II. reg. ao. 1216, 26. Julii apud Ulmam datas. — Hujus Codicis I. n. 27. — Vid. et litteras Richardi R. regis ao. 1262, 9. Augusti Aquisgrani datas. — Hujus Codicis I. 50.*)

IV. Venerabili Johanne, Olomucensi episcopo, consanguineo nostro, necnon illustri Nicolao duce Opaviae, principibus nostris, heredibus et successoribus ipsorum dumtaxat exceptis.

Quorum alterum, videlicet Olomucensem episcopum et successores eiusdem, virtute litterarum recolendae memoriae divisorum Friderici Imperatoris, et Friderici, regis Romanorum augustae potentiae, praedecessorum nostrorum, in quibus iidem illustri Ottakro primo, quondam B. regi, et suis successoribus ius et potestatem investiendi episcopos regni B. praenotati, et venerabili Olomucensi episcopo, qui fuit pro tempore, suisque successoribus insignem circulum Wladislao B. duci, qui dictum regnum ante coronationem suam regebat, et eiusdem Wladislai heredibus in Nativitatis Christi, Paschae, Pentecostes et beatorum Wenceslai et Adalberti, patronorum B., festivitatibus, ad instar Imperatorum et Romanorum principum imponendi, ut tamen a nemine praeterquam a Pragensi vel Olomucensi episcopis, aut eorum altero, qui dum alterum abesse contingeret, vices suppleret amborum, imponi deberet, licentiam et facultatem gratiosius erogarunt et hoc edictis ac mandatis imperialibus et regiis perpetuo statuerunt.

(*Vid. litteras Friderici I. Imp. ddo. 1158, 18. Januarii Ratisboniae datas. — Hujus Codicis I. 16. — Cf. et hujus Codicis I. 19.*)

Alterum vero, videlicet ducem Opaviae, heredes et successores ipsius, propter donationem clarae memoriae illustris Ottakari secundi, quondam B. regis, proavi nostri, quam patri eiusdem ducis fecisse dinoscitur, dum terram Moraviae dividens, ducatum et principatum Opaviensem creavit ex novo, ipsumque ducem, quem de mera suae benignitatis gratia sublimavit in principem, heredes et successores ipsius unacum ducatu seu principatu praefato sibi et heredibus ac successoribus suis, regibus Boemiae, ac eiusdem regni coronae voluit immediate subesse; nobis etiam, heredibus ac successoribus nostris, B. regibus, et eiusdem regni coronae, tamquam rem appropriatam et inseparabiliter incorporatam regno B. praefato specialiter et ex nomine reservamus.

(*Vid. hujus Codicis I. n. 60.*)

V. De Romanae regiae potestatis plenitudine statuentes, quod omnes supradictae sententiae et clausulae imperialium et regalium litterarum, quae a Romanorum Imperatoribus et regibus, praedecessoribus nostris, dictis B. regibus et principibus, regno et coronae B. indultae noscuntur et quas ad probationem dictarum intentionum adduximus, semper et ubique, in iudicio et extra, ac in singulis actibus, publicis et privatis, quotiens praesentium tenorem legi sive publicari contigerit, eiusdem efficaciae, vigoris et auctoritatis existant, ac si in figuris propriis originalia viderentur; eo praecipue, cum eadem originalia pridem per nos ac nonnullos Romani et B. regnum principes, barones et proceres, illustri Johanne marchione Moraviae, fratre et principe nostro praedicto, ibidem in praesentia constituto, ascultata et examinata fuerint diligenter, sicut etiam nos, progenitores et praedecessores nostri, B. reges illustres, in supradictorum iurum vera et justa possessione perstitimus praescriptione temporum diurna et divina favente clementia persistimus in praesenti.

VI. Decernentes ac edicto regis deinceps perpetuo statuentes, quod supradictus princeps et frater noster, heredes et proheredes sui, marchiones M., eundem marchionatum a nobis velut rege Boemiae, heredibus et successoribus nostris, B. regibus,

et a corona regni B. praedicti in feudum cum debitis et consuetis solemnitatibus et ceremoniis reverenter suscipere, nobisque ac dictis heredibus et successoribus ac coronae praefatae tamquam veris, ordinariis et naturalibus ac hereditariis dominis suis tenebuntur et debent fidelitatis, homagii, subjectionis et obedientiae, sicut in susceptione feodorum consuetum est fieri, ad instar praedecessorum suorum. quondam marchionum ibidem, praestare et facere corporalia iuramenta. Nosque heredes et successores nostri, B. reges, praedictum fratrem nostrum, heredes et proheredes ipsius, marchiones M., tamquam alios regni et coronae principes et vasallos ab oppressionibus, violentiis et injuriis defendere tenebimur et tueri.

VII. Et quamvis de iure communi et positivo constat, quod vasallo non relictis legitimis masculini sexus heredibus moriente feudum de sui natura ad ipsius feudi dominum justo titulo revertatur, tamen ut via dubietatibus et calumpniis praeccludi valeat, consilio saniori pronuntiamus, diffinimus et praesentibus declaramus, ut quotiens dictum fratrem nostrum (quem Deus custodiat), heredes aut proheredes suos absque masculini sexus heredibus contingeret decedere, quod marchionatus Moraviae praedictus ad nos, heredes sive successores nostros, reges Boemiae, et eiusdem regni coronam absque difficultate libere revertatur, nosque et dicti heredes sive successores nostri, Boemiae reges, vel alter eorum, qui pro tempore fuerit, dicti marchionis herendum et proherendum suorum filias, si quas post se dimiserint, ad statum ordinare decentem et earum cuilibet, dum matrimonio copulatae fuerint, a die consummatae copulae, infra unum annum decurrentem continuo, de decem milibus marcarum argenti grossorum Pragensium pagamenti regalis de pecuniis bernae, quae ob eandem causam in marchionatu praedicto instaurari debet, ut iuris est et observatae consuetudinis, tenebimur providere.

VIII. Adicientes de singulari munere gratiae specialis, ob illum gratae sinceritatis affectum, quo praedictum fratrem nostrum favorose complectimur, ut quotiens nos, heredes aut successores nostros, reges Boemiae, non relictis masculini sexus

heredibus ab hac luce migrare contigeret, regnum Boemiae praefatum, necnon omnes principatus et dominia, qui ad dictum regnum Boemiae pertinent, nominatim comitatum Lucemburgensem cum omnibus suis pertinentiis, ad supradictum fratrem nostrum, aut eo non extante, heredes sive proheredes suos legitimos sexus masculini, Moraviae marchiones, absque electione sive assumptione alia et absque difficultate qualibet devolvatur, et quod is, cuius tunc iure praefato et virtute declarationis praedictae interesse videbitur, in Boemiae regem assumi et coronari debeat, impedimento quolibet non obstante; qui denique nostris, heredum, proheredum sive successorum nostrorum, regum Boemiae, filiabus, si quas dimiserimus, de congruenti statu, secundum regni Boemiae consuetudinem approbatam, tenebitur et debebit decenter et magnifice providere.

IX. Neque nos, heredes vel successores nostri, Boemiae reges, dictum regnum Boemiae, vel supradictus princeps et frater noster vel heredes sui, marchiones Moraviae, marchionatum eundem, in toto vel in parte, occasione filiarum nostrarum utrobique aut alia causa quacumque donare, vendere, obligare aut alienare debebimus aliquo dismembrationis aut sequestrationis modo, quo praefati regni Boemiae corona et principatus ac dominia, quae ad idem regnum Boemiae pertinent, specialiter comitatus Lucemburgensis cum suis pertinentiis, ut praefertur, a dictis Moraviae marchionibus, vel praefati marchionatus devolutio a nobis, heredibus et successoribus nostris, Boemiae regibus, posset in casibus praenotatis quomodolibet removeri.

X. Caeterum praedictus princeps et frater noster dilectus huiusmodi nostrae gratiae largitione contentus, marchionatum Moraviae supradictum cum digna gratiarum actione suscepit, neque ipse, heredes et proheredes sui, marchiones Moraviae, a nostra celsitudine, heredibus aut successoribus nostris, Boemiae regibus, aliud quidquam per divisionem, successionem ab intestato, vel alio quovis titulo, iure vel facto, poterunt seu debebunt repetere aut exigere, nisi quod ipsis de singulari favore et nostrae mentis beneplacito liberaliter duxerimus erogandum.

XI. Renuntiavit etiam dictus frater noster pro se et dictis heredibus et proheredibus suis, marchionibus Moraviae, omni iuri et iuris actioni, si quod vel quam in regno Boemiae aut caeteris nostrae dicionis principatibus et dominiis habere potuit aut posset, potuerunt seu poterunt quomodolibet in futurum, canonum etiam et legum auxiliis, ac omni iuris beneficio, quibus ordinationi, dispositioni et renuntiationi praefatis posset in toto vel in parte aliqualiter derogari.

XII. Promisit etiam pro se et dictis heredibus ac proheredibus suis legaliter et bona fide, omnes et singulos nostros et coronae regni B. principes ecclesiasticos et saeculares, ubiquecumque resideant, nostrae dicioni subiectos, in omnibus et singulis ipsorum privilegiis, juribus, gratiis, libertatibus, literis et emunitatibus, tam in bonis quam in hominibus ipsorum, non offendere, immo verius ipsos et eorum quemlibet dictis privilegiis, literis, iuribus et caeteris conditionibus praenotatis libere gaudere permettere et potiri.

XIII. Et ad cautelam certitudinis amplioris nos una cum principibus, baronibus, nobilibus et civitatibus regni B. pro nobis, heredibus et successoribus nostris, B. regibus, ex una, dictus quoque frater noster una cum baronibus, nobilibus ac civitatibus Moraviae pro se, suisque heredibus et proheredibus, marchionibus Moraviae, parte ex altera, super omnibus punctis, titulis, articulis et sententiis praelibatis, non per errorem aut improvide, sed matura deliberatione praevia fecimus et praestitimus corporalia iuramenta; quae etiam heredes et successores nostri, reges B., imposterum in coronatione sua, ad quam ac ad alia honorem et statum regni B. concernentia dictus marchio, heredes et proheredes sui, sicut alii B. principes vocati, venire debebunt, unacum principibus, baronibus, nobilibus ac civitatibus regni B. praefati, qui pro tempore fuerint, praestare et facere tenebuntur. Heredes quoque et proheredes eiusdem nostri fratris dictum marchionatum Moraviae, dum casus vacationis ipsius emerserit, a nobis, heredibus et successoribus nostris, B. regibus, qui tamen eundem marchionatum, dum honore solito quaesiti fuerint, infra limites regni B.

absque difficultate conferre debebunt in feudum infra unius anni spatium, a die vacationis continuo revolvendi, cum debita solemnitate recipient et facient ac praestabunt tempore susceptionis sive infeudationis huiusmodi cum suis baronibus, nobilibus ac civitatibus marchiae praelibatae ad instar patrum sive progenitorum suorum, consimilia iuramenta.

XIV. Et specialiter universi et singuli principes, barones, nobiles, ac civitates regni B. et marchionatus M. praedictorum nobis, heredibus et successoribus nostris, regni B., ac praefato fratri nostro, heredibus et proheredibus suis, marchionibus M., in casu ubi contra praefatam ordinationem sive dispositionem in toto vel in parte venire vellemus, aut alter ex nobis dictis tractatibus contrairet, consentire non debent aut in talibus obedire, per quae praemissa omnia vel alterum ipsorum possent diminui seu turbari.

XV Supplentes omnem defectum, si quis in litteris et privilegiis dictorum Imperatorum et Romanorum regum memoriae recolendae aut etiam in praesentibus nostris literis, quavis obscuritate, interpretatione dubia, occasione seu causa compertus fuerit, de supradictae Romanae regiae plenitudine potestatis; non obstantibus quibuscumque legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus, statutis seu edictis publicis seu privatis, factis et editis in contrarium, quas et quae, quantum ad hoc, acsi nominatim ac de verbo ad verbum praesentibus inscripta et inserta consisterent, etiamsi de hiis iure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, revocamus, cassamus, irritamus, annulamus et de dictae Romanae regiae potestatis plenitudine decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

XVI. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae donationis, collationis, auctorizationis, pronuntiationis, declarationis, defectuum suppletionis, revocationis, cassationis, irritationis et annulationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire; contrarium vero facientes, si qui fuerint (quod absit), ultra indignationem nostrae Romanae celsitudinis, quam ab hoc se noverint graviter incursuros, mille marcas auri puri nostro

et Romanorum regni fisco componant, quarum medietatem nostrae et successorum nostrorum, Romanorum Imperatorum aut regum, curiae seu camerae, et partem residuam iniuriam passorum usibus irremissibiliter decernimus applicandam.

Venerabili Arnesto archiepiscopo Pragensi, Johanne Olomucensi et Nicolao Nuembergensi episcopis, necnon illistribus Rudolpho duce Saxoniae, sacri Imperii arcimarescallo, et Ruperto comite palatino Reni et duce Bavariae, principibus, et nobilibus Wilhelmi de Landstein, Johanne de Michelsberg, Henrico de Luchtenburg, Andrea de Duba, Jodoco de Rosemberg, Tassone de Scurrow, Sbincone de Hasemburg, Johanne de Sternberg, Buscone de Willarticz, Hascone de Swereticz, regni Boemiae, Stephano et Jaroslao de Sternberg, Bernardo de Cimbura, Johanne de Boscowicz, Henrico de Lichtenburg dicto de Vethovia, Jenczone et Proczkone dictis de Lompnicz, marchionatus Moraviae baronibus, fidelibus nostris, testibus ad praemissa.

Praesentium sub nostrae Maiestatis typario testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1350 jubileo, VII. Kalendas Januarii, regnorum nostrorum anno quarto.

(*Orig. c. r. archivi aulici Vindobonensis. — Chytíl VII. 980.*)

**297. Joannes marchio, frater Caroli regis, marchionatum Moraviae feudi nomine suscipit.**

**1349, 26. Decembris.**

List markrabie Jana moravského, kdež léno přijímá od ciesaře Karla s tím markrabstvím moravským a vyznává, že ciesař Karel ráčil sobě vymieniti biskupa Olomúckého, kterýž toho času byl, i budúcí jeho, a knieže Opavské i jeho budúcí, že ti mají beze všeho prostředku přisluseti k králům českým. Datum 1350.

Nos Johannes, D. gr. marchio Moraviae, notum facimus universis,

I. quod quia serenissimus ac invictissimus princeps, frater et dominus noster gratiosus, dominus Karolus Roma-

norum semper augustus et Boemiae rex, de nostri status honore solita fraternae pietatis clementia sollicitudinem gerens et ex affectu desiderans conditionem nostram de singulari sui favoris et benignitatis munere fieri meliorem, nobis, heredibus et proheredibus nostris legitimis, marchionibus Moraviae, sexus masculini, nobilem et insignem principatum, videlicet marchionatum Moraviae, cum civitatibus, terris, districtibus, villis, oppidis, villis, monasteriis, praeposituris, baronibus, vasallis, militibus, clientibus, civibus, rusticis, emphiteutis, agricolis, et censitis et ad glebam astrictis, castris, munitionibus, praediis, agris cultis et incultis, montibus. vallibus, planis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, pascuis, pratis, venationibus, aucupationibus, piscinis, piscaturis, vineis, aquis aquarumque decursibus, montanis auri, argenti, stanni, plumbi vel cuiuslibet alterius generis metallorum, jurisdictionibus, baliis, judiciis, dominiis, bernis tam in bonis reverendi in Christo patris, domini Johannis Olomucensis episcopi, consanguinei nostri dilecti, et successorum ipsius, quam aliorum baronum ac incolarum Moraviae, quotiens easdem secundum approbatam regni Boemiae consuetudinem per antedictum dominum et fratrem nostrum, heredes et successores ipsius, Boemiae reges, dominos nostros, ex legitimis causis exigi seu requiri continget et dum eis jure debentur, redditibus, preventibus, censibus, exactionibus, poenis et emendis, mero et mixto imperio, juribus patronatus ecclesiarum et beneficiorum quorumcumque, necnon cum omnibus juribus, honoribus, dignitatibus, obventionibus, consuetudinibus, adhaerentiis et singulis pertinentiis suis, quibuscumque specialibus nominibus et vocabulis possint seu valeant expressari, in pheudum nobile et insigne et iusto pheudi titulo, ab ipso, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae, dominis nostris, et a corona regni praefati habendum, tenendum, possidendum ac utifruendum perpetuo dedit, contulit, et donavit.

II. Praesertim cum eundem marchionatum Moraviae dudum cl. rec. illustres et excellentes principes, reges Boemiae, domini nostri, a divis Romanorum Imperatoribus et regibus memoriae venerandae in pfeudum tenuerint, demumque de consequenti illustres quondam marchiones Moraviae, praedecessores nostri,

eundem principatum a praedictis Boemiae regibus, dominis suis, ulterius in pfeudum tenuerint, ut sic et in antea nos, heredes et proheredes nostri, marchiones Moraviae, dictum marchionatum a praefato domino et fratre nostro, heredibus et successoribus ipsius, Boemiae regibus, et a corona regni Boemiae etiam in pfeudum tenere perpetuo debeamus, sicut etiam supradictus dominus et frater noster, qui non aliunde ob hoc exempla collegit, dum esset in minoribus constitutus, eundem marchionatum, cum omnibus suis honoribus, dominiis, et pertinentiis a recolendae memoriae illustri principe, domino Johanne, quondam Boemiae rege, domino et patre nostro carissimo, dinoscitur tenuisse.

III. Sicut etiam illud argumento probabili ex litteris celebris memoriae divi Friderici, Romanorum regis, in quibus exprimitur, quod illustris Henricus, protunc marchio Moraviae, noster praedecessor, et universitas magnatum et nobilium Boemiae de assensu illustris et excellentis principis, domini Ottakari quondam Boemiae regis, dominum Wenceslaum, primogenitum ipsius illustrem, in regem suum elegerint, et eadem electio per supradictum dominum Fridericum, Romanorum regem, fuerit approbata, et ex litteris celebranda memoriae divi Riczardi, Romanorum regis similiter, in quibus idem ad instar aliorum Imperatorum et Romanorum regum illustrem et excellentem principem, dominum Ottakarum secundum, quondam Boemiae regem, pro se, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, de praedicti regni Boemiae et marchionatus Moraviae principatibus et pheudis ab ipsis dependentibus investivit, quas de certa nostra scientia diligenter audivimus et ad plenum intelleximus, evidenter accipitur et colligitur manifeste.

IV. Reverendo in Christo patre, domino Johanne Olomucensi episcopo, consanguineo nostro, necnon illustri principe, domino Nicolao, duce Opaviae, heredibus et successoribus ipsorum, dumtaxat exceptis.

Quorum alterum, videlicet Olomucensem episcopum et successores eiusdem, virtute litterarum recolendae memoriae-

divorum Friderici Imperatoris et Friderici regis Romanorum augustae potentiae, in quibus iidem illustri principi, domino Ottakaro primo, quondam Boemiae regi, et suis successoribus, Boemiae regibus, dominis nostris, ius et potestatem investiendi episcopos regni Boemiae praenotati, et reverendo in Christo patri, domino et episcopo Olomucensi, qui pro tempore fuit, suisque successoribus, insignem circulum domino Wladislao, Boemiae duci illustri, qui regnum predictum ante coronationem suam regebat, et eiusdem Wladislai heredibus et successoribus, dominis nostris, in Nativitate Christi, Pasce, Penthecostes ac beatorum Wenczeslai et Adalberti, patronorum Boemiae, festivitatibus, ad instar Imperatorum et Romanorum principum imponendi, ut tamen a nemine praeterquam a reverendis in Christo patribus, dominis Pragensi vel Olomucensi episcopis aut eorum altero, qui dum alterum abesse contingeret, vices suppleret amborum, imponi deberet, licentiam et facultatem gratiosius erogarunt et hoc edictis ac mandatis imperialibus et regiis perpetuo statuerunt.

Alterum vero, videlicet illustrem principem, ducem Opaviae, heredes et successores ipsius, propter donationem clarae memoriae illustris et excellentis principis, domini Ottakari secundi, quondam Boemiae regis, quam patri eiusdem ducis fecisse dinoscitur, dum terram Moraviae dividens, ducatum et principatum Opaviensem creavit ex novo, ipsumque dominum ducem, quem de mera suae benignitatis gratia sublimavit in principem, heredes et successores ipsius unacum ducatu sive principatu praefato sibi, heredibus ac successoribus suis, regibus Boemiae, dominis nostris, ac eiusdem regni coronae voluit inmediate subesse, dictus serenissimus dominus et frater noster etiam sibi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, et eiusdem regni coronae tamquam rem appropriatam et inseparabiliter incorporatam, regno Boemiae praefato specialiter et ex nomine reservavit.

V. Et de Romanae regiae suae potestatis plenitudine statuit, quod omnes supradictae sententiae et clausulae Imperialium et regalium litterarum, quae a R. Imperatoribus et regibus, praede-

cessoribus suis, dictis B. regibus et principibus, dominis nostris, regno et coronae Boemiae indultae noscuntur et quas ad probationem dictarum intentionum adduxit, semper et ubique, in judicio et extra, ac in singulis actibus, publicis et privatis, quotiens suas litteras super hoc editas aut praesentium tenorem legi sive publicari contigerit, eiusdem efficaciae, vigoris et auctoritatis existant, acsi in figuris propriis originalia viderentur; eo praecipue, cum eadem originalia pridem per antedictum dominum et fratrem nostrum ac nonnullos Romani et Boemiae regnum principes, barones et proceres, nobis ibidem in persona propria et in praesentia constituto, auscultata et examinata fuerint diligenter; sicut etiam praedictus dominus et frater noster gratiosus, necnon illustres et excellentes progenitores et praedecessores sui, Boemiae reges, domini nostri, in praedictorum jurum vera et justa possessione fuerint praescriptione temporum diurna, et eandem possessionem dictus frater et dominus noster justae continuat divina favente clementia de praesenti.

VI. Ea propter nos, qui supra, marchio Moraviae, promittimus bona fide, sine dolo, pro nobis, heredibus et proheredibus nostris, marchionibus Moraviae, imperpetuum, eundem marchionatum a praedicto serenissimo principe, domino et fratre nostro carissimo, velut rege Boemiae, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, et a corona regni Boemiae praedicti, in pfeudum cum debitis et consuetis solemnitatibus et ceremoniis reverenter suscipere, sibique et dictis heredibus et successoribus et coronae praefatae tamquam veris, ordinariis, naturalibus et hereditariis dominis nostris fidelitatis omagii, subjectionis et obedientiae, sicut in susceptione pteudorum consuetum est fieri, adinstar praedecessorum nostrorum, quondam marchionum ibidem, praestare et facere corporalia juramenta. Dictus quoque dominus et frater noster, heredes et successores sui, Boemiae reges, domini nostri, nos, heredes et proheredes nostros, marchiones Moraviae, tamquam alios regni et coronae Boemiae principes et vasallos ab oppressionibus, violentiis et injuriis tueri et defendere tenebuntur.

VII. Et quamvis de jure communi et positivo constat, quod vasallo non relictis legitimis masculini sexus heredibus moriente, pfeudum de sui natura ad ipsius pfeudi dominum justo titulo revertatur, tamen, ut via dubietatibus et calumpniis paecludi valeat, consilio saniori dictus dominus et frater noster pronuntiavit, diffinivit et in suis litteris declaravit, ut quotiens nos, heredes aut proheredes nostros, marchiones Moraviae, absque masculini sexus heredibus contingat decedere, quod marchionatus Moraviae praedictus ad ipsum, heredes et successores ipsius, reges Boemiae, dominos nostros, et ejusdem regni coronam absque difficultate libere revertatur; ut tamen dictus dominus et frater noster, heredes et successores sui, Boemiae reges, domini nostri, vel alter eorum, qui pro tempore fuerit, nostras, heredum et proheredum nostrorum filias, si quas dimiserimus, ad statum ordinare decentem et earum cuilibet, dum matrimonio copulatae fuerint, a die consummatae copulae, infra unum annum decurrentem continuo, de decem millibus marcarum argenti grossorum Pragensium pagamenti regalis de pecuniis bernae, quae ob eandem causam in marchionatu praedicto instaurari debet, tenebuntur, ut juris est et observatae consuetudinis, providere.

VIII. Adiecit etiam dictus frater noster et dominus de singulari munere gratiae specialis et ob illum sinceritatis affectum, quo nos prosequitur favorose, ut quotiens ipsum (quem Deus custodiat), heredes aut successores ipsius, reges B., dominos nostros, non relictis masculini sexus heredibus, ab hac luce migrare contingeret, quod extunc regnum Boemiae praefatum, necnon omnes principatus et dominia, quae ad dictum regnum Boemiae pertinent, nominatim comitatus Lucemburgensis cum omnibus suis pertinetiis, ad nos, aut nobis non existentibus, heredes nostros legitimos masculini sexus, Moraviae marchiones, absque electione sive assumptione alia et absque difficultate qualibet devolvatur, et quod is, cuius tunc jure praefato et virtute declarationis praedictae interesse videbitur, in Boemiae regem assumi et coronari debeat, impedimento quoilibet non obstante; qui denique dicti domini et fratri nostri heredum, proheredum sive successorum suorum, regum Boemiae,

dominorum nostrorum, filiabus, si quas dimiserint, de congruenti statu, secundum regni Boemiae consuetudinem approbatam, tenebitur et debebit decenter et magnifice providere.

IX. Neque supradictus dominus et frater noster, heredes vel successores sui, Boemiae reges, domini nostri, praefatum regnum Boemiae, aut nos, heredes seu proheredes nostri, marchiones Moraviae, marchionatum eundem, in toto vel in parte, occasione filiarum nostrarum utrobique aut alia causa quacumque donare, vendere, obligare aut alienare debebimus aliquo dimembraitonis aut sequestrationis modo, quo praefati regni Boemiae corona, principatus et dominia, quae ad idem regnum Boemiae pertinent, specialiter comitatus Lucemburgensis cum suis pertinentiis, ut praefertur, a nobis, heredibus et proheredibus nostris, marchionibus Moraviae, aut dicti marchionatus devolutio a dicto domino et fratre nostro, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae, dominis nostris, posset in praenotatis casibus quomodolibet removeri.

X. Nosque huiusmodi serenissimi domini et fratris pia gratia et largitione contenti, marchionatum Moraviae, supradictum cum digna gratiarum actione suscepimus, neque nos, heredes seu proheredes nostri, marchiones Moraviae, a dicto domino et fratre nostro, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, aliud quidquam per divisionem, successionem ab intestato, vel alio quovis titulo, jure vel facto, poterimus seu debebimus repetere aut exigere, nisi quod ipsi de singulari favore et mentis beneplacito nobis liberaliter duxerint erogandum.

XI. Renuntiantes expresse pro nobis ac dictis heredibus et proheredibus nostris, marchionibus Moraviae, omni juri et jurisdictioni, si quod vel quam in regno Boemiae aut caeteris sua et ipsorum dicionis principatibus et dominiis habere potuimus aut possemus, potuerunt seu poterunt quomodolibet in futurum, canonum etiam et legum auxiliis ac omni juris beneficio, quibus ordinationi, dispositioni et renuntiationi praefatis posset in toto vel in parte aliqualiter derogari.

XII. Promittimus etiam pro nobis et dictis heredibus ac proheredibus nostris legaliter et bona fide, omnes et singulos

dicti domini et fratris nostris et coronae regni Boemiae principes, ecclesiasticos et saeculares, ubicumque resideant, ipsius dicioni subjectos, in omnibus et singulis ipsorum privilegiis, litteris, juribus, gratiis, libertatibus, et immunitatibus, tam in bonis quam hominibus ipsorum, non offendere, immo verius ipsos et eorum quemlibet dictis privilegiis, litteris, juribus et caeteris conditionibus praenotatis libere gaudere permettere et potiri.

XIII. Et ad cautelam certitudinis amplioris dictus dominus et frater noster, una cum principibus, baronibus, nobilibus et civitatibus regni Boemiae, pro se, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, ex una, nosque una cum baronibus, nobilibus ac civitatibus Moraviae pro nobis, heredibus et proheredibus nostris, marchionibus Moraviae, parte ex altera, super omnibus punctis, clausulis et sententiis praelibatis, non per errorem aut inprovide, sed matura deliberatione praevia, fecimus et praestitimus corporalia juramenta; quae etiam dicti domini et fratris nostri heredes et successores, reges Boemiae, domini nostri, in posterum in coronatione sua, ad quam ac ad alia honorem et statum regni Boemiae concernentia nos, heredes et proheredes nostri, marchiones Moraviae, sicut alii principes Boemiae, vocati venire debebimus, una cum principibus, baronibus, nobilibus ac civitatibus regni Boemiae praefati, qui pro tempore fuerint, praestare et facere tenebuntur. Heredes quoque et proheredes nostri, marchiones Moraviae, dictum marchionatum, dum casus vacationis ipsius emerserit, a predicto domino et fratre nostro, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, dominis nostris, qui tamen eundem marchionatum, dum honore solito quaesiti fuerint, infra limites regni Boemiae, absque difficultate conferre debebunt in pfeudum infra unius anni spatium, a die vacationis continuo revolvendi, cum debita solemnitate recipient et facient et praestabunt tempore susceptionis sive impfeudationis huiusmodi cum suis baronibus, nobilibus ac civitatibus marchiae praelibatae, ad instar patrum sive progenitorum suorum, consimilia juramenta.

XIV. Et specialiter universi et singuli principes, barones, nobiles ac civitates regni Boemiae et marchionatus Moraviae

praedictorum, dicto domino et fratri nostro, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae, dominis nostris, nobis, heredibus et proheredibus nostris, marchionibus Moraviae, in casu, ubi contra praefatam ordinationem sive dispositionem venire vellemus, aut alter ex nobis dictis tractatibus contrairet, consentire non debent aut in talibus obedire, per quae praemissa omnia vel alterum ipsorum possent diminui seu turbari.

XV. Supplevit etiam dictus frater et dominus noster omnem defectum, si quis in litteris et privilegiis dictorum Imperatorum et Romanorum regum memoriae recolendae aut etiam in suis vel praesentibus nostris litteris, quavis obscuritate, interpretatione dubia, occasione seu causa compertus fuerit, de Romanae regiae plenitudine potestatis, non obstantibus quibuscumque legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, municipalibus vel communibus statutis seu edictis, publicis seu privatis, factis et editis in contrarium, quos et quae quantum ad hoc, acsi nominatim ac de verbo ad verbum suis praesentibus nostris literis inscripta et inserta consisterent, etiam si de hiis jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, revocavit, cassavit, irritavit, annullavit, et de Romanae regiae potestatis plenitudine decrevit firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

XVI. Inhibuit etiam firmiter et districte, ne alicui hominum liceret suaे donationis, collationis, auctorizationis, pronuntiationis, diffinitionis, declarationis, defectum suppletionis, revocationis, cassationis, irritationis et annulationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; contrarium vero facientes, si qui fuerint (quod absit), ultra indignationem suaē celsitudinis Romanae, quam ipsos ob hoc ipso facto graviter incurrisse decrevit, mille marcas auri puri suo et Romani regni fisco mandavit componere, medietate ipsarum suaē et successorum suorum, Rom. regum et Imperatorum, curiae seu camerae, et parte residua injuriam passorum usibus irremissibiliter applicandis.

Reverendis in Christo patribus dominis Arnesto, sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopo, Johanne Olomucensis et

Nicolao Neumburgensis ecclesiarum episcopis, necnon illustribus et magnificis principibus et dominis, dominis Rudolpho duce Saxoniae, Ruperto comite palatino Reni et duce Bawariae, et nobilibus viris Wilhelmo de Lantstayn, Johanne de Michelsperch, Henrico de Luchemburch, Andree de Duba, Jodoco de Rozemberch, Tassone de Scuhrow, Sbinkone de Hazmburch, Johanne de Stermberch, Buscone de Willarticz, Hascone de Zwierzeticz, regni Boemiae baronibus, dicti domini et fratris nostri fidelibus, et demum nobilibus Stephano et Jaroslao de Stermberch, Bernhardo de Czimburch, Johanne de Bozcowicz, Henrico de Luchtenburch dicto de Wetowia, Jenczone et Proczkone dictis de Lomnicz, baronibus et fidelibus nostris dilectis, testibus ad praemissa.

Praesentium sub nostro sigillo testimonio litterarum datarum Pragae a. D. 1350 jubileo, in die beati Stephani Protomartyris.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Chytil VII. 984.*)

### 298. Castri Hertenberg infundatio.

1350, 2. Januarii. (Pragae.)

List, kdež Taut z Šemprun a Albrecht z Hertmberku vyznávají, že hrad Hertmberk jest v Čechách a sluší k lénu králi českému a že jest jim (ciesař) Karel znova léna podal l. 1350 (v Loketském kraji).

(A. K. — *Arch. S. Wenc.*)

### 299. Joannis marchionis Mor. litterae, quibus promittit, quod regi B. ad recuperanda ejusdem regni jura contra quenlibet auxilio sit futurus et de subditis regum nullo modo se intromittet aut eos defendet.

1350, 4. Januarii.

Nos Johannes, D. gr. marchio Moraviae, notum facimus universis, quod nos attendentes et in animo revolventes serenissimi ac invictissimi principis et domini ac fratris nostri gratiosi, d. Karoli R. s. a. et B. regis, sinceritatis affectum et piam gratiam, quibus ad meliorationem nostraे conditionis, sicut in operationis effectu patenter apparuit, studuit intendere

gratioso, promittimus bona nostra fide, sine dolo, dicto domino nostro adversus omnes principes, nobiles, barones, vasallos et alios quoscunque homines, cujuscumque praeeminetiae, gradus sive dignitatis existant, nullo penitus excepto, in omni eventu sive casu, quotiens necessitas incubuerit, et nominatim ac expresse ad recuperationem jurium, utilitatum et pertinenciarum, quae de corpore regni et coronae Boemiae quavis occasione seu causa alienata sive distracta noscuntur, adversus principes, barones, vasallos ac ceteros homines dicti regni et coronae, fideles ipsius et subditos, qui occasione praefata non contenti fortassis, quod hujusmodi utilitates, jura et proventus regni et coronae Boemiae repetantur ab eis aut alia intentione quacumque, contra praedictum dominum et fratrem nostrum calcaneum rebellionis erexerint, quotiens et quando per ipsum aut suo nomine requisiti fuerimus, auxiliari, cooperari et assistere fideliter, sicut decet, auxiliis, remediis et consiliis opportunis. Promittimus etiam et sincere spondemus, nos de principibus, baronibus, vasallis et subditis domini et fratris nostri verbo, facto, persuasione aut consilio non intromittere, immo quotiens aliquis ex eisdem quacumque temeritate contra praefatum dominum nostrum insurrexerit, nos insurgentis seu rebellantis ipsius contumaciam, una cum praefato domino nostro, compescere et refrenare tenebimus et debemus.

Praesentium

Datum Pragae a. D. 1350, indictione tertia, II. Nonas Januarii

(A. K. — *Brandl VIII. 2.*)

**300. Fridrichs, Baltazars, Ludewigs und Wilhelms, lantgrafen zu Duringen und markgrafen zu Meissen, mit Karln dem Römischen Kunig als Kunig zu Behem, Johannsen markgrafen zu Merhern und Wentzlawen, seinen brudern, einung und verbündnus.**

**1350, 6. Februarii. (Budissin.)**

List Fridricha markrabi míšenského, lantkrabi durinského, kdež se zavazuje, dědice i budúcí své, Karlovi českému králi, dědicom i budúcím.

List lantgrabuov durínských, kdež zavazují se, dědice i budúcí, Karlovi králi českému, dědicómu i budúcím, všecky závazky od jich otce Fridricha markrabi míšenského učiněné držeti a zachovati.

(A. K. — *Brandl VIII. 10.*)

**301. Ludwig markgraf zu Brandenburg verspricht Carln IV. einen vollkommenen Vollmachtsbrief, damit er ihn, seine Brüder und Lande von dem über sie verhaengten Kirchenbann befreien helfe.**

**1350, 16. Februarii. (Budissin.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**302. Marggravii Brandenburgenses renuntiant omni juri suo super terris Budissinensi et Gorlicensi.**

**1350, 16. Februarii.**

List Ludvíka a Ludvíka (Římanína) markrabí bramburského, jímž vyznávají s jinými bratřími svými, že se odříkají všeho práva, kteréž sú měli na zemi Budínskú a Gorlice.

List Ludvika a Ludvika markrabi Bramburského, jímž vyznávají s jinými bratřími svými, že se odříkají všeho práva, kteréž sú měli na zemi Budínské a Gorlice. 1350. (O též listy IV.)

Wir Ludwig vnnd Ludwig genant der Römer, von Gots genaden marggrauen zu Branndenburg und zu Lusitz, des heiligen Romischen Reichs oberste kamerer, pfatzgrauen bei Rein vnnd hertzogen in Beyern. Veriehen vnnd thun kunt offenlich mit die em brief allen den, die in sehen, horen oder lesenn, das wir mit wolbedachtem mute vnnd mit rat vnnser getrewen vnnd auch mit rechter wissen, für unns, all vnnser brueder, vnnser vnnd ir erben vnnd nachkommen, marggrauen zu Branndenburg ewiglichen, vnnser vertziegen haben vnnd vertzeihen aller der rechten, anredung vnd ansprache, ob wir eine als marggrauen zu Brandenburg vnnd zu Lusitz gehabt haben vnnd habenn oder gehaben mochten zu dem lannde zu Budissin vnnd zu Görlitz vnd zu den steten, lehen, mannen, manschafften, weychbilden vnnd kreissen, die darzu gehorent, geistlichen vnnd werntlichen, vnd beinamen zu den edeln

herrn, herrn Vlrichen von Pack von Saraw vnd zu dem lannde zu Sarau vnd herrn Albrechten von Hakemborn vnnd seiner herrschaffte vnnd ir beider erben vnnd nachkommen ewiglichen, vnnd was doselbst der allerdurchleuchtigiste furste vnnd vnnser gnediger herre, here Karl, Romischer Kunig, zu allen zeiten merer des Reichs vnnd kunig zu Behem, innehabt vnnd die hochgeborenen fursten vnd herren, herr Johannis etwan kunig zu Behem, sein Vater seliger, vnnd herr Heinrich weilend hertzog zu dem Jawer, vnnser oheim seliger, innegehabt vnd besessen habent.

Vnd geloben mit gueten trewen, on geuerde, für vns, vnnser brueder, vnnser vnd ir erben vnd nachkommen, marggrauen zu Brandenburg, mit geswornem eide, den wir daruber zu den heiligen gethan haben, das wir den vorgenanten vnnsern lieben gnedigen herren, sein erben vnnd nachkommen, kunig zu Behem, an dem vorgenantem lannde Budissin, Gorlitz vnd den steten Lubau, Lubaw, Camentz vnnd anderen steten, lehen, mannen, manschafften, weychbilden vnnd kreissen vnd allen zugehorungen, geistlichen vnnd werntlichen, vnnd beinamen an dem vorgenanten herren Vlrichen von Pak von Saraw, herren Albrechten von Hakemborn, iren erben vnnd nachkommen vnnd aller zugehorung, nicht hindern, beschedigen, ansprechen noch betruben wollen.

Vnnd geloben mit guten trewen, on geuerd, vnd mit den vorgenanten geswornen eide, das wir nach den vorgenanten lannden, herren, steten, mannen, manschafften, vnnd allen zugehorungen, als vor geschrieben steet, nimmer gesten wollen noch sollen mit ansprache, anredunge, nach mit keinen sachenn, geistlichen oder werntlichen, wie man die genennen mag.

Es sollen auch alle brief vnnd hanntfesten, die wir von vnserm vater seligen, oder von iemand anders daruber haben, vnkrefftig, vntüglich vnnd aller sachen ab sein vnd dem vorgenantem vnnserm gnedigen herren, seinen erben vnnd nachkommen, kunigen zu Behem, keinen schaden brengen, wann wir vnns mit wolbedachtem muete vnd mit gutem rat verzügen haben vnnd vertzeihen genutzlichen für vnns, vnnser brueder, vnser vnnd derselben vnnser brueder erben vnnd

nachkommen, marggrauen zu Brandenburg ewiglichen, aller derselben hanntfesten vnnd brieue, ob dhaine zu liecht quemen oder furbracht wurden.

Mit vrkunt ditz brifs versigelt mit vnnsern innsigeln, der geben ist zu Budissin nach Christs geburt dreytzenhundert jar vnnd darnach inn dem fünftzigsten jare, am dinstag nach dem suntag, als man singet das ampt Inuocavit.

(A. K.)

**303. Declaratio Caroli ad ordinationem Joannis de successione pertinens.**

**1350.**

*(Litterae congruae civitatum regiarum: Lunae et Časlaviae  
25. Febr., Novae Plznae atque Lutomericiae 31. Julii, Gurimae  
9. Aug., Kadanae 23. Sept., Glatoviae 27. Novembris, Budivoys  
4. Decembris, Altae Mutae 15. Decembris etc.)*

Nos judex, jurati et universitas ciuium civitatis Coloniae, Jaromir, Usk s. A. notum facimus universis:

Quod pridem ad mandatum serenissimi ac invictissimi principis et domini nostri gratiosi, domini Caroli Romanorum semper augusti et Boemiae regis, nobis communiter per virum nobilem, dominum Russonem de Luticz regni Boemiae subcamerarium, in consilium convocatis, praefatus dominus Russo vice et nomine praedicti domini nostri gratiosi, nos cum instantia requisit, ut considerata antiqua regni Boemiae consuetudine dudum laudabiliter observata nec non ordinatione provida, quam clarae memoriae illustris princeps ac magnificus dominus, dominus Joannes quondam Boemiae rex, genitor eiusdem domini nostri, matura deliberatione instituisse dignoscitur, qua ipse praefatum dominum nostrum, Rom. et Boemiae regem, primogenitum suum, eiusque heredes et successores, per masculinam lineam descendentes ab ipso, in praefato regno suo Boemiae suos heredes et successores esse constituit, voluit et decrevit, nos etiam illustri principi et domino nostro, domino Wenceslao, praefati domini nostri Rom. et Boemiae regis primogenito, corporalia juramenta homagii, obedientiae atque fidelitatis debite praestaremus.

Nos igitur praefati regni Boemiae approbatae et laudabiliter observatae consuetudini nec non ordinationi praedictae, quam praefatus dominus noster, dominus Joannes olim Boemiae rex memoriae recolendae, provida deliberatione pridem instituit, assensum praebere volentes et debitae fidelitatis obsequiis ac obedientia solita eo ferventium inhaerere, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed omnibus votis communiter accendentibus:

I. Eidem domino nostro Wenceslao hujusmodi juramenta corporaliter praestimus et praestamus, nec non promisimus et promittimus bona nostra fide et sine omni dolo, pro nobis, heredibus et successoribus nostris in perpetuum, ad praefatum dominum nostrum Wenceslaum, in casu ubi fortasse serenissimum dominum nostrum, genitorem ipsius (quem Deus omnipotens custodire dignet), ab hac luce migrare contingeret, immediate habere respectum, sibique tamquam regi Boemiae nec non vero legitimo et naturali domino nostro in omnibus et singulis parere ac intendere et absque omnis contradictionis, impedimenti seu difficultatis obstaculo fideliter obedire.

II. Promittentes nihilominus bona nostra fide, sine dolo, pro nobis, heredibus et successoribus nostris, ut praemittitur, eadem juramenta corporalia de fide, legalitate et obedientia servandis, non extante praefato domino nostro Wenceslao suo primogenito, vel illo non existente seniori suorum heredum,

III. vel ipso absque heredibus decedente, fratri suo seniori, si quem habuerit,

IV. aut illo decedente, seniori eiusdem fratris heredi, et sic demum inantea senioribus fratribus ac seniorum fratum senioribus heredibus in linea sexus masculini procedendo continue,

praestare et corporaliter facere perpetuis temporibus affuturis.

Praesentium sub nostra civitatis sigillo testimonio litterarum.

Datum a. D. 1350 jubileo etc.

(*E copiario privil. regni Boemiae Pelzel, Karl IV., Urk. LXIV. — Ineunte anno 1350, 17. Januarii, natus est Carolo IV.*

*ex nova uxore Anna, filia Rudolfi Bavariae ducis comitisque palatini, filius, cui inditum est nomen patroni Boemiae Wenceslai.)*

### 304. Civitatis Egrae de impignoratione terrae Egreensis enuntiatio.

1350, 13. Maii.

Purkmistra a rady města Chba list, že sú prijali za dědičné pány a slib učinili Ottagarovi, Václavovi a Janovi a budúcim kraluom českým a koruně české, dokadž by vyplaceni nebyli. Datum toho listu l. 1350, a jsú dva listy jednoho leta.

Wir burgermeister, der rat, die schepphen, di hantwerkmeister vnd burger gemeinlich der stat zu Eger veriehen vnd tun kunt offenlich mit disem briue allen den, die in sehen oder horen lesen:

Und wollen u. sullen auch in derselben hilfe bereit sein nach der zeit und wir od. unser amptleute des ermant werden innwendig vier gantzen wochen, an geuerde u. unverzogenlichen; sei aber, daz der hilfe ee not wirdit, so sullen wir auch dazu ee u. dester schirer bereit sein mit unser macht, an geuerde.

Mit urkunt ditz briues versigelt mit unserm küniglichen insigel, der geben ist zu Passow nach Cr. geburte 1300 jar u. in dem 53stem jare, an dem tag der schiedung der heiligen zwelf boten, unserer reiche in dem 8. u. des romischen in dem 7. jare.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Pelzel K. Karl IV. n. CXXXIV.*)

### 340. Castri Hohenstein infeudatio.

1353, 16. Augusti.

Hohenštejn zámek. List Hynka z Dubé, že zámek Hohenštejn pod léno přijal od (císaře) Karla jakožto od krále českého a zavazuje se buďcím kralom českým i koruně české.

(A. K. — *Brandl VIII., 220. — Cod. j. b. II. 3 p. 40.*)

**341. Foedus Ludovici regis Hungariae cum regibus Boemiae.**

**1353, 15. Septembris.**

List Ludvíka krále uherského, kterýž se zavazuje a budúci krále uherské i korunu uherskú na věčnost kralóm českým, že má pomáhati králi českému na každého člověka.

Ludovicus D. gr. rex Hungariae, notum facimus universis, quod attendentes intimi amoris flagrantiam et purae dilectionis affectum, quibus serenissimum principem, d. Carolum regem Romanorum et Boemorum, illustrem fratrem nostrum praecarissimum, pia frequenter caritate complectimur, non immerito singulari quodam ardore ad hoc innitimus, ut inter eum et nos firmare possimus indissolubilis vinculi unionem; eapropter animo deliberato et sano praecedente consilio promittimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Hungariae et ejusdem regni nostri corona, bona nostra fide, sine omni dolo et sub juramento corporali, quod desuper praestitimus tactis evangelii sacrosanctis, supradicto regi Carolo, heredibus et successoribus suis, regibus B. et ejusdem regni coronae imperpetuum, cum ipso in perpetua liga et indissolubili unione manere, ipsique adversus unumquemque hominem, regem, principem et cuiuscumque dignitatis, gradus seu conditionis existat, omni qua valemus potentia frequenter assistere et fideliter subvenire auxiliis et consiliis opportunis, illustribus Cazimiro Polonorum rege et Alberto duce Austriae amborumque heredibus dumtaxat exceptis.

Promittimus fide qua supra, quod si aliquando filios sive filias obtinuerimus in futurum, quod illos vel illas maritagio seu nuptui copulare nolumus nec debemus quibuscumque personis absque praedictorum regum B. consilio, favore et licentia speciali.

**Praesentium**

Datum Budae a. D. 1353, Indictione sexta, mensis Septembris die decima quinta.

(A. K. — *Brandl VIII. 222.*)

**342. Exsolutio munitionum in comitatu Luxemburgensi.**

**1353, 29. Octobris. (Hagenau.)**

Ruprecht der ältere, pfalzgraf und herzog in Baiern, gönnt dem könige Karl IV und seinen erben, dass sie alle von ihm in der grafschaft Luxenburg zu pfand besessenen vesten binnen zwei jahren auslösen können.

(*Arch. S. Wenc.*)

**343. Enuntiatio Ruperti, comitis palatini, super venditione castrorum et oppidorum a comite palatino Rudolfo Carolo IV. facta.**

**1353, 29. Octobris. (Hagenau.)**

List Ruprechta falckrabi, kdež se odříká vším obyčejom, že nechce proti tomu učiniti, ale všecko to zachovávati, co jest Rudolf falkrabie Karlovi římskému českému králi dal, ale tak jakž dáno jest, zachovati má.

(*A. K. — Lunig I. n. CXXXII.*)

**344. Venditio castrorum et civitatum a Ruperto, comite palatino Rheni, regno Boemiae facta.**

**1353, 29. Octobris.**

List Ruprechta staršieho, falkrabi, že za XII tisíc hřiven stříbra litého prodány jsú tyto zámky: Neunstadt, Storenstein, Hyršov a Liechtenstein, potom za XX tisíc tyto města a městečka: Sulzbach, Rosenberg, Hortenstein, Neidstein, Turendorf etc. (ciesaři) Karlovi jakožto králi českému, dědicům i budúcim, a těch všech zamků postupuje se vším právem.

List Ruprechta falckrabi, kdež se zavírá prodaj těchto měst a zámků: Nuenstatu, Storensteinu, Hirschova, Lichtensteina za XII set hř. stř., potom prodaj Sulzbachu, Rozmberka, Hertensteinu, Neidsteinu, Tyrrendorfu, Hypoldsteinu, Lichteneku, Frankenberga, Eschenbachu, Hersbrucku, Auerbachu, Velden, Pegnicz, Plech a Hohensteinu se vším příslušenstvím, duchovním i světským, též za XX. set hř stř. Tu také zavírá, že z Herspruku, z Auerbachu, z Hohensteinu léno přijímati mají od říše. 1353.

Nos Rupertus senior, Dei gratia comes palatinus Rheni etc.

Notum facimus tenore praesentium universis, quod nos animo deliberato, amicorum nostrorum accedente consilio et de certa nostra scientia, serenissimo principi et domino, d. Carolo, Romanorum s. a. et Boemiae regi, domino nostro gratioso, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae et

eiudem regni coronae, hereditarie et perpetuo pro 12.000 marcarum puri argenti, quibus ipse illustrem principem, d. Rupertum jun., filium nostri fratris, a captivitate sua de partibus Saxonie liberavit, infrascriptas munitiones: Neunstat, Stornstein, Hirschaw et Lichtenstein, et demum pro XX milibus marcarum puri argenti, quas in usus congruos fel. mem. illustris principis, d. Rudolphi, olim comitis palatini Rheni et ducis Bavariae, patris nostri dilecti, de certa nostra scientia impendisse et mutuasse dignoscitur, infrascriptas munitiones, civitates et oppida: Sulzbach, Rosenberg, Hertenstein, Neidstein, Turrendorff, Hilpoldstein, Hohenstein, Lichtenekk, Frankenbergs, Lauffen, Eschenbach, Hersbruck, Averbach, Velden, Begnitz et Blech et quidquid praedictus frater noster in Bavaria tenuit et possedit, cum omnibus villis, hominibus, dominio, bonis, judiciis, bannis, teloniis, conductibus, forestariis inhibitionibus, ferina, redditibus, censibus, utilitatibus, poenis, silvis, rubetis, venationibus, aucupationibus, pratis, paucuis, aquis, molendinis, aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, montibus, vallibus, planis, metis, circumferentiis, districtibus, et omnibus utilitatibus super et sub terra, quibus etiam non minibus exprimantur, militibus, clientibus, vasallis, vasallagiis, feudis, feudatariis, bonis feudalibus, juribus patronatus ecclesiarum, collationibus beneficiorum, servitoribus proprietariis, pignoribus ab Imperio seu quocunque alio modo, nec non omnibus pertinentiis, hereditates et proprietates suo jure, pignora et obligationes etiam suo modo rite et rationabiliter vendidimus, sub omnibus conditionibus et modis, sicut eadem praedictus frater noster possedit et tenuit et sicut ad nos per mortem ipsius fuerunt hereditarie devoluta.

Renuntiantes expresse pro nobis, heredibus ac successoribus nostris in perpetuum omni juri, impeditio, arrestationi, si quae nobis ad praedictas munitiones, civitates, oppida et pertinentias, sicut exprimuntur superius, competierunt, hactenus competitur seu possent competere quomodolibet in futurum; renuntiantes omni canonum et legum auxilio, legibus, constitutionibus, sanctionibus, decretis et decretalibus imperatorum vel apostolicorum, consuetudinibus, ritibus et observantiis

quarumlibet provinciarum sive terrarum, quibus praesenti contractui in toto vel im aliqua sui parte potest aliquo modo derogari. Quibus etiam omnibus nunquam aliquo tempore uti proponimus seu debemus, jure vel facto, verbis, operibus seu modis aliis quibuscunque.

Promittimus etiam bona fide, sine dolo, pro nobis, heredibus et successoribus nostris, praefato domino nostro, regi B., heredibus et successoribus suis, B. regibus, quod ipsis et corona regni praefati omnes predictas munitiones, civitates, oppida et pertinentias, sicut exprimuntur superius, auctoritate guarentire et tueri volumus et tenemur, nominatim et expresse ab impetione patruorum nostrorum filiorum, d. m. imperatoris Ludovici, ducis Ruperti junioris, filii nostri fratris, ab omni attestacione universitatis et personarum quarumlibet, quibus etiam appellantur nominibus, sicut in terris sive provinciis juris est et consuetudinis generalis.

Et ad amplioris cautelae praesidium etc.

Et nos Gerlacus D. gr. archiepiscopus Moguntinus etc. expresse recognoscimus, quod ad illustris principis domini Ludovici senioris, comitis palatini Rheni et ducis Bavariae, sacri Romani Imperii archidapiferi etc. predicti specialis petitionem (ac) instantiam, sigilla nostra praesentibus de certa scientia appendenda duximus, ad perpetuam rei memoriam et in evidens testimonium praemissorum, praesentium sub nostris sigillis testimonio literarum.

Datum Hagenoviae a. D. 1353, feria III. proxima ante festum Omnium Sanctorum etc.

(**A. K.** — *Arch. S. Wenc.* — *Goldast App. XLII.* — *Brandl VIII 231.*)

### 345. Venditio silvae Veldnerforst.

1353, 1. Novembris. (Hagenoviae.)

List Ruprechta falkrabi z Reynu biskupovi Bamberskému, že jest prodal (ciesaři) Karlovi i budúcim kralóm českým les, jenž slove Veldnerforst, pod manstvie.

(**A. K.** — *Goldast Beyl. XXXIII.*)

**346. Enuntiatio Ruperti junioris, comitis palatini,  
in causa venditionis castrorum et civitatum a Ruperto  
seniore factae.**

**1353, 5. Novembris. (Hagenoviae.)**

List Ruprechta mladšíeho falkrabi, že jest prodal a postúpil těch zámkov, měst a městeček nahoře dotčených (ciesaři) Karlovi, dědicom i budúcim českým kralom, a všem obyvatelom těch zamkuov měst a městeček ukazuje na ciesaře Karla a jeho dědice i budúci jakožto na dědičné jich pány.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Brandl VIII. 232.* — *Pelzel Karl IV. n. CLXXXIV.*)

*Sequantur aliae litterae de eodem:*

List Ruprechta staršího, falckrabi, že svrchu jmenované zámky, města a městečka s příslušenstvím prodány jsú (ciesaři) Karlovi a tu se odříká všeho práva a nápadu, což by měl nebo míti mohl k těm zámkům, za se i za dědice své.

List Ruprechta staršího, kdež se oznamuje prodaj těch zámkov, měst a městeček všem obyvatelom, duchovním i světským, a ukazuje jím na (ciesaře) Karla a na budúci české krále jakožto na dědičné pány a že všecky propauští ze všeho slibu a přísah sobě učiněných.

List druhý téhož Ruprechta staršího zavírající v sobě to což první, v němž se přikazuje všem obyvatelom těch zamkuov, aby člověčenstvie (ciesaři) Karlovi a budúcim králom českým slibovali.

List Ruprechta mladšího, kdež též vyznává, jako nahoře dotčeno jest, a odříká se všeho práva duchovního i světského za sebe i za dědice své i budúci.

List Ruprechta mladšího latinský, kdež se přiznává ke dluhu nejprv 12.000, potom 20.000 hř. stř. a že za to prodal svrchu jmenované zboží 1353. (Při tom listu též jsú pečeti kniežat duchovních i světských.

List mladšího Ruprechta k obyvatelom též jako svrchu jmenovaná vyznávající.

List Ruprechta mladšího přivolující k tomu ke všemu, což jest Rudolf falckrabě bavorské země vzdal a postoupil ciesaři Karlovi a ciesařovně a všem dědicom jejich.

List Gerlaka arcibiskupa Mohutského, kdež přivoluje ke spojení Sulcbachu a jiných zámkuov a měst ciesaři Karlovi a koruně české učiněné od Ruprechta staršieho i mladšieho.

**347. Acquisitio castri Hohenstein cum Hersbruk et Auerbach.**

**1353, 5. Novembris.**

List Ruprechta mladšieho na prodaj Hohensteinu, Hersbruku a Auerbachu (ciesaři) Karlovi jakožto králi českému dědičně a k koruně české.

List latinský Ruprechta staršieho v táz slova.

(A. K. — *Lunig I. n. CXXXV.*)

**348. Homagium civitatis Sulzbachensis.**

**1353, 18. Novembris.**

List města Sulzbachu, že jsú povinnost a přísahu učinili ciesaři Karlovi jakožto králi českému a dědicům i budúcím českým králom, jakožto dědičným svým pánoním.

(A. K. — *Lunig I.*)

**349. Acquisito castrorum Hertenstein et Neidstein.**

**1353, 18. Novembris. (Spirae.)**

List Ruprechta st. falckrabi, že ač různice byla mezi Ruprechtem ml. a Lipoltem biskupem Bamberským o zámky Hertenstein, Neidstein a jich příslušenství, však s obou stranu svolili se a podali na Gerlacha Mohutského a Viléma Kolínského arbibiskupy, což by oni vyřkli, aby to přijali.

(A. K. — *Goldast App. XXXVII. — Brandl VIII. 233.*)

**350. Arbitrium in causa castrorum Hertenstein in Neidstein.**

**1353, 19. Novembris.**

List Viléma Kolínského a Gerlacha Mohutského arcibiskupa, že na těch hradích Hortenstein a Neidstein, kteréž jsú (ciesaři) Karlovi a králi českému a koruně české prodány, biskup Lupolt Bamberský žádného práva nemá; na městečko Velden, třetie stranu lesu Veldnerforst toliko má léno; přitom zavazují toho biskupa, že se má odříci těch zámkuov.

(A. K. — *Goldast App. XXXVIII.*)

**351. Enuntiatio episcopi Babenbergensis in causa  
castrorum Hertenstein et Neidstein.**

**1353, 22. Novembris,**

List Lupolta biskupa Bamberského, kdež podle vyřknutí arcibiskupův Kolínského a Mohutského vyznává, že na těch zámcích Hortenstein a Neydstein žádného práva nemá sobě příslušejícího, ale že všecko právo přileží (ciesaři) Karlovi, králi českému, dědicům i budúcím králům českým.

(A. K. — *Goldast App. XXXIX.* — *Brandl VIII.* 234.)

**352. Quittantia Joannis purgravii Normbergensis  
pro castris Floss et Parkstein.**

**1353, 24. Novembris. (Spirae.)**

Johann burggraf zu Nürnberg quittirt den König Karl IV über 7000 mark silber, womit er die vesten Floss und Parkstein samt zugehör von ihm für die krone Böhmen eingelöst hat.

(*Arch. S. Wenc.*)

**353. Principes electores testantur, civitatem Egram  
et castra Flozz et Parkstein regno Boemiae esse im-  
pignorata.**

**1353, 4. Decembris.**

List Gerlacha arcibiskupa Mohutského, jenž přiznává, že zámek a město Cheb k koruně české zastaven od Říše ve XL tisících hřivnách stříbra litého, a zámek při tom Flos a Parkstein se všemi příslušenstvími, a že též panstvie králům českým a koruně české vždycky zůstati má, dokadž by nahoře psaná suma dána nebyla.

List Viléma arcibiskupa Kolinského ddo. Spirae v táž slova a téhož datum.

List Balduina arcibiskupa Trieského v táž slova ddo. Moguntiae 22. Decembris.

List Ruprechta staršího falkrabi ddo Spirae ddo. 4. Decembris.

List Rudolfa kniežete saského v táž slova jako falckrabuov a léta téhož. 1354.

List Ludvíka markrabi bramburského; též svědčí jako jiných korferstuov. 1355.

A těch všech korferstuov každého dva listy jsú: jeden latinský a druhý německý.

Nos Gerlacus, D. gr. sanctae Moguntinensis ecclesiae archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius. Notum facimus praesentium inspectoribus et auditoribus universis. Quamvis litterae serenissimi ac invictissimi principis et domini, d. Karoli, Romanorum semper augusti et Boemiae regis, domini nostri gratiosi, quas super obligatione et infra- scriptis suis pignoribus, vid. civitate Egreensi et eius territorio, necnon castris et munitionibns Flozz et Parksteyn et eorum pertinentiis pridem obtinuit, quasque clarae memoriae illustres principes, quondam reges B., progenitores sui, ex notabilibus causis a sacro Romano Imperio obtinuisse noscuntur, sinistri casus odiosis eventibus crematae et perdite fuerint et sint, quod eorum praesidio uti non potest ad ostensionem sui iuris, sicut eisdem merito uteretur: tamen cum eadem obligatio seu pignoratio nota sit publice et nos de conditione obligationis huiusmodi simus plene et sufficienter instructi, vid. quod praefata Egreensis civitas cum suo territorio, necnon castra seu munitiones Flozz et Parkstein cum omnibus suis pertinentiis regno et corona B. pro quadraginta millibus marcarum puri argenti, quinque florenis cum dimidio florentini ponderis pro marca qualibet computandis, a sacro Romano Imperio rite fuerint obligata et progenitores ac praedecessores sui, reges Boemiae illustres, in possessione praefatorum pignorum fuerint et ipse dominus noster praedictus eadem pignora rite possideat in praesenti :

Consideratis igitur multiplicibus favoribus et gratiis et fructuosa diligentia, necnon laboribus indefessis, quibus praefatus dominus noster ad honorem et utilitatem sacri Imperii fideliter et frequenter intendit, inspectis etiam notabilibus et studiosis obsequiis, quae progenitores sui, quondam reges Boemiae, ipsi sacro Imperio reverenter et utiliter saepius ostendisse noscuntur, cum praefatum regnum Boemiae imperialis coronae dignum quidem et nobile membrum existat, dampnis huiusmodi, quibus praefatum regnum Boemiae ex praemissis eventibus gravari valeret, desideramus occurrere sapienter, nominatim ob illam fidem, qua velut princeps elector sacro tenemur Imperio, ne praefatus dominus noster et regnum

suum Boemiae occasione dubitationum talium dampna quaevis, impedimenta seu dispendia patiatur, animo deliberato ac de certa nostra scientia notum facimus et fatemur:

quod praefata Egreensis civitas cum suo territorio et castra sive munitiones Flozz et Parkstein cum oppidis, villis, nobilibus, plebejis, pauperibus et divitibus, circumferentiis et omnibus pertinentiis suis, quae infra metas sive limites terrarum, castrorum seu munitionum huiusmodi situantur, praefati domini nostri regis tamquam regis B., heredum et successorum suorum, regum B. et eiusdem regni coronae, pignus et obligatio dudum fuerunt et sunt pro quadraginta millibus marcarum puri argenti ponderis antedicti.

Et eandem obligationem sive pignorationem confirmamus de certa scientia sub omnibus modis et conditionibus, ut prae fertur, ipsisque obligationi et pignorationi favorem, voluntatem, verum et plenum consensum apponimus velut archiepiscopus Maguntinensis et per Germaniam archicancelarius et princeps elector sacri Imperii supradicti, praesentium sub nostro sigillo testimonio litterarum.

Datum Spirae a. D. 1353, feria quarta proxima ante diem S. Nicolai ep.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Balbin VIII.* 218—230. — *Lunig I. n. CXXXVII.* — *Brandl VIII.* 237.)

**354. Ludovicus de Hohenloh transfert feoda ad castrum Reichenek spectantia in reges Boemiae.**

**1353, 12. Decembris. (Mencze.)**

(*E cod. Nostitz.* — *Pelzel, Karl IV. n. CLXXIX.*)

**355. Episcopi Babenberensis enuntiatio de infeudatione castri Reichenek.**

**1353.**

List Lupolta biskupa Bamberského, že (ciesaři) Karlovi a budúcim kralom českým a koruně české postupuje zámku Reicheneku, a to pod manstvie dává koruně české. (A. K.)

**356. Rupertus jun. comes palatinus consentit venditioni castri Stornstein et oppidi Neuenstadt.**

**1353, 30. Decembris. (Moguntiae.)**

List Ruprechta mladšieho falckrabi, že zámek Stornstein a město Neuenstadt dědičně a věčně přísluší (ciesaři) Karlovi jakožto králi českému a koruně české i odřieká se všeho práva svého.

(A. K. — *Lunig I. n. CXLI.*)

**357. Debitum episcopi Ratisbonensis super castro Stauff et Werde fundatum.**

**1353, 1. Septembris (s. l.).**

List Fridricha biskupa Řezenského, že jest dlužen Rudigerovi C funtuov, a jestližeby mu jich nedal na sv. Jiří, tehdy aby tu summu měl na zámku Stauff. — List téhož biskupa, že Rudigerovi a manželce jeho C funtuov za M funtuov prodal; jestližeby mu v roce nedal, tehdy jemu on má postúpiti těch zámkuov Stauff a Werde.

Fridrich bischof zu Regensburg, schuldschein über 100 pfund Reg. pfen. für Rudiger den Reichen, grösstentheils für den bau der vesten Domstauf.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.*)

**358. Litterae Gerlaci, archiepiscopi Moguntinensis, electoris, venditioni castri Hohenstein et oppidorum Hersbruk et Auerbach assentientis.**

**1354, 7. Januarii.**

List Gerlacha, arcibiskupa Mohutského, kterýmž prodaje Hohensteinu, Herspruku a Auerbachu potvrzuje a k němu přivoluje.

Gerlacus D. gr. s. Moguntinensis sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius. Notum facimus universis, quia illustres principes et domini, Rupertus senior et Rupertus junior, comites palatini Rheni et duces Bavariae, consanguinei nostri, animo deliberato, amicorum suorum accedente consilio ac de certa scientia, serenissimo principi ac domino, d. Carolo R. s. a. et B. regi tanquam regi B., heredibus et successoribus suis, B. regibus, et eiusdem regni coronae, subscriptam munitionem Hohenstein et oppida Hers-

brucke et Auerbach, quae a sacro Imperio in feudum dependent, cum omnibus juribus, dominiis, utilitatibus et pertinentiis suis, quibuscumque appellantur nominibus, in verum feudum hereditarium rite et rationabiliter vendiderunt, sub omnibus conditionibus et modis, sicut eadem munitio, oppida et pertinentiae ex morte f. r. illustris principis, d. Rudolfi, quondam comitis palatini Rheni et ducis Bavariae, ad ipsos legitime pervenerunt, sicut in literis super eadem venditione factis et editis plenius est expressum: nos intuentes affectuosum desiderium comitum palatinorum et ducum Bavariae praedictorum, considerantes etiam immotae fidei et virtutis constantiam, qua illustres B. reges sacrum Imperium continuatis crebro studiis honorant, venditioni praefatae nostrum benevolum consensum adhibere decrevimus, ipsumque sub omnibus conditionibus et modis, sicut in literis desuper editis invenitur expressum, approbamus et confirmamus, animo deliberato et de certa nostra scientia, velut archiepiscopus Moguntinensis et princeps elector sacri Imperii supradictus.

In cuius rei

Datum Maguntiae a. D. 1354, feria proxima post Epiphaniam Domini.

(*Litterae ejusdem tenoris caeterorum electorum: Balduini archiepiscopi Trevirensis ddo. 8. Januarii 1354, Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis ddo. 8. Januarii 1354, Rudolfi comitis Saxoniae ddo. 29. Sept. 1354, Ludovici marchionis Brandenburgensis ddo. 5. Dec. 1355, Ruperti com. palatini sen. et jun. ddo. . 1353. — Lunig C. G. D. I. — Brandl VIII. 253.*)

**359. Carolus, R. et B. rex, comitatum Lucemburgensem in ducatum erigens fratrem suum Wenceslaum ducem ibidem instituit.**

**1354, 12. Februarii. (Metis.)**

(*Brandl VIII. 258.*)

**360. Attestum civitatis Egrae de impignoratione  
terrae Egrensis ac castrorum Floss et Parkstein.**

**1354, 20. Aprilis.**

List purkmistra a rady města Cheba, že sú dědičnú povinnost učinili (ciesaři) Karlovi jakožto králi českému a budúcim kralom českým, a že sú zastaveni s těmi zámky Floss a Parkstein v 40.000 hr. stř.

Wir der burgermeister, der rat vnd di burger gemeinlichen der stat Eger bechennen vnd tun kunt offenlichen mit disem briue allen den, di in sehen oder hoeren lesen. Allein di briue des allerdurchleuchtigsten fürsten vnd herren Karls, Roemischs kunigs, zu allen zîten merer des reychs, vnd kunigs zu Behem, vnsers liben genedigen herren, di er vber sein pfantschepte der stat vnd des lands zu Eger vnd der vesten Flozz vnd Parckstein vnd waz dar zu gehoeret, gehabt hat, vnd di auch seliger gedehtnüss di hochgeboren fürsten, etwenn kunige zu Behem, sein eldern, durch merklich sachen willen von dem heyligen Reyche behalden vnd erworben haben, von widerzemer vngeschicht beide verbrennet vnd verlorn sint, daz er da mit sein reht niht beweisen mage als billich wer; doch sintdenmal daz diselb pfantschaft den kurfürsten des heyligen Reichs beide, geistlichen vnd werltlichen, wol kündig ist, und si ir briue gezeugnüss mit irn anhangenden insigeln dar vber geben haben, vnd wir auch sulcher gelegenheit wol vnd gentzlich vnderwiset sin, daz di obgenant stat zu Eger mit dem lande vnd di vesten Flozz vnd Parckstein mit allen zugehoerungen dem kunigreich vnd der cronen zu Beheim vmb virtzigtusent marck lotiges silbers, sebstthalben guldein floren gewiht für ie die marck ze reiten, zu rehtem pfande reht vnd redlich von wegen des heiligen Reychs versetzt sint, und sein eldern vnd vorvarn, künige zu Beheim, in gewere vnd rehter besitzunge der selben pfantschepte gewesen sint, vnd er noch ist auf disen hutigen tage:

Wanne auch di obgenanten kurfürsten, geistliche vnd werltliche, angesehen haben die besunder genade, den nutzen, fleizze vnd die steticleiche arbeyt, damit der obgenant vnser herre des heiligen Reichs nutz vnd ere getrewlich vnderstanden hat, vnd auch gebrueuet haben di merklichen getrewen

dienst, di sin eltern, etwenn hochgeboren künige zu Behem, dem obgenanten Reiche erlichen vnd nützlichen oft getan haben; wan ne auch daz künigriche zu Beheim ein edlez wurdigez gelied ist der Römischen cronen, so meynten vnd wolten si sulchen schaden des obgenanten künigrichs zu Beheim ver-nunfticlichen vntersten durch di besunder trewe, da mit si als kurfursten dem heyligen Reiche versunden sein, auf die rede, daz der obgenant vnser herre daz selbe sein künigriche vnd di crone zu Beheim durch sulchen zweyuel icht beschedigt oder gehindert werden, so haben si bekant mit wolbedachtem mute, mit rechter wizzen vnd mit iren offnen briuen, daz di obgenant stat zu Eger mit dem lande vnd di vesten Flozz vnd Parckstein mit merckten, dörffern, mit edlen vnd unedlen, armen vnd reichen, kreizzen vnd allen zugehoerungen, di in den gemercken der selben lande vnd vesten gelegen vnd gesetzzen sin, des obgenanten vnsers herren als eines kungs zu Beheim, seiner erben vnd nachkumen, kunge zu Behem vnde der cronen des selben künigrichs rehte pfantschafte lange gewesen sein vnd noch sein für virtzigtusent marck lotigs silbers sulches gewihtes, als do vor begriffen ist.

Vnd di selben pfantschaft haben di selben kurfursten bestetigt mit rechter wizzen in aller der mazze als do vor begriffen ist, und haben auch dar zu geben ire gunst, willen vnd wort, als si des macht haben als kurfursten des heiligen Roemischen Reichs.

Des haben wir angesehen di redliche gezeugnütze vnd kuntliche vnderweisunge, als douor geschriben stet vnd do von wir der obgenant burgermeister, der rat vnd di burger gemeinlich der stat zu Eger mit rate, gunst, wizzen, willen vnd worte vnser gemeinschafte, vnbetwungen, mit freyer wilkür vnd mit wolbedahtem mute, für vns, vnser erben vnd nachkumen, so haben wir gehuldet, gelobet vnd gesworen, hulden, geloben vnd sweren dem obgenanten vnserm herren, kunge Karle, als einem kunge zu Beheim, sinen erben vnd nachkumen, kungen zu Behem vnd der cronen des selben künigrichs, daz wir in zu den vesten Flozz vnd Parckstein semmentlichen zu einem rehtem pfande für die obgenanten

virtzigtusent marck silbers, als do vor begriffen ist, getrewe, holt, vndertenick vnd gehorsam sein wollen vnd sullen als vnsern rechten herren.

Mit vrkünde ditzs briues versigelt mit unser stat insigel, der geben ist zu Eger nach Crists geburte vber dreutzehenhundert iar vnd dar nach in dem virvndfünzigsten iar an dem nehsten svntage nach Ostern, als man singt „Quasi modo geniti“.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Kürschner V.*)

### 361. Munitio Helfenberg regi Boemiae aperta.

1354, 24. Junii. (s. l.)

Heinrich schenk von Friedburg und Ulrich schenk von Reichenek als vormünder der waisen zu Ehrenfels, verbünden sich für ihre mündel, dass die veste Helfenberg dem Könige Karl IV. für seine lebzeiten stets offen gehalten werden solle.

(*Arch. S. Wenc.*)

### 362. Ludovici marchionis Brandenburgensis enuntiationes obligatoriae.

1354, 1. Augusti. (Sulzbachii.)

List Ludvíka, markrabi bramburského, že k tomu ke všemu přivojuje, což jest knieže Rudolf vzdal (ciesaři) Karlovi a Anně (ciesařovně) a dědicům jich, nic sobě nevymieňuje, než což práva má k volení římského krále, a léna, kteráž z toho práva jakožto korfersta od staradávna má a užívá.

Ludvík, markrabi Bramburský, zavazuje se, dědice i budúcí své, ciesaři Karlovi jakožto králi českému, Janovi markrabi moravskému, dědicům i budúcím, že nemá nižádného hradu, tvrze, města, ani kterého člověka v jich zemi odcizovati, leč by dobrovolně bylo dopuštěno.

List Ludvíka, markrabi Bramburského, kdež se, dědice i budúcí své zavazuje, že zámkuov, měst, městeček ani kterého jiného zbožie příslušíjicího k království českému, markrabství moravskému nechce a nemá kupovati, leč by zvláště bylo jemu dopuštěno.

(A. K. — *Lunig I. n. CXLVIII.*)

**363. Castri Werdek infeudatio.**

**1354.**

List Oldřicha z Bruneku, že zámek Werdek od (ciesaře) Karla pod léno přijal a zavazuje se budúcim kralom českým a koruně české k věčnosti pod manstvie. (A. K.)

**364. Unio Stephani palatini comitis cum Carolo IV.**

**1355, 9. Martii. (Peyse.)**

Stephan, pfalzgraf und herzog in Baiern, schlieszt für sich und seinen bruder, markgrafen zu Brandenburg, und könig Karl IV und dessen bruder Johann, markgrafen zu Maehren, einen Vertrag über alle bisherigen irrungen und fehden, mit verzichtleistung auf alle, von seinen vettern an die krone Böhmen verkauften stadtē und besitzungen.

(*Arch. S. Wenc.*)

---

# Aetas Caroli IV Rom. Imperatoris

*Romae a. 1355, 5. Aprilis coronati.*

---

**365. Bulla aurea de incorporatione munitionum,  
castrorum, oppidorum et terrarum Sulzbach etc.**

**1355, 5. Aprilis.**

Bulle zlatá ciesaře Karla latinská, kteráž se vztahuje na zámky v Bavorích: Sulzbach a jiné zámky, a druhá bulle německá při těch zámcích.

List ciesaře Karla pod zlatú pečetí, kdež Sulzbach, Rosenberg, Neydstein, Hertenstein, Hohenstein, Hiltpoltstein, Lichtenek, Turrendorf, Frankenberg, Auerbach, Hersbruck, Lauff, Velden, Plech, Eschenbach, Pegnicz, Huseck a Werdenstein připojuje k zemi a k koruně české, a při tom města i městečka Hirschow, Neuenstadt, Stornstein, Lichtenstein a tvrze tyto: Pleystein, Reichenstein, Reichenecke, Huseke, Stralenfels, Spis, Ruprechtstein, které od krále českého a koruny české k lénu jsú.

List ciesaře Karla, kdež mocí ciesařský těch všech zámkův, měst, městeček etc. privilegií potvrzuje; přitom zvláště dává výsady, že k žádnému saudu, ani duchovnímu ani světskému, nemají poháněni býti, než tu, kdež jich spravedlnost ukazuje.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter Amen.

Carolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator s. a. et B. rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter alias sollicitudinum operosas vigilias, quibus pro subditorum grata quiete Imperialis benignitas hinc inde distrahitur, ad desideratam quietem et felix augmentum insignis regni nostri Boemiae oculos nostrae deliberationis convertimus et tanto solertius de ipsius meditamur augmento, quanto ex dilatione suorum propaginum velut membro nobili sacrum Romanum Imperium non ambigimus laudabilius honorari; nam

sicut ex divisione regnum calamitates horrendae consurgunt et odiosae seditionis scandalo fidelium regnicolarum quies desiderata confunditur, sic adunatis regni viribus in pacis pulchritudine, in fiduciae tabernaculis et opulenta requie fidelis populus conquiescit et gratis laetatur commodis sub grato regimine principis gratiosi.

Sane, desiderantes, ut regni nostri praedicti B. multipliciter dudum sperata felicitas ex ubertatibus et commodis augmento felici proficiat, quibus tam naturae proceritas singulari quadam influentia, quam clarae memoriae illustrium quondam regum B., parentum ac praedecessorum nostrorum, laudabilia quidem et veneranda studia providerunt eidem, consideramus et ad hoc praecipue aciem nostrae mentis convertimus, qualiter infrascriptae civitates, munitiones, castra, terrae, districtus et territoria, quorum et quarum nomina inferius exprimuntur, qui et quae cum praefato regno nostro B. immediate confiniant, pro regum illustrium B. et ejusdem regni coronae commodis et profectibus, ad honorem S. R. Imperii non solum expediant, imo necessaria videantur; tum quia regibus Boemiae ex terris hujusmodi ad electionem R. principis cum caeteris coelectoribus suo tempore faciendam praestatur accedendi securitas; tum quia adminiculo ipsarum reges B. curiam Imperiale de more in Nurnberg celebrari consuevit, pro tractandis Imperii sacri commodis, profectibus et necessitatibus opportunis, ampliori commodo et proniori voluntati non tam valebunt, quam etiam delectabunt accedere; tam quia terrarum hujusmodi spatia regni Boemiae velut insignis membra serenitatis cesareae insignis requirit nobilitas; tum quia civitates, castra, munitiones et loca, quorum inferius annotatio fiet specifica, post rapinas, spolia, strages et seditiones innumeratas et periculosa discrimina, quibus singulis viatoribus transitus vetabatur, nunc divinae propitiationis munere regis Boemiae regni et nobilium regnicolarum ibidem disponente potentia in tranquillitatem optatae pacis regimine grato conductae, amoena prosperitate gaudentes quibuslibet mercatoribus, peregrinis viatoribus et personis aliis tutum accessum, statum et transitum indubie pollicentur, ut ex hoc non solum

dicti regni nostri Boemiae, verum multorum regnorum et principatuum nec non reipublicae commoda continuatis prospe ritatibus augeantur.

Ideoque animo deliberato, prudenti nihilominus principum, comitum, baronum et procerum nostrorum ad hoc accedente consilio ac de certa nostra scientia, habito respectu ad causas evidentes expressatas superius et ad alia motiva similiter, quae Imperialem celsitudinem ad hoc prosequendum rationabiliter inducebant, munitiones easdem, castra, oppida, terras, utp. Sulzbach, Rosenberg, Neydstein, Hirtenstein, Hernstein, Hildpoldstein, Lichteneke, Turrendorf, Frankenberg, Aurbach, Hersbruk, Laufen, Velden, Plech, Eschenbach, Pegnicz, Husecke et Weidenstein, quae et qui fuerunt aliquando felicis memoriae illustris Rudolphi, olim comitis palatini Rheni et ducis Bavariae, socii nostri dilecti, quas et quae ab illustribus Ruperto seniore et Ruperto juniore, similiter pal. comitibus et ducibus Bavariae, sororiis nostris, velut res ad ipsos per mortem dicti socii nostri, ipsorum patrui et propinguioris consanguinei, ordinaria et naturali successione legitime devolutas pretio nostro comparasse dignoscimur. Ac demum munitiones et oppida, videlicet Hirsow, Neuenstadt, Stornstein et Lichtenstein, quae fuerunt dictorum Ruperti senioris et Ruperti junioris, palat. comitum, paternalis hereditas, quasque similiter nostro pretio emimus ab eisdem. Et insuper munitiones infrascriptas, videlicet Pleystein, Reichenstein, Reichenecke, Husecke, Stralenfels, Spis und Ruprechtstein, quae a regno et felici coronae Boemia in feudum rite dependunt, et oppidum Bernow, quod a monasterio Waldsassen etiam nostra pecunia dignoscimur comparasse; et alias terras, quas in Alemannia nostra sollicitudine regnum praedictum B. tenet et possidet, cum omnibus districtibus, territoriis, villis, oppidis, vasallis, vasellagiis, feudis, feudatariis, militibus, clientibus, civibus, judicibus, scultetis, rusticis, emphiteutis et ad glebam astrictis. agris cultis et incultis, montibus, vallibus, planis, viis et inviis, silvis, rubetis, virgultis, pascuis pratorum, venationibus ac aucupationibus, aquis aquarumque decursibus, stagnis, lacubus, paludibus, pascuis, piscaturis, molendinis, censibus, redditibus, proventibus, obven-

tionibus, utilitatibus, honorantiis, emolumentis, talliis, poenis, mulctis judiciorum et aliis undecunque provenientibus, monetis et auctoritate cudendi monetas auri, argenti Hallen. et alterius cunii cujuscunque; quam quidem auctoritatem per totam eamdem patriam et pertinentias ejus, per totum praedictum nostrum dominium extendi volumus, ubicunque deliberatione nostra seu regum B., heredum aut successorum nostrorum, eadem moneta decreta fuerit facienda, Judaeis et omnibus aliis pertinentiis, quae aut ad praedicta seu alterum ipsorum spectant seu spectare debent quovis titulo,

nec non metis, gadibus, graniciis, circumferentiis et limitibus suis, sicut ab aliis bonis circum adjacentibus circumferentialiter sunt distincta, juribus, jurisdictionibus, dominiis utilibus et directis, homagiis et homagialibus, atque auri, argenti, stanni, plumbi, cupri, ferri et alterius cujuscunque metalli mineris et omnibus aliis in, sub et super terra consistentibus, quibuscunque etiam specialibus vocabulis valeant designari,

praefato regno nostro Boemiae et ipsius felici coronae, nobis, heredibus et successoribus, B. regibus, auctoritate caesarea incorporamus, adjungimus, attribuimus, inviceramus et de Imperialis nostrae potestatis plenitudine perpetuo et irrevocabiliter counimus.

Decernentes et hoc Imperiali perpetuo statuentes edicto, quod non liceat alicui illustrium regum B. heredum et successorum nostrorum, dicta castra, civitates, munitiones, terras, oppida, villas, vassellagia, dominia aut pertinentias, ut praemittitur, in toto vel in parte, quibusvis etiam ingenio, excusatione, praetextu seu colore quaesitis vendere, scindere, obligare, permutare, dividere aut alio quovis modo a potestate regum, regni et coronae B. removere; imo verius decernimus et hoc imperiali edicto expresse volumus, omnia praedicta et eorum quodlibet sub omnibus modis et distinctionibus, sicut expressantur superius, per illustres reges B. absque diminutione qualibet ad regni praedicti B. et felicis ipsius coronae gloriam ammodo necessarie et integritate perfecta non solum custodiri, verum etiam propensius retineri. Et licet de poenis regum B. illustrium,

quas ipsi reges et alii quicunque contrarium facientes deberent incurrere, in Statutis regni nostri B. saepe dicti sufficienter ac de baronum et procerum nostrorum assensu legitimo provide cautum exstiterit, tamen ad abundantioris certitudinis grata praesidia, ne quis per ignorantiam de talibus valeat excusari, poenas easdem in aliqua sui parte praesentibus iteramus, decernentes et hoc Imperiali perpetuo statuentes edicto,

quod si quis illustrium regum B. in contemptum Imperialis edicti et regni praejudicium dictas terras, castra, munitiones, praedia, vasallos, vasellagia, jura, jurisdictiones et alia, quae exprimuntur superius, in toto vel in parte, quibusvis ingenii, titulis seu coloribus quaesitis venderet, scinderet, obligaret, alienaret, permutaret seu a regno et corona B. removeret, nulli poenae corporali reddatur obnoxius, cum non sit conveniens, quod regiam majestatem corporalis poena constringat, sed ipsum regem poenam et notam perjurii ipso facto incurrisse decernimus; principes vero, barones, nobiles et alii quicunque, cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis vel status existant, qui ad venditionem, scissionem, obligationem, alienationem, permutationem aut remotionem hujusmodi niterentur, ipso facto reddantur infames et cadant ab omnibus suis juribus et honore et universa bona ipsorum, mobilia et immobilia, possessiones et praedia, ubicunque deprehensa fuerint, ad usus regum B. confiserentur et ipsi tanquam proditores infideles, rei laesae majestatis crimine, turbatores pacis et quietis, dissipatores regni B. et honoris regalis sint ab omnibus impune usque ad mortem et finale supplicium persequendi, ac ad persecutionem ipsorum omnes indifferenter regnocolae praefati regni Boemiae teneri debebunt et fideliter ac diligenter intendere, sub poena perditionis omnium jurium, libertatum, gratiarum et honorum, quibus regalis benignitas providit eisdem, juxta formam Statutorum regni B. praedicti, ubi talia plenius exprimuntur.

Teneantur etiam reges B. et sint virtute praesentis Imperialis edicti ad haec specialiter obligati, ut videlicet hunc articulum de non vendendis, scindendis, alienandis, permutandis seu etiam removendis praedictis omnibus jurent in

principum, baronum et nobilium regni B. praedicti praesentia, tactis corporaliter sacrosanctis scripturis evangelicis, antequam de manibus vener. Pragens. archiepiscopi seu alterius episcoporum regni B. praefati, nostrorum principum, coronati fuerint seu sacram regiam susceperint unctionem, et praedictis poenis, inflictis seu non inflictis (sic!); praedicta nihilominus in suo robore perseverent.

Praeterea omnibus et singulis in praedictis terris, castris, civitatibus, munitionibus et pertinentiis residentibus seu pertinentibus ad easdem, hac edictali lege Caesarea districtius inhibemus, ne quis, cujuscunque conditionis existat, occasione debitorum seu qualiscunque alterius causae in bonis alterius auctoritate, imo verius temeritate propria pignora praesumat accipere, nisi hoc coram nostris judicibus provincialibus per definitivam sententiam obtinuisse noscatur; cuius tamen sententiae vigore ad receptionem pignorum nolumus aliqua ratione procedi, nisi in praesentia judicialis nuntii, quem nostri judices, quorum interfuerit, ad executionem talium duxerint destinandum.

Habatores etiam nostri dominii praedicti et pertinentiarum ipsius, vel qui castra, munitiones, curias, domus aut possessiones ibidem habuerint, non audeant praesumptione temeraria adversus terras et dominia nostra ac pertinentias regni nostri B. aliqua, quae in damnum seu dispendium regni ejusdem, regnolarum et terrarum vergere possent, quomodolibet attemptare; nulli etiam talium habitantium seu possidentium bona, res et praedia in terris nostris praedictis, etiamsi talia hereditatis, proprietatis seu quovis alio titulo possiderent, aliqua ratione liceat de bonis et rebus talibus, sitis in limitibus nostri praedicti dominii, se alicui alteri domino, cuius etiam praeminentiae seu nobilitatis existat, vassellagio, homagio aut alio quovis titulo subjicere, sub poena perditionis omnium bonorum suorum, quae tunc temporis in nostris terris et dominiis obtineret.

Ut etiam terrae, civitates, munitiones, castra et loca praedicta eo uberiori prosperitate gaudeant, quo virtuosa justitia fuerint deliberatione virtuosi principis attentius custodita, decernimus et hoc edicto Caesareo duximus perpetuo statuendum, quod nullus princeps elector seu alter princeps, dux, comes, baro,

miles, cliens, clericus sive laicus, civis aut civilis universitas seu clericale collegium, seu alia quaecunque persona ecclesiastica vel secularis quoscunque homines nostros dictarum terrarum, dominiorum et districtuum nostrorum, cujuscunque status, gradus seu conditionis existant, pro quacunque causa civili, criminali seu mixta ad alia quaecunque judicia secularia extra dictum districtum, judicium seu territorium citare seu evocare praesumant, seu quemcunque hominem, etiam reum notorie aut quem in ipso maleficio actuali fugitivo pede insequentes ipsi fuerint persecuti, de praedictis terris et judiciis nostris potenter auferre, nisi de judicum et officialium nostrorum, quorumint erfuerit, scientia, mandato seu licentia speciali; quodque nulli penitus hominum de bonis et possessionibus quibuscunque, sitis in terris, territoriis, dominiis et districtibus nostris praedictis, liceat alibi coram quocunque judice, jurisdictione et dominiis, praeterquam et coram nostris judicibus provincialibus, quorum interfuerit, et coram consistoriis seu schrannis judiciorum provincialium praefati nostri dominii respondere.

Quodque etiam nulli penitus, ut praemittitur, praeterquam nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus B., liceat in praedictis terris nostris et dominiis habere homines hujusmodi, qui mundleute vulgariter appellantur, et quod omnes et singuli, cuius etiam gradus, honoris et status fuerint, qui se adversus quoscunque subditos nostros in terris et dominiis nostris praefatis jus aut actionem habere contenderint, non alibi nisi duntaxat coram judicibus provincialibus, ut praedicatur, in locis consuetis accipient justitiae complementum. In defectu vero justitiae, puta si judices in administrando justitiam se (quod absit) negligentes redderent, aut si propter iniquitatem sententiae se quis lamentaretur oppressum, liceat parti, cuius interfuerit, in casu dictorum gravaminum ad nostram, heredum et successorum nostrorum, regum Boemiae, auditoriam appellare, ut tunc quaestionis dubietas juxta dignum per eum judicem, quem regum B. grata provisio delegandum duxerit, ratione praevia dirimatur. A qua tamen sententia non alias, nisi ad illustrium regum B. cameram

volumus appellari; reservata nihilominus nobis, heredibus et successoribus nostris, B. regibus, facultate et potestate libera, quoscunque homines de terris, munitionibus, locis et districtibus nostris praedictis, dum et quotiens nobis placuerit, quacunque ratione seu etiam liberalitate arbitrii, ad nostri praesentiam evocare seu per judices nostros citare, constituere et in judicio tali juxta morem procedere, sicut regni Boemiae antiqua et dudum observata tenet et tenuit consuetudo. Si quid autem adversus praedicta seu alterum ipsorum in contemptum Imperialis nostri decreti fieret per quemcunque, in quacunque dignitate, honore vel statu manentem, nos omnia et singula attemptata seu attemptanda, quocumque modo seu qualitercumque fierent, annullamus, cassamus, destruimus et auctoritate Imperiali ac de certa nostra scientia, viribus vacuamus et pro non factis haberi decernimus; neque ex his aliquem ad observationem, satisfactionem seu quodcunque aliud quomodolibet volumus obligari.

Si quis vero in terra nostra praedicta residentiam faciens aut bona, res et possessiones habens, ibidem se in praejudicium nostri dominii ad aliena judicia traxerit, seu alibi residens de possessionibus suis sitis in dicto nostro dominio sub alterius cuiuscunque judicio duxerit respondendum, aut si quis persona de rebus ad dictum dominium nostrum pertinens aut non pertinens, homines nostros ad aliena judicia citaverit: decernimus et hoc Imperiali perpetuo sancimus edicto, quod citationes hujusmodi et qui se voluntarie citari sustinuerit, nec non protectores, judices et causidici, qui se sub colore, quem illi homines, qui mundleuthe dicuntur vulgariter, solent praetendere, alterius cuiuscunque protectioni commiserint, seu qui tales in protectionem receperint, et quilibet eorum specifice et singulariter quadraginta marchas puri auri nomine poenae componat, ab eisdem et eorum quilibet, quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter exigendas, quas regum et praedicti regni nostri Boemiae usibus decernimus applicandas. Non obstantibus quibuscunque privilegiis, litteris ab Imperio sacro seu aliunde obtentis, libertatibus, exemptionibus vel indultis, statutis, reformationibus et juribus communibus, municipalibus seu privatis, editis seu edendis in posterum, loquentibus in

contrarium; quibus omnibus, si et quantum praesentibus adversari censemur, sub quibuscumque etiam verborum expressionibus dici vel enucleari valeant, de certa scientia ac si etiam de his jure vel consuetudine deberet in praesentibus de verbo in verbum fieri mentio specialis, autoritate Imperiali et de Caesareae potestatis plenitudine derogamus.

Nulli ergo penitus hominum liceat, hanc nostrae incorporationis, adjunctionis, attributionis, inviscerationis, unionis, decreti, inhibitionis, statuti, poenarum adjectionis et derogationis paginam infringere seu ei quovis ausu temerario contraire, sub poena mille librarum auri puri, quas ab eo et ab his, qui quavis praesumptione contravenerint, post poenas adjectas superius, quas in suo robore manere nostra decrevit serenitas, statim et immediate componi ac irremissibiliter exigi volumus, totiens quotiens fuerit contrafactum, et earum medietatem Imperialis aerarii sive fisci, residuam vero partem regum Boemiae, qui pro tempore fuerint, camerae seu usibus applicari.

Datum Romae a. D. 1355, VIII. Ind., Non. April., in die paschae, resurrectionis Dominicae, quo fuimus diadematate coronati, regnum nostrorum anno nono, Imperii vero primo.

(A. K. — *Lunig I. n. CLIII. [lat.] CLV. [germ.] — Haimerl, Deutsche Lehenhauptmannschaft 51—56.)*

### 366. Constitutio imperialis incolis terrarum in Bavaria acquisitarum data.

1355, 5. Aprilis. (Romae.)

Kaiser Karl IV. verordnet über saemtliche zur Krone Boehmen in Baiern erkaufte güter, dass deren einwohner niemals verpfändet, vor kein fremdes gericht geladen werden u. auch niemandem auszer der krone B. huldigen sollen.

(Arch. S. Wenc.)

### 367. Bulla aurea privilegium Vladislao II. a. 1158 a Friderico I. Imp. super tributu polonicali datum attinens.

1355, m. Aprili.

(A. K. — *Contextus idem ut in diplomate ddo. Pragae 1348, 7. Apr. n. 263. — Cf. et n. 377.)*

List s zlatú bullí ciesaře Karla, že ciesař Fridrich dává Vladislavovi kniežeti před korunováním plat roční na kniežetství polské a slezské, a ten plat jest jim odpuštěn a za to se oddali v manství králi českému a toho jest ciesař Karel potvrdil. 1355.

**368. Stephani comitis palatini litterae obligatoriae.**

**1355. 20. Aprilis. (Prisen.)**

List Štěpána falckrabí, kdež sebe, dědice i budúcí své zavazuje ciesaři Karlovi, dědicům i budúcim, že nemá kupovati v zemi české žádného zámku, města, městečka, ani kterého služebného bez povolení zvláštního přijímati.

(A. K. — *Lunig I. n. CL. — Dobner IV. — Brandl VIII. 301.*)

**369. Conventio Joannis regis Francorum cum Carolo renovata.**

**1355, mense Maii.**

Ciesař Karel, český král, zavazuje dědice i budúcí krále české králi francskému, dědicům i budúcim kralom francským.

Joannes D. gr. Francorum rex. Notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quod sicut pridem animo deliberato, dum adhuc essemus in minoribus constituti, cum serenissimo principe Carolo IV., divina favente clementia Romanorum Imperatore s. a. et Boemiae rege illustri, fratre nostro praeclarissimo, sub anno domini 1347, dum adhuc ipse in minoribus constitutus foret, pro nobis necnon filiis et liberis nostris, videlicet Carolo, primogenito nostro, duce Normandiae et delphino Viennensi, et Philippo, ultimogenito nostro, tum ratione genealogiae, tum ratione sincerissimae dilectionis, qua personam ipsius ex affectu sincero prosequimur, foedera circa colligationes, promissiones et uniones inivimus, prout literae utrinque datae desuper clarius attestantur: sic et nunc eadem promissa et colligantias ad instar praemissorum foederum in Dei, salvatoris nostri, nomine, pro consolatione regnum et grata salute subjectorum nobis ex utraque parte fidelium, sicut ex praecedentibus pactis rite quidem teneri dignoscuntur, innovamus, firmamus et corroboramus, sub tenoribus infra scriptis.

Inprimis siquidem promittentes bona nostra fide, sine omni dolo et virtute juramenti, quod desuper ad evangelia sancta juravimus, pro nobis necnon dictis filiis et liberis nostris, heredibus et successoribus nostris, regibus Franciae, seu quorumcunque aliorum titulorum exstiterint, praefato serenissimo principi Carolo, Romanorum Imperatori et regi Boemiae, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, quod ammodo inantea ac etiam in perpetuum ipsorum et cuiuslibet ex eis regales et boni atque perfecti amici erimus et honorem, uberem statum, commodum et profectum eorum semper movebimus omnibus modis, adjutoriis et ingeniis, sicut unquam melius poterimus, ac universum damnum ipsorum, quod eis in personis, honore vel rebus irrogari posset, dum ad nostri notitiam pervenerit, fideliter avertemus, ipsosque et eorum quemlibet ad resistendum omnibus eorum adversariis et hostibus, qui talia damna contra eos seu eorum alterum in praejudicium honoris, status et conditionis eorum quomodolibet molirentur, ipsosque praedictos Imperatorem et regem Boemiae adjuvabimus et fortificabimus tota nostra potentia, consilio, auxilio et alio modo quo poterimus meliori, et realiter et effective adversabimur et opponemus nos omnibus regibus, principibus et aliis, cuiuscunque status, eminentiae aut dignitatis existant, qui ipsorum dispendium, jacturam seu verecundiam procurarent, et honorem, profectum et statum eorum custodiemus regaliter juxta posse.

Et ne post amicabilis huiusmodi unionis et amicitiae gratam concordiam aliquae dubietates inter nos utrobique quacunque ratione consurgant et ut futuris scandalis via seu materia praeccludatur, deliberatione matura rite promisimus, videlicet quod nos ac dicti nostri filii et heredes supradictum Imperatorem in possessione omnium et singulorum, civitatum, terrarum, castrorum, jurisdictionum, dominiorum, pertinentium et jurium ad imperium Romanum quomodolibet spectantium, ubicunque talia fuerint constituta, non impediemus aut invademus, seu de talibus praedictis juribus et possessionibus, sicut exprimuntur superius, nos intromittemus, vel invadi, molestari aut se de his intromitti constituemus, patiemur et

sustinebimus, verbo, facto vel suggestu; imo verius eum sub fide et juramento, quibus supra, ad manutenendum praedicta et eorum quodlibet tota nostra potentia tenebimus fideliter promovere, sicut idem Imperator Romanorum et Boemiae rex nobis ac dictis filiis et liberis nostris vice versa promisit fide et juramento, quibus supra, nos et dilectos filios et liberos nostros in omnibus civitatibus, castris, terris, jurisdictionibus, dominiis, pertinentiis et quibuslibet juribus ad regnum Franciae seu quaevis ipsorum dominia spectantibus, promovere fideliter et in eorum seu earum possessione non impedire aut molestare seu invadere vel nos molestari aut invadi constituere, imo verius promisit fide et juramento, quibus supra, nobis ad manutenendum, possidendum et conservandum praedicta auxilio, favore et consilio modis expressatis superius fideliter subvenire ac supradictas uniones, confoederationes et colligantias sub omnibus conditionibus expressatis superius inviolabiliter observare.

Quod ut firmum et stabile maneat in futurum, sigillum nostrum praesentibus literis duximus apponendum.

Datum Parisii, a. D. 1355 mense Maji.

(*Balbin VIII. p. 53. — Goldast Suppl. XXXIX. — Vid. numerum 255 hujus Codicis.*)

### 370. Acquisitio castri Tum-Stauf, ecclesiae Ratisbonensi pertinentis.

**1355, 12. Julii. (Sulzbachii.)**

List biskupa Řezenského, že císař Karel český vyplatil ten zámek Stauf a obrátil k koruně české v manství, a k tomu biskup jmenovaný dal své povolení i budúcích biskupov Řezenských.

List Gerlacha, Boemunda a Viléma arcibiskupův, Ruprechta falckrabí, Ludvíka markrabí; ti všichni své povolení dávají císaři Karlovi na týž zámek Stauf.

(A. K. — *Pelzel, Karl IV. n. CCLXI.*)

**371. Capitulum Vratislaviense testatur habere se  
oppidum Grotkov jure feodi.**

**1355, 24. Septembris.**

List kapitoly Vratislavské, že jim svědomo, kterak Preclav biskup Vratislavský město Grotkov se vším příslušenstvím v manství přjal od krále Jana českého.

Serenissimo principi, dom. Karolo divina favente clementia Rom. imperatori s. a. et Boemiae regi invictissimo, domino nostro gratioso — Petrus de Luna praepositus, Johannes de Sedleck decanus, Andreas de Raslawicz cantor et Nicolaus de Panwicz custos, totumque capitulum ecclesiae Wratislaviensis, devoti ipsius, cum recommendatione orationum suarum, salutem et tam praesentis vitae gaudium quam futurae.

Serenissime princeps et domine gratiose!

Excellentia vestra nosse dignetur, quod pridem venerabilis in Chr. pater et dominus noster, d. Preczlaus ep. Wrat. una nobiscum super feudo oppidi Grotkov cum terra et districtu ac omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis, necnon super patronatu seu jure patronatus nomine ecclesiae Wrat. praedictae literas reognitionis patentes ipsius domini nostri episcopi et nostro sigillis sigillatas dedit et assignavit clarae memoriae quondam excellentissimo principi, d. Johanni regi Boemiae, nomine coronae regni B. recipienti; quarum tenores de verbo ad verbum taliter subsequuntur:

ddo. 23. Nov. 1344 (*vide n. 240*),

1. Julii 1342 (*vide n. 214*).

Ne igitur aliquibus in dubium eveniat, quod ea omnia et singula, quae in praescriptis literis continentur et dicti domini nostri episcopi Wrat. et nostris sunt sigillata sigillis, tam super reognitione feudi oppidi supradicti Grotkov necnon terrae seu districtus ac pertinentiarum ipsius, quam super jure patronatus nomine ecclesiae Wrat. ac etiam super aliis, quae in eisdem literis sunt expressa, oblivionis defectui quomodolibet subjacerent, nos capitulum memoratum necnon singulares personae ipsius domini episcopi supradicti et nostro ac ecclesiae Wrat. nominibus expresse recognoscimus et publice

profitemur, a vobis, domino nostro tamquam rege B., vestrisque heredibus et successoribus legitimis, similiter regibus B., memoratum oppidum Grotkow necnon terram et districtum ipsius cum suis pertinentiis universis et singulis habere et tenere in feudum et nomine veri feudi, vosque et eosdem vestros heredes seu etiam successores esse veros patronos nomine ecclesiae nostrae praefatae, juxta praescriptarum literarum continentiam et tenorem; parati quoque sumus profiteri et recognoscere efficaciter hoc ipsum in futurum omni tempore, Domino concedente.

In cuius

Datum Wratislaviae in capitulo nostro VIII. Kal. Octobris a. D. 1355, praesentibus etc.

(*Arch. cap. Wrat. — Stenzel Bistumsurk. — Grünhagen II. 217.*)

**372. Carolus IV. auctoritate Imperatoria confirmat collationem Moraviae titulo feudi factam.**

**1355, 27. Septembris.**

List ciesaře Karla, když vyznává, že s radu některých kniežat duchovních i světských i také pánuov a šlechticuov kralovstvie českého radou, že jest dal markrabstvie moravské Janovi bratu svému pod manstvie; a když by Buoh neuchoval ciesaře Karla bez dědicuov, že naň, na markrabi Jana a na jeho dědice, má spadnúti královstvie české beze všeho dalšieho volení.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter amen.

Karolus quartus divina favente clementia Rom. Imp. s. a. et B. rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter ceteras sollicitudinum curas

(*Contextus idem qui in litteris Caroli Rom. regis die 26. Dec. 1349 datis. Vide n. 296.*)

(Signum serenissimi principis et domini Karoli quarti Rom. Imp. invictissimi et gloriosissimi, Boemiae regis.)

Testes hujus rei sunt: Venerabiles Arnestus arch. Prag., Preczlaus Wratislav., Johannes Olomuc., Johannes Lutho-

muschl., Theodricus Minden. et Fridericus Ratispon. ecclesiarum episcopi, illustres Rupertus junior, comes palatinus Reni et dux Bavariae, Wladislaus Teschinensis, Johannes Oppaviae, Bolko Falkenbergensis et Bolko Opuliensis duces, principes nostri, spectabiles Burghardus burggravius Magdeburgensis, magister curiae imperialis, Henricus de Swarczburg, Johannes de Recz et Albertus de Anhalt comites, et nobiles Johannes de Rosemberg et Johannes de Sternberg, Sbinko de Hasemburg, Boczko de Cunstat et Dowessius de Kempnitz et alii quam plures nostri fideles.

Praesentium sub bulla aurea typario majestatis impressa testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1355, Indictione octava, V. Kal. Octobris, regnum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

(A. K. — *Goldast Suppl. XL* — *Brandl VIII. 317*)

**373. Conventio Rudolphi Saxoniae ducis cum Carolo super matrimonio filiae ducis cum Joanne burgravio Magdeburgensi inita.**

**1355, 29. Septembris. (Pragae.)**

Rudolf herzog zu Sachsen und dessen sohn Rudolf geben dem Johann, burggrafen von Magdeburg und grafen von Rötz, ihre Tochter und Schwester dem Wunsche des K. Karl IV. gemaesz zur Ehe mit der Bedingung, dass ihr Leibgedinge, wenn sie kinderlos stirbe, der Krone Böhmen anheimfallen soll.

(*Arch. S. Wenc.*)

**374. Enuntiatio ducum Sleziae in causa ducatum Bytomiensis et Coslensis.**

**1355, 3. Octobris.**

Nos Conradus Olsnicensis et Kazimirus Teschinensis D. gr. duces ab una, et nos Bolko Falkenbergensis, Bolko Opuliensis et Johannes Osweczinensis eadem gr. duces, parte ab alia, notum facimus tenore praesentium universis, quod licet serenissimus ac invictissimus princeps et dominus Karolus Rom. Imp. s. a. et B. rex, dominus noster gratiosus, tamquam rex B. in virtute regni et coronae B. et ex superioritate do-

minii, quod sibi in nos et caeteros principes ac principatus seu ducatus Poloniae rite competit, plenum et notorium jus habeat in et super Bytumiensi et Coslensi ducatibus et dominiis ad eosdem spectantibus, et iidem ducatus ad ipsum tamquam regem B. et dominum nostrum per mortem illustrium principum, ducum Bytumiensium et Coslensium, patris et filii, qui terras easdem et ducatus a praefato domino nostro tamquam rege B. necnon ab ipsius regni B. corona in feodium tenuisse noscuntur, sint jure communi et approbata terrarum Poloniae laudabili consuetudine de certa nostra scientia legitimate devoluti ac ad ipsum velut feodi dominum tamquam res justo titulo devolutae, sicut praemittitur, pertineant pleno jure: tamen praefatus dominus noster ex innatae sibi benignitatis officio et gratiosi favoris munificentia nobis indulxit, quod inter nos mutuo de juribus nobis competentibus experiri possimus et super terris eisdem seu ducatibus viam diffinitionis seu compositionis amplecti, justitia vel amore.

Nos igitur considerata tam singularis benignitatis gratia, quae dominus noster praedictus cedendo juri suo praedicto sibi, ut praemittitur, notorie competenti, nos, statum et conditionem nostram favorose prosequitur, ne tam insignis actus gratiosae virtutis luat dispendium aut sibi vel suis heredibus, B. regibus, dominis nostris, in damnum proveniat, quae in nos munificentia liberali distribuit: protestamur, dicimus, recognoscimus et ad publicam omnium perducimus notionem, quod ex hujusmodi cessione gratiosa, quae de meri favoris pietate processit, nullum praefato domino nostro, regi B., heredibus et successoribus suis, B. regibus, dominis nostris, et ejusdem regni coronae circa futuras devolutiones terrarum nostrarum, principatum, ducatum et pertinentiarum quarumlibet, quotiens eosdem seu easdem in casu simili vel alio quovis legitimo titulo vacare continget, possit seu debeat damnum seu praejudicium generari.

Praesentium etc.

Actum Pragae a. D. 1355, sabbato proximo post diem S. Wenceslai.

(*Grünhagen II. 422. — Brandl VIII. 318.*)

375. Revocatio codicis „Majestas Carolina“ aut „Statuta regni“ vocati.

1355, 6. Octobris. (Pragae.)

Listové jsú ciesaře Karla a markrabi moravského v jednostajná slova na odvolání Statut.

(A. K. — *Contextum lege in nostri Codicis t. II. p. 2 p. 101 atque apud Goldastium: Appendix documentorum XLIII. — Balbin Misc. VIII. p. 51. — Brandl VIII. 319.*)

376. Joannis marchionis enunciatio de codicis „Majestas Carolina“ revocatione.

1355, 6. Octobris.

List markrabi Jana, kdež seznává, jakož jest byl ciesař Karel Statuta nějaká spuosobil a potom táž Statuta odvolati ráčil, že on markrabě k tomu seznává se, aby ta Statuta držána nebyla.

(*Joannes marchio erat Caroli frater junior atque, ut tum videbatur, haud dubius Caroli regis in regno Boemiae successor.*)

Nos Johannes D. gr. marchio Moraviae etc.

(*Contextus mutatis mutandis idem qui in diplomate praecedenti.*)

Nos igitur, de cuius consilio, voluntate et conniventia omnia praedicta sic gesta sunt, prout expressantur superius, praedictis omnibus et eorum cuilibet, prout in litteris praefati domini nostri Imperatoris et regis B. datis desuper, sicut praedicitur, inveniuntur expressa, nostrum voluntarium consensum grato animo praesentibus adhibemus, gratum, ratum, firmum ac incommutabile volentes habere perpetuo, quidquid praefati domini nostri... statuit vel sancxit. Et hoc ipsum bona fide ceteris principibus ac baronibus regni B. praefati et ipsius coronae fidelibus duximus promittendum, videlicet quod praedicta omnia et ipsorum quodlibet sub eo modo, sicut continetur in litteris, in eum casum, ubi praefatum serenissimum dominum nostrum Imperatorem et regem B. (quem Deus custodiat) non relictis heredibus sexus masculini ab hac luce migrare, nosque

in regno corona B. ei succedere contingeret, pro nobis ac successoribus nostris imperpetuum attendemus, observabimus et adimplebimus fideliter, sine dolo.

Praesentium

Datum Pragae a. D. 1355, Indictione VIII., II. Nonas mensis Octobris.

(A. K. — *Goldast.* — *Balbin VIII.* 52. — *Brandl VIII.* 320.)

**377. Litterae super ducatibus Slesiae necnon terris Gorlicensi et Budessinensi ao. 1348, 7. Aprilis datae, a Carolo IV. Imperatore renovantur et confirmantur.**

**1355, 9. Octobris.**

List s zlatú bullí ciesaře Karla.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter Amen.

Carolus IV divina favente clementia R. I. s. a. et B. rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Insignes laudabilis famae titulos moderni temporis meretur gloria posteritas, si, quod praedecessorum illustrium circumspecta pridem instauravit provisio, vigilanti cura prosequitur et gratae sollicitudinis munit officio, ut fructuosi laboris solertia perenni successorum commendentur memoriae et ex consequentia bonorum operum quasi ex relucenti speculo vetustatis surgat de felicibus mortuis felix memoria rediviva.

Sane licet pridem applicandum (*ut in diplomate hujus Codicis n. 275\**).

---

\* ) Mutata: 1. illustrium Sleziae et Poloniae ducum, „vid. Lignicensis, Bregensis, Munsterbergensis, Olsnensis, Glogoviensis, Saganensis, Opoliensis, Falckenbergensis, Strelicensis, Teschinensis, Coslensis, Bithumiensis, Stinaviensis et Oswetinensis, principatus Mizoviae et ducatus in Ploczk“,

2. principatus et ducatus Wratislaviensis et Sleziae „necnon civitates vid. Wratislaviam, Novumforum, Frankenstein, Stinaviam, Gor et medium partem Glogoviam, Namslaviam et pertinentias ipsarum“,

3. per nos et nonnullos „S. Romani Imperii“ principes,

4. cum civitate Wratislaviensi, „Noviforensi, Frankensteinensi, Stinaviensi, Gorensi, Glogoviensi“,

(Signum serenissimi principis ac domini,  
d. Caroli IV., Romanorum imperatoris semper  
augusti.)

Testes hujus rei sunt: Venerabilis Arnestus, Pragensis archiepiscopus, illustris Rudolfus senior, dux Saxoniae, sacri imperii archimarscalcus, avunculus noster, ac venerabilis Pretzlaus Wratislaviensis, cancellarius aulae nostrae, Johannes Olomucensis, Joannes Luthomischlensis, Theodoricus Mindensis et Henricus Lubicensis ecclesiarum episcopi, illustres Rudolfus junior Saxoniae et Joannes Opavensis duces; spectabiles Burg-hardus magister curiae nostrae Magdeburgensis, Heinricus de Schwarczburg, Johannes Magdeburgensis et Albertus de Anhalt, comites, et nobiles Johannes de Rosenberg, Johannes de Sternberg, Sbinko de Hasemburg, Bohuslaus de Swannenberg, Boczko de Kunstat, Dowessius de Kempnitz et Ulricus de Usca et alii quam plures nostri fideles.

Praesentium sub bulla aurea typario nostrae imperialis majestatis impressa testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1355, Indict. VIII., octavo Idus Octobris, regnum nostrorum anno X., Imperii vero I.

(A. K. — *Goldast App. XL. — Brandl VIII., 321. — Grünhagen I. 12.*)

### 378. Castri feodalis Poděbrad accessorium.

1355, 10. Octobris. (Pragae.)

Carolus IV. Boczkoni de Chunstat, pincernae curiae suae regalis, indulget, ut curiam in villa Vykleky, quam quondam Niemcko de Tiekwie in obligatione tenebat, a heredibus ejus redimere eoque jure, quo bona in Poděbrad, tenere possit.

(Arch. S. Wenc.)

---

5. et omnibus dictorum ducatus et marchiae pertinentiis „velut utile et immediatum dominium nostrum regni Boemiae praefati, eidem“,

6. de Romanae regiae potestatis plenitudine statuimus, „sicuti dudum de plenitudine Romanorum regiae potestatis statueadum duximus, ita et nunc ex certa scientia statuimus de nostrae Imperialis plenitudine potestatis“.

**379. Ludovicus marchio Brandenburgensis renuntiat suo et fratrī sui Ottōnis nomine omni juri in marchia Budessinensi.**

**1355, 30. Novembris.**

List Ludvíka markrabi bramburského, jímž se i bratra svého, kněze Otu, odříeká ciesaři Karlovi i budúcim kralom českým na markrabství lužickém práva svého. (A. K.)

**380. Enuntiatio ejusdem Ludovici super venditione castrorum in Bavaria.**

**1355, 1. Decembris.**

Závazek Ludvíka bramburského markrabi, kdež se zavazuje ciesaři Karlovi, Janovi markrabi moravskému, dědicom i budúcim jich, že nemá se táhnuti na bavorské zámky, města neb cožkolivěk k koruně české přísluší (A. K.)

**381. Attestum principum electorum Ludovici Brandenburgensis, Stephani comitis et Rudolfi ducis super venditione Sulzbachii etc.**

**1355, 1. Decembris.**

List Ludvíka Římanína bramburského, v kterém k prodaji a spojení zámkuov, měst, městeček Sulzbachu a jiných přivoluje jako jiná kniežata a korfíštové.

List Štěpána falckrabi, kdež po smluvě mezi králem Karlem ciesařem a jím učiněné o všecky různice vyznává prodaj od Ruprechta st. i ml. učiněný o ty zámky, města i městečka svrchu jmenovaná, a v tom také odříká se všeho práva i nápadu, kterýž by měl nebo jmíti mohl on nebo dědici a budúcí jeho k těm zámkom.

List kniežete Rudolfa saského, v kterémž k prodaji zámkuov, měst a městeček předrečených (ciesaři) Karlovi a k koruně české spojení s dobrým rozmyslem povolení dává. (A. K.)

**382. Declarationis Caroli IV. Imp. super ducatibus Poloniae et Sleziae ab electoribus approbatio.**

**1355, 11. Decembris. (Metis.)**

Konfirmací na to: List Gerlaka arc. Mohutského korferšta 1355, arc. Trieského korferšta 1356, Vilhelma arc. Kolínského 1356, Ruperta

falckrabí na Reynu, Ludvíka markrabí Bramburského, Rudolfa kniežete Saského 1355, že povolení své jakožto korferštové ciesaři Karlovi na ta jmenovaná kniežetstvie polské i slezské dávají.

(A. K. — *Goldast App. XLVII.* — *Vid. n. 367.*)

**383. Attestum principum electorum Gerlachi et Wilhelmi archiepiscoporum super venditione Hirschoviae etc.**

**1355, 13. Decembris.**

List Gerlacha Mohutského — Viléma Kolínského arcibiskupa, že seznali se Ruprecht st. a ml., že jsú prodali dobrovolně Hyršov, Neustadt etc. a jeho žádali, aby listem svým seznal. Listy dva Boemunda arcibiskupa Tierského 1356. (A. K.)

**384. Ludovicus Romanus marchio Brandenburgensis renuntiat juri post Henricum de Javor sibi competenti.**

**1355, 13. Decembris. (Normberg.)**

List Ludvíka bramburšského Romana, jímž se odříká svého práva, kteréž by na něj přijíti mělo od kněze Henrycha Javorského, ciesaři Karlovi a budúcim kralom českým. — List Albrechta falckrabi na Reynu, jímž se odříká práva svého. (A. K.)

**385. Castri Stierbek infeudatio.**

**1355, m. Decembri.**

List Jana lantkrabi z Leytberka, že se s zámkem Styrbek(em) ciesaři Karlovi i budúcim kralom českým i koruně české dává pod manstvie. 1355. (A. K.)

**386. Petri Egeri obligatio.**

**1355.**

List Petra Egera, že jemu ciesař Karel dal z milosti své tisíc kop gr. a za tu sumu má některé zbožie kúpiti a cožbykolvěk kaupil, to zboží poddává sie v manstvie koruně české a budúcim kralom českým 1355. (A. K.)

**387. Castri Stierbek infeudatio.**

**1356, 5. Januarii.**

List Oldřicha lantkrabi z Leytberka, že jest přijal zámek svuoj Stierbek od ciesaře K. a potomních kralov českých i koruny pod manstvie.

(A. K. — *Sommersberg III.*)

**388. Castrorum Bleyenstein et Rîchenstein infeudatio.**

**1356, 5. Januarii.**

List Rudolfa kniežete saského, že Jan a Oldřich lantkrabí z Leytmburka poddávají se císaři K. jakožto králi českému a jeho budúcim, kralom českým, s zámky Bleyensteinem a Rychensteinem pod léno.

(A. K. — *Similes litterae Boemundi et Wilhelmi archiepiscoporum ddo. 20. Aprilis 1356 Normbergae. — Ruperti comitis palatini ddo. 6. Januarii 1356 Normbergae.*)

**389. Electorum Imperii literae de incolis Boemiae ad judicia extranea non evocandis, de mineris et moneta.**

**1356, 7. Januarii.**

Listy šesti korferstův, duchovních Gerlacha arcibiskupa Mohutského, Viléma Kolínského, Boemunda Tierského, světských Ruprechta falckrabi z Reynu, Rudolfa kniežete saského, Ludvíka řečeného Romanus, markrabi bramburského, že nižádný z koruny české ven z země nemá k nižádným saudům poháněn býti, pak o horách i o mince ražení.

Nos Gerlacus etc.

Cum per recolendae memoriae divos Romanorum Imperatores et reges illustribus quondam regni Boemiae regibus clarae memoriae ac regno Boemiae et ejusdem regni coronaem olim concessum fuerit et indultum, sitque in eodem regno a tempore, cuius contrarii hodie non extat memoria, consuetudine laudabili incolvulse servata, diuturnitate temporum et praescripta moribus utentium sine contradictionis aut interruptionis obstaculo introductum, quod nullus princeps, baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgensis seu rusticus, nulla denique persona ejusdem regni et pertinentiarum ejusdem ubique consistentium, cuiuscunque status, dignitatis, praeeminentiae vel conditionis existat, ad cuiuscunque actoris instantiam extra regnum ipsum ad quodcunque tribunal seu alterius, praeterquam regis B. et judicium regalis curiae sua, judicium citari poterit seu trahi nec vocari beat perpetuis inantea temporibus, sive possit.

Cumque serenissimus ac invictissimus princeps et dominus, d. Carolus quartus divina, faventa clementia Romanorum Imperator semper augustus et Boemiae rex illustris,

dominus noster gratiosus, privilegium, consuetudinem et indulatum hujusmodi Imperiali auctoritate et de plenitudine Imperatoriae potestatis innovans et confirmans duxerit statuendum, ut si quispiam praedictorum, puta princeps, baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgensis seu rusticus, aut alia quaecunque persona praemissa ad cujuscunque tribunal extra regnum praedictum Boemiae in quacunque causa criminali, civili vel mixta seu super quocunque negotio citatus fuerit quocunque tempore vel citata, comparere vel in judicio respondere minime teneatur; sique adversus hujusmodi non comparentes vel non comparentem a quocunque judicio extraneo extra regnum ipsum Boemiae constituto judicialiter procedi, processus fieri vel sententias interlocutorias vel diffinitivas, unam vel plures, in quibuscunque praenomitatis causis sive negotiis quovis modo fieri vel promulgari contigeret, eadem auctoritate et potestate citationes, praecepta, processus et sententias hujusmodi nec non executiones et omnia, quae ex eis vel aliquo eorum quovismodo secuta , irritaverit penitus et cassarit —

Adjiciendo expresse et auctoritate simili decernendo, ut quemadmodum in praedicto regno Boemiae a tempore, cuius contrarii non habetur memoria, jugiter observatum existit, ita nulli prorsus principi, baroni, nobili, militi, clienti, civi, burgensi seu rustico, nulli demum personae seu incolae regni Boemiae saepe dicti, cujuscunque status, praeeminentiae, dignitatis vel conditionis existant vel existat, a quibuscunque processibus, sententiis interlocutoriis vel diffinitivis, sive praeceptis regis Boemiae aut judicum curiae sua, nec non executionibus eorundem contra se in regali judicio seu coram regis, regni et curiae praedictorum judicibus factis aut latis, habitis vel ferendis inantea seu fiendis, ad quodcunque aliud judicium liceat appellare, provocationesque seu appellations hujusmodi, si quas inter hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistere et appellantes ipsos poenam perditionis causarum ipso facto statuentes incurrisse —

Necnon auctoritate Imperiali et de certa sua scientia declaraverit, quod ipse et omnes successores sui, Boemiae reges, universas auri et argenti fodinas atque mineras stanni,

cupri, ferri, plumbi et alterius cujuscunque generis metalli ac etiam salis, tam inventas quam inveniendas in posterum qui buscunque temporibus in regno suo Boemiae praedicto ac terris, dominiis, territoriis et districtibus eidem regno subjectis et omnibus pertinentiis suis, tenere juste possint et tenere potuerint in praeterito et legitime possidere, nec non Judaeos justo titulo habuisse et habere et thelonia a praeterito instituta seu indicta percipere et nova rationabiliter instituere potuisse et posse —

Nec non monetas auri et argenti in omni loco et parte regni sui Boemiae praedicti et subditarum ei terrarum ac pertinentiarum, ubi ipse, heredes aut successores sui, Boemiae reges, decreverint, ipsisque placuerit, cudi facere et mandare, sub omni modo et forma in praedicto regno Boemiae circa talia consuetis, usque ad haec tempora laudabiliter observatis —

Quodque virtute imperialis edicti et consuetudine diutius introducta liceat Boemiae regibus perpetuo tempore a quibuscunque principibus, magnatibus, comitibus ac personis aliis quascunque terras. castra, possessiones, praedia seu bona emere, comparare, in donum vel donationem ex quacunque causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, praediorum vel bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipientur vel comparentur ut propria, libera velut libera et ea, quae dependent in feudum seu donata ac comparata, taliter teneantur; ita tamen, quod ipsi reges Boemiae de his, quae hoc modo comparaverint vel receperint et regno Boemiae applicanda duxerint, ad consueta et debita jura de talibus sacro explenda et reddenda Imperio perpetuo sint astricti, sicut in forma Constitutionum praedicti domini nostri Imperatoris, quas desuper nostro et aliorum electorum principum consilio edidisse dignoscitur, plenius est expressum:

Nos igitur praemissa omnia et eorum quodlibet, sicut in solenni curiae Norembergensis celebratione in commune consilium nobiscum et cum caeteris principibus, coelectoribus nostris, habitum per ipsum dominum nostrum, d. Imperatorem, deducta multoque studio ventilata et rationabilia fuerunt judicata, recognoscimus de nostro consilio et pleno processisse

consensu, ratificantes ac rata omnia et singula habentes et grata, nostrum eis benevolum adhibentes et ex certa scientia consensum pariter et assensum.

In cuius rei testimonium praesentes fieri literas et nostri sigilli appensione fecimus communiri.

Datum Norembergae a. D. 1356 in crastino Epiphaniae ejusdem.

(A. K. — *Balbin VIII. 64. — Goldast Suppl. XLVIII. — Brandl IX. 1.*)

**390. Constitutiones Bullae Aureae regem Boemiae ut Imperii archipincernam ac electorem necnon jura regni Boemiae tangentes.**

**1356, 10. Januarii. (Nuremberga.)**

Caput VII. De successione principum (electorum).

Inter sollicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu sacri Imperii, cui auctore Domino feliciter praesidemus, cor nostrum quotidie fatigatur, ad hoc praecipue meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata & salubris semper unio inter sacri Imperii principes electores jugiter vigeat & corda eorum in sincerae charitatis concordia conserventur, quorum providentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius subvenitur, quanto inter eos nullus error surrepserit & purior fuerit charitas custodita, obscuritate succisa & jure cujuslibet dilucide declarato.

Sane generaliter longe lateque est publicum & quasi per totum orbem notorie manifestum, illustres regem Boemiae, nec non comitem palatinum Rheni, ducem Saxoniae & marchionem Brandenburgensem virtute regni & principatum suorum in electione regis Romanorum in caesarem promovendi cum caeteris principibus ecclesiasticis, suis coelectoribus, jus, vocem & locum habere & una cum ipsis censeri & esse veros & legitimos S. Imperii principes electores. Ne inter eorundem principum secularium electorum filios super jure, voce & potestate praefata futuris temporibus scandalorum & dissensionum possit materia suscitari et sic bonum commune

periculosis dilationibus impediri, futuris, auctore Deo, cupientes periculis salubriter obviare, statuimus & Imperiali auctoritate praesenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut, postquam iidem principes electores seculares & eorum quilibet esse desierit, jus, vox & potestas electionis hujusmodi ad filium suum primogenitum, legitimum, laicum, illo vero non extante, ad ejusdem primogeniti primogenitum, similiter laicum, libere & sine contradictione cujuspam devolvatur.

Si vero primogenitus hujusmodi absque heredibus masculis legitimis laicis ab hac luce migraret, virtute praesentis Imperialis edicti jus, vox & potestas electionis praedictae ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendenter & deinceps ad illius primogenitum, laicum, devolvatur.

Et talis successio in primogenitis & heredibus principum eorundem in jure & potestate praemissis perpetuis temporibus observetur; ea tamen conditione & modo, ut si principem electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniorem laicum, mori & heredes masculos legitimos, laicos, defectum aetatis patientes relinquere contigerit, tunc frater senior ejusdem primogeniti tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam aetatem attigerit; quam in principe electore decem & octo annos completos censeri volumus & statuimus perpetuo et haberi; quam dum attigerit, jus, vocem & potestatem & omnia ab ipsis dependentia tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare.

Si vero aliquem ex hujusmodi principatibus ipsorum Imperio S. vacare contingeret, tunc imperator seu rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debet & poterit, tanquam de re ad se & Imperium legitime devoluta.

Salvis semper privilegiis, juribus & consuetudinibus regni nostri Boemiae super electione regis in casu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi regem Boemiae, facienda juxta continentiam eorundem privilegiorum & observatam consuetudinem diuturnam, a divis Romanorum Imperatoribus iure regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Impe-

riali in nullo praejudicari volumus, imo ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris in omni suo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

Caput VIII. De regis Boemiae & regnicolarum ejus immunitate.

Cum per divos Romanorum Imperatores & reges, praedecessores nostros, illustribus Boemiae regibus, progenitoribus et praedecessoribus nostris, necnon regno Boemiae, ejusdemque regni coronae olim concessum fuerit gratiosius & indulatum, sitque in regno eodem a tempore, cuius contrarii hodie non existit memoria, consuetudine laudabili inconvulse servata, diuturnitate temporum & praescripta, moribus utentium sine contradictionis aut interruptionis obstaculo introductum, quod nullus princeps, baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgensis seu rusticus, nulla denique persona ejusdem regni & pertinenciarum ejus ubicunque consistentium, cujuscunque status, dignitatis, praeeminentiae vel conditionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam extra regnum ipsum, ad quocunque tribunal seu alterius, praeterquam regis Boemiae & judicum regalis curiae suaे judicium citari poterit sive trahi nec vocari debeat, perpetuis inantea temporibus, sive possit: ideoque privilegium, consuetudinem & indulatum hujusmodi, auctoritate Imperiali & de Imperialis potestatis plenitudine ex certa scientia innovantes & etiam confirmantes, hac praesenti nostra constitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium, consuetudinem & indulatum praefatum quispiam praedictorum, puta princeps, baro, nobilis, cliens, civis, burgensis seu rusticus, aut alia quaecunque persona praemissa, ad cujuscunque tribunal extra regnum praedictum Boemiae, in quacunque causa criminali, civili, mixta, seu super quocunque negotio citatus fuerit quocunque tempore vel citata, comparere vel in judicio responderet minime teneatur. Quodsi adversus hujusmodi non comparentes vel non parentem, a quocunque judice, cujuscunque auctoritatis existat, extra regnum ipsum Boemiae constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias

interlocutorias vel definitivas, unam vel plures, in quibuscunque praenominatis causis sive negotiis, quovis modo fieri vel promulgari contigeret, auctoritate praemissa, de plenitudine insuper antedictae Imperatoriae potestatis, citationes, praecepta, processus & sententias hujusmodi, necnon executiones & omnia, quae ex eis vel aliquo eorum quomodolibet sequi ac tentari possint vel fieri, irritamus penitus & cassamus.

Adjicientes expresse & edicto Imperiali perpetuo valituro, eadem auctoritate & de praemissa potestatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in praedicto regno Boemiae a tempore, cuius contrarii non habetur memoria, jugiter observatum existit, ita nulli prorsus principi, baroni, nobili, militi, clienti, civi, burgensi seu rustico, nulli demum personae seu incolae regni Boemiae saepedicti, cujuscunque status, praeeminentiae, dignitatis vel conditionis existant vel existat, a quibuscunque processibus, sententiis interlocutoriis vel diffinitivis, sive praeceptis regis Boemiae aut quorumlibet suorum judicum, necnon executionibus eorundem contra se in regali judicio seu coram regis, regni, seu praedictorum judicium tribunalibus factis aut latis, habitis vel ferendis in antea seu fiendis, liceat ad quodcunque aliud judicium appellare; provocationes quoque seu appellations hujusmodi, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistant & appellantes ipsi poenam perditionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

#### Caput IX. De auri, argenti et aliarum specierum mineris.

Praesenti constitutione in perpetuum valitura statuimus ac de certa scientia declaramus, quod successores nostri, Boemiae reges, necnon universi & singuli principes electores, ecclesiastici & seculares, qui perpetuo fuerint, universas auri & argenti fodinas atque mineras stanni, cupri, ferri, plumbi & alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam salis, tam inventas quam inveniendas in posterum quibuscunque temporibus in regno praedicto ac terris & pertinentiis eidem regno subjectis, necnon supradicti principes in principatibus, terris,

dominiis ac pertinentiis suis tenere juste possint & legitime possidere, cum omnibus iuribus, nullo prorsus excepto, prout possunt seu consueverunt talia possideri; nec non Judaeos habere, theolonea in praeterito statuta & indicta percipere; quodque progenitores nostri, reges Boemiae felicis memoriae, ipsique principes electores ac progenitores & praedecessores eorum legitime potuerint usque in praesens, sicut hoc antiqua laudabili & approbata consuetudine, diuturnique ac longissimi temporis cursu praescripta noscitur observatum.

#### Caput X. De monetis.

Statuimus praeterea, ut regi Boemiae, successori nostro, qui fuerit pro tempore, sicut constat ab antiquo, illustris memoriae Boemiae regibus, nostris praedecessoribus, licuisse & in possessione pacifica continua ipsos fuisse juris subsequentis, videlicet monetas auri & argenti in omni loco & parte regni sui & subditarum ei terrarum & pertinentiarum omnium, ubi rex ipse decreverit, sibique placuerit, cudi facere & mandare, sub omni modo & forma in regno ipso Boemiae, in his ad haec usque tempora observatis;

Quodque futuris perpetuo Boemiae regibus hac nostra Imperiali constitutione & gratia perpetuo valitulis, a quibuscunque principibus, magnatibus, comitibus ac personis aliis, quascunque terras, castra, possessiones, praedia sive bona liceat emere, comparare seu in donum vel donationem ex quacumque causa, (aut) in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, praediorum seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipientur vel comparentur ut propria, libera velut libera & ea, quae dependent in feudum, similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur; ita tamen, quod ipsi reges Boemiae de iis, quae hoc modo comparaverint vel receperint & regno Boemiae duxerint applicanda, ad pristina ac consueta jura de talibus sacro explenda & reddenda Imperio sint adstricti.

Praesentem nihilominus constitutionem & gratiam, virtute praesentis legis nostrae Imperialis ad universos prin-

cipes electores, tam ecclesiasticos quam seculares, successores & legitimos heredes ipsorum, plene extendi volumus, sub omnibus modis & conditionibus, ut praefertur.

(*Archetypum olim Pragense, nunc archivi c. r. aulici Vindobonensis; alia exemplaria sex.*)

**391. Aurifodinarum Reichensteinensium emptio venditio.**

**1356, 17. Februarii. (Pragae.)**

List Bolka kniežete slezského, že s povolením ciesaře Karla kaupil Hory zlaté Reychensteinské, které přísluší k Frankensteinu, a ty po jeho smrti mají zase spadnúti na ciesaře K., dědice jeho i k koruně.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXI.*)

**392. Litterae Caroli IV. Imp. et Annae Imp. reversales de subditis dominiorum Svidnicz etc. non alienandis.**

**1356, 4. Aprilis.**

List ciesaře Karla a ciesařovny Anny, v kterémž se a dědice i budúcí krále české zapisují a zavazují, že nemají odciziti ani odprodati nižádného mana ani člověka od téhoto měst, zámkův a zboží: Svidnice, Střehom, Hayn, Landeshute, Reychembach, (Nimpesch, Czoboten), Frīburg, Frīdberg, Javor, Lewinberg, Bunczlowe, Hirsberg, Schonow, Lehen, Griffenberg a Fridberg nad Kvísou. 1356.

(A. K. — *Vidimus Hilarii adm. Prag. episcop. ab anno 1464. — Arch. S. Wenc. — Grünhagen I. 504.*)

**393. Foederis inter Casimirum Poloniae regem et Carolum IV. a. 1348 initi renovatio.**

**1356, 1. Maii.**

Kazimirus D. gr. rex Poloniae etc. Notum facimus universis, quod quia serenissimo ac invictissimo principi et domino, d. Carolo R. I. s. a. et B. r., in tractatibus habitis inter majestatem suam ab una et nos parte ex altera, in oppido suo Namislavia sub a. D. 1348 Indictione prima, decimo Kalendas Decembris, regnum ipsius anno tertio sub titulo romano regio, quo illis temporibus u'ebatur, sub jureamento rite promisimus, sic et nunc animo deliberato et maturo procerum nostrorum accedente consilio, modo consimili,

sub eodem juramento, deliberate promittimus perpetuam dilectionem et fraternalm amicitiam cunctis inantea futuris temporibus inviolabiliter observare, sicut ipse versa vice nobis sub juramento alias facto ad observationem earundem dilectionis et amicitiae teneatur, prout in antiquis litteris nostrae concordiae inter nos et eum aliquoties celebratae plenius continetur.

Promisit etiam dictus d. Imperator sub juramento alias praestito, bona fide et sine dolo, nobis adversus quemlibet hominem et nominatim contra Cruciferos de Domo Theutonica, seu etiam contra Bavarios et quoscunque alios in marchionatu Brandenburgensi manentes, in propria persona, si commode fieri poterit, vel in persona illustris principis, d. Johannis marchionis Moraviae, fratri sui secundogeniti clarae memoriae illustris d. Johannis, quondam regis Boemiae, genitoris sui, cum sexingentis hominibus galeatis assistere et amicabiliter suffragari; illo praesertim tempore, cum blada et segetes sunt in campis. Et si quispiam inimicorum ante tempus messium quocunque tempore terras nostras invaderet, sub praemissio juramento absque dolo promisit contra insultum eorundem inimicorum nostrorum toto suo posse nos adjuvare.

Et si prima via cum hominibus eisdem nos adversus inimicos nostros limites regni nostri non recuperaremus, tunc secundario ad requisitionem nostram quadringentos galeatos nobis destinare promisit et tenebitur sub suis damnis, sump-tibus et expensis, ita tamen, quod nos suo exercitui praedicto, quamdiu in regno nostro moram traxerit, de esculentis et poculentis tenebimur et promittimus providere.

Et si (quod non speramus) prima et secunda via non recuperaremus limites ejusdem regni nostri, tunc tertia et quarta vice et quoties necesse fuerit, nobis sub juramento et fide praemissis juxta suum posse sine dolo suffragari promisit et tenetur, tam diu quousque, ut praedicitur, recuperemus limites regni nostri.

Quibus recuperatis praefato d. Imperatori et regi B. assistere et astare tenebimur adversus omnem hominem, excepto rege Hungariae, prout in antiquis nostris literis est expressum.

Insuper, quamdiu effectorum praedictorum adversus inimicos nostros assecuti non fuerimus, sibi non tenebimus suffragari; hoc tamen adjecto, quod in hoc medio suis inimicis per nos vel nostros non cooperabimus vel assistemus opere, consilio vel favore, et supradictos galeatos, quos in adjutorium nobis destinare tenetur, sumptibus et expensis ac refusione damnorum sine dolo respicere promittit, quamdiu extra nostrum dominium fuerint constituti.

Sique limitibus regni Poloniae, suffragio suo obtentis, aliqui occupatores de bonis et dominiis ad regnum nostrum Poloniae non pertinentibus, exterminati vel expulsi fuerint, medietatem bonorum et dominiorum hujusmodi praedicti d. Imperatoris et regis Boemiae, residuam vero nostris usibus decernimus applicandam.

Et omnia et singula, quae in hujusmodi nostris litteris contenta noscuntur, de verbo ad verbum, sicut ibidem exprimuntur, ad literam inviolabiliter observare promittimus et tenemur, sub omnibus modis et conditionibus, prout in eisdem litteris sub dato, loco et tempore praelibatis invenitur expressum; eo duntaxat excepto, quod de pecuniis omnibus, de quibus eaedem literae mentionem constituunt, dictus d. Imperator et B. rex ac fidejussores et compromissores sui liberi sint totally et penitus absoluti, sicut serenissimus princeps, d. Ludovicus rex Hungariae, frater noster carissimus, praefatum d. Imperatorem et regem B. de ipsis pecuniis autoritate procuratoria vice et nomine nostris absolvisse dinoscitur et sicut etiam nos praefatum d. Imperatorem et regem B., fidejussores et compromissores ipsius ad instar dicti regis Hungariae specialibus litteris nostris rite quietavimus et liberos dimisimus ac penitus absolutos.

Si vero (quod absit) praedictum suffragium nobis per nos requisitus facere vel mittere neglexerit, ex tunc pro eodem suffragio, quoties neglexerit, ipsum et filios suos, si quos habuerit Domino permittente, aut eo absque heredibus deceiente, illustrem principem, d. Johannem marchionem Moraviae, fratrem suum praedictum, in eum casum, ubi sibi et regno Boemiae successerit, debebimus et poterimus ammonere.

Praesentium nostrae majestatis sub sigillo testimonio literarum.

Actum et datum Pragae a. D. 1356 die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

(A. K. — *Brandl IX. 13.* — *Cf. n. 282.*)

**394. Kazimirus rex Poloniae renuntiat juribus suis in ducatibus Svidnicensi et Jaurensi.**

**1356, 1. Maii.**

List Kazimíra krále polského, že dává své právo ciesaři Karlovi i budúcim kralom českým na kniežetství Svidnickém a Javorském a zavazuje se koruně české pomáhati proti nepřátelům.

Kazimirus D. gr. rex Poloniae, Russiae necnon Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuyaviae et Pomoraniae terrarum et ducatum dominus et heres. Notum facimus

(*Contextus idem ut in litteris Ludovici regis Hungariae ddo Budae, 1353, VI. Kal. Junii. — Vid. n. 332.*)

Actum et datum Pragae a. D. 1356, die b. Philippi et Jacobi apostolorum.

(A. K. — *Goldast App. XLIX.* — *Grünhag'n I. 507.* — *Balbin VIII. p. 67.*)

**395. Kazimirus Poloniae rex renuntiat oppidis Bitschin et Kreuzburg pro ducatu Plocensi.**

**1356, 1. Maii. (Pragae.)**

List Kazimíra krále polského, jímž vyznává, kterak ciesař Karel jemu a Ludvikovi králi uherskému, kniežetstvie Plocenské dává, a oni zase oddali se jemu s městečkem Byčín a Krucemburk i budúcim kralom českým pod manstvie.

(*Contextus idem ut in litteris Ludovici Hungariae regis ddo. Budae 1353, VI. Kal. Junii. — A. K. — Goldast App. L. — Balbin VIII. 68. — Arch. S. Wenc. — Vide n. 333.*)

**396. Castri Wildenstein infeudatio.**

**1356, 3. Maii. (Pragae.)**

List Rydigara z Sporneku, kterýmž se zavazuje s zámkem svým Wildensteinem pod manství ciesaři K. i budúcim kralom českým. (A. K.)

**397. Joannes Francorum rex obligat se Carolo Imp. et regi.**

**1356, m. Maii. (Parisiis.)**

Odpověď na první závazek od toho Jana krále Francského, kdež se zavazuje, dědice i budúcí krále francské ciesaři Karlovi, králi českému, dědicom i budúcim pomáhati. (A. K.)

(A. K. — *Cf. Pelzel K. Karl IV. n. CCLXXI.*)

**398. Domini a Rosenberg, Petrus, Jodocus, Ulricus et Joannes fratres, subjiciunt se integraliter Carolo regi.**

**1356, 21. Junii.**

(*Balbin VIII. 66. — Brandl IX. 20.*)

**399. Compromissum Wenceslai ducis Legnicensis cum Catharina matre sua.**

**1356, 26. Julii. (Pragae.)**

List smluvčí mezi kniežetem Václavem z Lehnic a kněžnou Kateřinou, matkou jeho, mezi nimiž jest ciesař Karel výpověď učinil (A. K.)

**400. Joannes marchio Moraviae promittit, si eum per successionem in regem Boemiae coronari contigerit, quod nihil penitus ab eo regno et corona alienabit.**

**1356, 1. Augusti.**

Nos Johannes D. gr. marchio Moraviae. Notum facimus tenore praesentium universis, quod attendentes labores multiplices et multae circumspectionis solertiam, quibus serenissimus et invictissimus princeps et dominus, d. Karolus IV. R. I. s. a. et B. rex, dominus noster gratiosus, regnum Boemiae et felicem ipsius coronam feliciter exaltavit, ut huiusmodi providi laboris gratum exercitium effectu non careat, sed quod per eum felici principio ortum suscepisse dinoscitur, sollicitudine succendentium sibi regnum Boemiae pro regni gloria felici semper incremento proficiat et beatae sortis favore dilatetur,

promittimus bona fide, sine dolo, et sub juramento, quod super eo ad sancta Dei evangelia corporaliter praestitisse dinoscimur, pro nobis, heredibus et successoribus nostris omnibus, quod in eventum, ubi iuxta declarationes alias, quas praedicti domini nostri disposuit laudanda provisio, nos seu heredes nostros in regno Boemiae continget voluntate divina succedere, quod tunc in eodem instanti, prius et antequam nos aut dicti heredes nostri ad praefati regni fastigia coronemur et antequam de manibus Pragensis archiepiscopi nos seu dictos heredes nostros eandem coronam contingat suscipere, in praesentia principum, baronum, procerum et nobilium ac etiam civitatum dicti regni Boemiae quos et quas tunc interesse continget seu qui commode poterint et voluerint interesse adhibitis ceremoniis et solemnitatibus consuetis et debitibus, publice iurabimus, super sanctis Dei evangeliis, tacto ligno sanctae crucis, quod nunquam aliquo tempore principatus, dominia, vasallagia, vasallatus et pertinentias regni Boemiae alienabimus aliquo etiam alienationis titulo, quibuscumque valeat specialibus vocabulis designari, imo verius praedictum regnum, principatus, dominia, vasallatus et pertinentias ipsius, in sua plena et perfecta integritate et plene absque omni diminutione servabimus et ad incrementum talium principatum, dominorum, vasallatum et pertinentiarum regni et coronae Boemiae intendemus continuo ferventibus desideriis bona fide et iuxta nostrarum virium facultatem.

Praesentium sub nostro sigillo testimonio litterarum.

Datum Pragae a. D. 1356 die ad vincula sancti Petri Apostoli gloriosi.

(A. K. — *Goldast Suppl. XLIV.* — *Brandl IV.* 28.)

**401. Litterae Majoris civitatis Pragensis ddo. 5. Aug. 1356; accedunt litterae civitatis Olomucensis, Brunensis, Znoymensis atque Iglaviensis ddo. 9. Augusti 1356.**

**1356, mense Augusti.**

List Brněnských měšťan, kdež vyznávají, jestliby Buoh markrab moravského bez dědičov mužského pohlaví neuchoval, že to markrabstvie má spadnúti na krále českého, a tu ukazují na listy, kteříž sú na to zděláni mezi ciesařem Karlem a markrabí moravským Janem.

Takovýž list od Znojemských v táz slova i téhož leta datum.

Od Jihlavských v táz slova a datum téhož leta.

Od Olomúckých takovýž a téhož léta datum.

Nos      *judex et jurati Majoris civitatis Pragensis.*

Notum facimus ten praes. univ., quod quia in literis serenissimi principis ac invictissimi domini, d. Karoli Imp. s. a. et gloriosissimi B. regis, domini nostri generosi, quas ipse sano principum, baronum et procerum suorum accedente consilio, animo deliberato, non per errorem, sed ex certa scientia, illustri et magnifico principi, d. Johanni marchioni M., germano suo, super infeudatione marchionatus M. et ejus pertinentiis erogasse dignoscitur, quaedam specialis clausula reperitur expressa, cuius tenor sive summa sequitur in haec verba: „Et quamvis de jure communi . . . quomodolibet removeri“. (Vid. n. 296 et 297. art. VII.)

(*Litt. civit. morav.: Nos      judex et      jurati cives civitatis etc., quod quia in literis magnifici et excellentis principis, d. Joannis, marchionis Moraviae, domini nostri gratiosi . serenissimo ac invictissimo principi et domino d. Karolo R. I. v. a. et gloriosissimo B. regi, super recognitione feudi marchionatus Moraviae etc.*)

Considerato nihilominus et extra formam praecedentis articuli diligenter inspecto, quod si consortes sive conjuges praedicti domini nostri Imperatoris et regis B., necnon marchionis M. seu earum alteram, in tempore obitus alterius dominorum praedictorum praegnantes seu praegnantem fore contingere, quod tunc proles ipsa, si masculina fuerit, patri suo juxta formam expressam in praecedenti articulo sine qualibet difficultate succedat; si vero femella fuerit, quod tunc provideatur eidem, sicut superius est expressum.

Adjecit etiam d. Imp. et rex B. praedictus et similiter extra articulum contentum in litteris infeudationis praedictae, ad habundatioris cautelae praesidium rite decrevit, quod in supradictis principatibus, videlicet regno B. et marchionatu M. primogenitus in regem sive marchionem assumi debeat, aut eo non existente, secundogenitus, vel in defectu secundogeniti, si fortasse non foret, tertio- genitus, aut quartogenitus, vel quintogenitus, quique fuerint et sicut se casus obtulerit vitae seu

mortis eorum, sic quod dignitas regni et coronae B. et marchionatus similiter penes illum remaneat, qui paterno stipiti regis vel marchionis conspicietur in procedenti linea fore propinquior,

ea conditione, quod si primogenitus, secundogenitus, tertio-  
genitus, quartogenitus seu quintogenitus, quotque etiam  
fuerint, ante obitum patris decederent et quilibet eorum mascu-  
linos heredes filios post se dimitteret: tunc regnum praedictum  
B. ad filium primogeniti regis et marchionatus ad filium mar-  
chionis primogeniti sine difficultate qualibet devolventur, cum  
quilibet eorum paterno stipiti propinquior videatur.

Si vero primogenitus non quidem filium, sed nepotem,  
et secundogenitus filium post se dimitterent: tunc principatus  
huiusmodi ad filium secundogeniti, non ad nepotem primoge-  
niti, devolventur.

Et hoc idem est de filiis et nepotibus tertio-  
geniti, quintogeniti, et sic de singulis perpetuo sentiendum,  
cum utique filius secundogeniti paterno stipiti propinquior,  
quam nepos primogeniti\*), videatur.

Nos igitur ad mandatum praefati domini nostri Impera-  
toris et regis B., quod ab ipso tamquam rege B., vero et  
naturali domino nostro, reverenter accepimus ac de certa ipsius  
scientia, non per errorem aut improvide, sed matura delibe-  
ratione praevia, nobis ob hoc pluries in consilium convocatis,  
de verbo, scitu, voluntate et expresso consensu seniorum et  
universitatis nostrae promittimus et bona nostra fide spon-  
demus, sine dolo, praefato domino nostro marchioni, heredibus  
et successoribus suis; Moraviae marchionibus, praedicta omnia  
et eorum quodlibet sub omnibus sententiis, punctis et ver-  
borum declarationibus, sicut prius invenitur expressum in  
casibus superius declaratis, quando seu quotiens emerserint,  
attendere, observare et adimplere et offerente se casu iuxta  
summam, quae declaratur superius, tam in articulo praenotato,  
alias in literis infeudationis contento, quam in aliis adjunctis  
eidem, ad praefatum dominum marchionem duntaxat aut ejus

\*) Litterae civitatum moravicalium post verba „quam nepos primo-  
geniti“ addunt: „et etiam nepos secundogeniti eidem paterno stipiti vici-  
nior quam utique pronepos primogeniti“ — videatur.

heredes et successores, marchiones Moraviae, tamquam ad verum et naturalem dominum, fide, homagio et obedientia habere respectum, sibique in dictis casibus, secundum formam praecedentis articuli et aliarum declarationum, quae exprimuntur superius, vel suis heredibus et successoribus, marchionibus Moraviae, tamquam veris legitimis naturalibus et ordinariis dominis nostris in omnibus obedire, dum tamen praefati marchiones Moraviae aut alter eorum, cuius iuxta declarationem praecedentium summarum tunc interfuerit, filiabus regum B., dominorum nostrorum, si quas post se dimiserint, rite provideant, ut praefertur.

In cuius rei

Datum Pragae a. D. 1356 die quinta mensis Augusti.

(*Orig. in archivio Statuum Moraviae inter privilegia n. 5 et 116. — Goldast Suppl. XLV—XLVII. — Dobner Mon. IV. — Brandl IX, 29, 31, 32, 33, 34.*)

#### 402. Castri Freudenberg cum oppido Friedland infeudatio.

1356, 8. Augusti. (Pragae.)

Freudenberg a Fridlant. List Ješkuov z Rožďalovic, že císař Karel, král český, prodává jemu zámek Frydemberg s městečkem Fridlantem, a k tomu že jej pod léno přijal a zavazuje se budúcim kralom českým i koruně.

(A. K. — *Brandl IX. 30.*)

#### 403. Fratrum de Bischofswörde obligatio feodalis.

1356. 1. Septembris.

List Pavla, Františka a Jindřicha z Bischofswerdu, kterýmž vyznávají za se i za své strýce a budúcí, že se poddávají kralom českým a koruně pod léno k věčnosti.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXVII.*)

**404. Castri Janovice cum oppido Janovice infeudatio.**

**1356, 4. Octobris. (Sulzbachii.)**

Janovice s městečkem. List Rackuov z Janovic, že zámek Janovice i s městečkem od císaře Karla přijal pod léno a zavazuje se budúcim kraluom českým a koruně.

(A. K. — *Brandl IX. 38. — Cod. II. 3, p. 41.*)

**405. Castri Wildenfels infeudatio.**

**1356, 16. Octobris. (Sulzbachii.)**

List Fridricha, Jetřicha, Albrechta a Oty bratří z Wildenfelsu, že sú zámek Wildenfels císaři K. a budúcim kralom českým pod léno oddali.

Albrecht Forsch z Turnova, kterak jménem oněch bratří léno přijal od císaře K. na zámek Wildenfels a kterak od budúcich kralov českých a koruny přijímati má.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXII.*)

**406. Venditio castri Žleb.**

**1356.**

Žleby. List Anežky někdy manželky Hynkovy z Žlebuov, že zámek Žleby prodala císaři Karlovi i budúcim jeho, kralom českým, i koruně. (A. K.)

**407. Principes electores Imperii testantur dignitatem archipincernatus et votum electorale competere regibus Boemiae.**

**1356, 11. Decembris.**

List arcibiskupa Mohutského Gerlacha, kterýž vyznává krále českého i budúcí krále české pravé a dědičné šenky říšské a že při volení císaře v koruně podle císaře seděti má, ale služby jemu v koruně ciniti nemá, a při volení císaře s nimi společně hlasu svého užívati má.

Nos Gerlacus D. gr. s. Moguntinensis sedis archiepiscopus, sacri Romani Imperii per Germaniam archicancellarius.

Ad perpetuam rei memoriam.

Desideratae pacis laudanda praesidia absque principum gubernatione felici persaepe tanquam navem remige destitutam dubiorum anfractibus fluctuare contingit et tanto periculosius et utique majori dispendio, quanto rectores publicos, illustres vid. principes, quos divina providentia in consolationem sui

fidelis populi clementer instituit, juribus et potentia fuerint negligentius destituti. Quo fit, ut principum quorumlibet emunitates, nobilitates et jura diligenter custodiri debeant et in sua integritate servari, ac illorum **maxime**, qui tanquam fundamenta et columnae fortissimae sacri Imperialis aedificii thronum caesareum gratis attollunt decoribus, quibuscunque Dei gratia pia dignatione tradidit eum eligere, cuius potentia totius mundialis machinae regitur monarchia.

Sane licet de juribus serenissimi principis, domini regis Boemiae electoris, illustrissimi conprincipis et collegae nostri, nulla sit aut fuerit juris seu facti dubietas, quin ipse ab atavis, proavis, avis et progenitoribus suis, ad instar nostri et quorumlibet aliorum coelectorum principum in electione Romani regis ad imperium promovendi pleno jure sit fruitus hactenus et fruatur, sicut hoc luce clarius semper apparuit ab eo tempore, cuius apud homines memoria non existit: tamen quia nonnulli filii tenebrarum oculis coecutientibus a divina luce remoti, in meridiana claritate palpitant sicut in noctibus, et offendicula et laqueos praeparant iniquitatis et sceleris, diabolica invidia suggestente, jugum veritatis deferre prae mole gravissimi ponderis coagulati mendacii nequeentes, super ipsis offendiculis corruunt et suorum laqueis iniquorum conceptuum se involvunt, ut lucem tenebras judicent et tenebras ipsam lucem —

igitur ad abundantioris cautelae prasidum, ut praefato serenissimo principi, domino regi Boemiae, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae, in perpetuum securius caveatur et omnium dubietatum amputentur caluniae et ne quibuslibet otiose loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed multa investigatione praevia et a multis veridica informatione recepta, maturo consilio, una cum universis aliis coelectoribus, conprincipibus et collegis nostris, tam spiritualibus quam secularibus, de certa nostra scientia, recognoscimus, dicimus et dictante conscientia publice profitemur: quod serenissimi principes et illustres B. reges ab atavis, proavis, avis et progenitoribus suis ab eo tempore, cuius apud homines memoria

non existit, habuerunt continuo habent, et habere debent jus et vocem plene et omnimode ad instar nostri et aliorum conprincipum, coelectorum et collegarum nostrorum, tam spiritu-alium quam saecularium, in electione Romani regis ad imperium promovendi, ita videlicet, ut quotiescumque casus talis electionis emerserit, serenissimus dominus princeps, d. rex B., qui pro tempore fuerit, ad celebrationem electionis illius solemniter vocari debeat et in ipsa electione omnibus viribus suis, voce videlicet et loco et aliis quibuslibet ad hoc spectantibus, per se vel nuntios legitimos et ambassatores suos, ad instar nostri et omnium aliorum conprincipum, coelectorum et collegarum nostrorum, tam spiritualium quam saecularium, qui sunt et fuerint pro tempore, sicut praemittitur, in omni reverentia et honore gaudere, sicut de jure et more sacri Imperii principes electores talibus freti sunt temporibus retroactis. Quodque praefatus serenissimus princeps, dominus rex B., sacri Romani imperii archipincerna consistit ac archipincernatus officium coram Imperatore vel rege Romanorum in solemnibus curiis sub corona regali exercere non debet neque tenetur ad hoc, nisi illud velit facere spontanea voluntate; poterit tamen juxta beneplacitum in praesentia Imperatoris vel regum Romanorum, dum solemnies curias huiusmodi celebrari contigerit, procedendo vel sedendo vel stando regalem gestare coronam, sicut hoc serenissimorum principum, dominorum regni B., progenitorum et praedecessorum ipsius, consuetudo laudabilis ab olim noscitur observasse.

In cuius rei etc.

Datùm Metis anno D. 1356, dominico die proximo ante festum beatae Luciae virginis.

Ostatních šesti korferstov světských i duchovních německý list v táz slova jako napřed psaný, i datum téhož léta.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Balbin Misc. VIII. p. 69.* — *Brandl IX, 41.*)

**408. Principes electores denuo consentiunt incorporationi castrorum et oppidorum in Bavaria, inclusis castris Neidstein, Wildenfels et Schellenberg.**

**1356, 1. Decembris. (Metis.)**

Listové korferštuov, kteří jednostajně přivolují a potvrzují prodaje a spojení zámkův, měst a městeček (v Bavorích) k království českému.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Cf. n. 381.*)

**409. Principes electores testantur, Plawen esse regum et coronae Boemiae feudum perpetuum.**

**1356, 12. Decembris.**

Korferštové Říše povolují a potvrzují manství Plavna, aby páni z Plavna i jich panství slušela k manství po věčné časy k koruně české.

Gerlacus D. gr. s. M. s. archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices imperialium sollicitudinum meditationes, quibus serenissimi ac invictissimi principis et domini, d. Caroli IV., d. f. cl. Rom. Imp. s. a. et B. regis illustris, domini nostri gratiosi, generosus animus pro grata subditorum quiete hinc inde distrahitur, ad desideratam pacem et felix augmentum insignis regni sui B. oculos deliberationis suae, sicut dignum est, quadam specialitate conversit, tantoque (*contextus ut in prooemio bullae aureae ddo. 5. Apr. 1355, n. 365 pag. 393*) . . . gratiosi.

Sane, sicut notorium esse dignoscitur, qualiter nobilis vir, quondam Henricus senior de Plawen, oppidum suum Plawen, etc. (*expositio historica, Cf. n. 66, 67, 68, 295.*)

Desiderans ergo magnopere idem serenissimus dominus noster, d. Imp., ut praedicti regni sui B. diutius optata multipliciter felicitas ex ubertatibus et commodis vasallorum nobilium augmento felici proficiat, ad hoc praecipue aciem mentis suae convertens, qualiter infrascriptum feudum, vid. oppidum Plawen cum oppidis, villis, bonis, territoriis, districtibus et aliis omnibus et singulis superius expressatis, quae cum eodem regno suo immediate confiniant, pro illustrissimorum principum, dominorum regni B. et ejusdem regni coronae commodis et profectibus, ad honorem s. Rom. Imperii, non solum expediant, imo necessariae videantur (*sequitur contextus similis qui est in bulla aurea ddo. 1355, 5. Apr. — Vide n. 365, pag. 394.*) . . . augeantur,

animo deliberato, diligenti nihilominus et maturo nostro et aliorum principum et comitum, procerum et baronum et fidelium sacri Imperii et suorum accidente consilio, de certa scientia, habito respectu ad causas evidentes superius jam expressas et ad alia justa motiva, quae imperialem ejus celsi-

tudinem ad hoc prosequendum rationabiliter inducebant, recepto ab eodem Henrico et Henrico fratribus fidelitatis, ut praemittitur, et homagii juramento solito et solenni, tactis per eos sanctis evangeliis, ipsi domino nostro Imperatori et regi B. ipsos de memorato feudo adhibitis, debitibus et consuetis solemnitatibus investivit; imperiali perpetuo valituro temporibus decernens edicto, ut praedicti Henricus et Henricus fratres et eorum in feudo seu oppido et bonis suprascriptis heredes et successores, exnunc in antea sui tanquam regis B. et coronae regni ac successorum suorum, B. regum, vasalli et feudales censeantur et sint; oppidum quoque et bona omnia supradicta per ipsos ab eodem domino nostro, d. Imperatore ut a rege B. et a corona et successoribus suis, regibus B. memoratis, dependere censeantur in feudum, realiterque dependant et tanquam talia ab ipso et ab ipsa corona et successoribus regni B. perpetuo teneantur; idem dominus noster et corona et successores praedicti, reges B., omni jure, eminentia, superioritate et dominio, quod et quae vero, legitimo ac ordinario feudi domino in feudalibus et vasallis et eorum feudis de jure et more vel consuetudine competit, inconvulse et immutabiliter, perpetuo et absque quovis impedimento gaudeant et fruantur.

Cumque praefati Henricus et Henricus fratres de memoratis oppido, bonis et pertinentiis tanquam vero feudo ab ipso domino nostro Imperatore ut a rege regnoque et a corona B. legitimate dependente, sibi tanquam regi B., naturali, hereditario et ordinario domino suo, sicut praemittitur, obedientiae, homagii et subjectionis debitae praestiterunt juramentum, teneantur etiam et debeant heredes et successores eorum perpetuo, dum et quoties casus emerserit, dicto domino nostro, heredibus et successoribus eius, B. regibus et eiusdem regni coronae, praestare et facere consimilia juramenta; sub poenis omnibus, quae vasallorum negligentias in eiusdem regni B. privilegiis infliguntur. Feudum etiam praedictum cum omnibus ab eo dependentibus, sub omnibus conditionibus, modis et verborum expressionibus, sicuti praemittitur, dicto regno B. et ipsius regni coronae in perpetuum auctoritate imperiali saepe dictus dominus noster, dominus imperator, de imperialis

suae plenitudine potestatis incorporavit, adjunxit, appropriavit, annexuit, inseparabiliter univit et invisceravit; omnem defectum, si quis in his ex parte solemnitatis omissae, obscuritatis, dubietatis seu defectus verborum aut sententiarum vel alio quovis modo compertus fuerit, de jam dictae imperialis plenitudine potestatis supplevit, non obstantibus legibus, constitutionibus vel statutis publicis seu privatis aut municipalibus in contrarium editis, quibus omnibus, si et in quantum praecedentibus ejus intentionibus et factis in toto aut in parte contrariae censentur, autoritate et potestate praedictis simpliciter derogavit.

Decernens et statuens (*n. 365, p. 396*) retineri.

Quod si quis (*n. 365, p. 397*) .. sub omnium jurium, libertatum, gratiarum et honorum, quibus regalis benignitas providit eisdem, amissione.

Teneantur etiam .. (*n. 365, p. 397, 398*) perseverent.

Nos igitur, qui supra, Gerlacus, arch. Mog. s. I. per G. archicancellarius, ex eisdem rationibus et evidenter causis, quibus antedictus serenissimus princeps et dominus noster, dominus Imperator, circumspecta sua providentia motus fore dignoscitur et ex omnibus praedictis tanquam ex motivis legitimis s. Rom. imperii magnificum statum prouidentibus propensius animati, supradictis infeudationi, incorporationi, adjunctioni, appropriationi, annexioni, unioni, decreto, inhibitioni, statuto, derogationi, poenarum adjunctioni et omnibus aliis, quae expressata superius, velut arch. Mog. s. I. per G. arch. et princeps elector, animo deliberato et sano praecedente consilio, nostrum benevolum consensum adhibemus praesentibus et assensum, ac supradicta omnia et singula et eorum quodlibet in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis et clausulis, de verbo ad verbum, prout supra videntur expressa, ex officii nostri debito laudamus, approbamus, ratificamus et de certa nostra scientia confirmamus plenissime, perpetuis temporibus valitura.

Praesentium sub nostro sigillo testimonio literarum.

Datum Metis anno D. 1356 feria secunda ante diem beatae Luciae virginis.

(A. K. — *Balbin VIII.*)

**410. Carolus junior, Joannis regis Franciae primogenitus, renovat unionem cum Carolo IV. initam.**

**1356, mense Decembri.**

List Karla mladšíeho, prvního syna Jana krále franckého, kdež ten závazek otce svého k ciesaři Karlovi, králi českému, dědicům i budúcím učiněný obnovuje a též se zavazuje pomáhati

Carolus, primogenitus regis Francorum, dux Normandiae et delphinus Viennensis.

Notum facimus tenore praesentium universis, quod sicut pridem serenissimus princeps, dominus et genitor noster, Joannes, rex Franciae, dum esset in minoribus constitutus, animo deliberato, cum serenissimo principe domino Carolo IV. Rom. Imp. s. a. et B. rege illustri, domino et avunculo nostro carissimo, sub anno D. 1347, dum ipse adhuc in minoribus constitutus foret, pro se, heredibus et caeteris fratribus nostris, vid. Ludovico Andegavensi, Joanne Putamensi comitibus et Philippo juniore, fratre nostro, tum ratione genealogiae, tum ratione sincerissimae dilectionis, qua personam ipsius prosequebatur et affectu sincero prosequitur, foedera circa colligationes, promissiones et uniones initit, prout literae utrinque datae desuper clarius attestantur: sic et nunc nos, qui supra, Normandiae dux, in persona nostra eadem promissa et colligantias ad instar promissorum veterum dicti genitoris nostri in Dei Salvatoris nostri nomine pro consolatione regnum et grata salute subjectorum nobis ex utraque parte fidelium, sicut ex praecedentibus pactis rite quidem teneri dignoscuntur, innovamus, firmamus et corroboramus, sub tenoribus infra scriptis:

(*Contextus idem ut in diplomate Joannis Franciae ddo. 1355, mense Maii. — Vid. n. 369.*)

Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, praesentibus literis nos fecimus apponi sigillum.

Datum Metis a. D. 1356 mense Decembri.

(A. K. — *Goldast Suppl. XLIII. — Brandl IX. 45. — Cf. n. 255.*)

**411. Debitum Caroli, locumtenentis regis Francorum.**

**1356, 28. Decembris. (Metis.)**

Carolus, primogenitus et locumtenens regis Francorum, confitetur se a Carolo IV. summam 50 millium florenorum pro necessitatibus regni Franciae mutuo recepisse, ad quorum solutionem sese obligat.

(*Arch. S. Wenc.*)

**412. Infeudatio arcium Pleyenstein et Reichenstein ab electoribus approbatur.**

**1356.**

List Gerlacha arc. Moh., v němž svědomie dává, že Hanuš (Jan) lantkrabi z Leuchtenberka od sebe a od bratra svého Oldřicha přijali súléno na zámku Pleyensteině a Reichensteině od ciesaře K. k koruně české.

List Ruprechta st. falckrabi na Reynu, že Jan lantkrabi Leuchtemberský před něho i jiné korferšty předstaupil a vyznal, že se jest dobrovolně s svými zámky Pleyenstein a Reichenstein ciesaři K. i budúcim králom českým pod manstvie oddal, a na to jest Ruprecht za se i za jiné korferšty povolení dal.

(A. K. — *Cf. 305.*)

**413. Monasterii Pergen cum castro Pretenstein regi Boemiae obligatio.**

**1356.**

List abatyše z kláštera Pergen i konventu, že se ciesaři K. a budúcim kralom českým s zámkem Prettnstein zavázali, proti němu nebyti, ale jemu i budúcim kralom českým slúžiti. (A. K.)

**414. Domini de Bechaldschienen regi Boemiae obligatio feudalis.**

**1356.**

List Leoparda z Baechaldschienen, že s šesti dvory ve Bezecnov a s mlýnem Bolenov a vsí Oldřichovicemi ciesaři K. a budúcim kralom českým i koruně dává se v manstvie. (A. K.)

**415. Castri Hoyerswörd acquisitio emptitia.**

**1357, 28. Junii et 1. Novembris.**

List, kdež Jan a Gunther hrabové z Schwarzburka, prodávají ciesaři Karlovi a JMsti budúcim kralom českým, zámek Hoyerswerd pro XIV sex. gr. Pr.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXXVII & CLXXIX.*)

**416. Munitionum Landscron et Tuchoraz in Lusatia  
atque castri Fridland et Hammerstein in B. infeudatio.**

**1357, 8. Novembris (s. l.).**

List Fridricha z Bybrsteina, že zámek Fridland a Hammerstein a tvrzi Lanckróna a Tuchorazi se vším příslušenstvím poddává v manství ciesaři Karlovi a budúcim kralom českym a zavazuje se k koruně na věčnost.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Lunig I. n. CLXXVIII.* — *Cod. II. 3. p. 42.*)

**417. Oppidi et munitionis Pegniczensis emptio  
venditio.**

**1357, 16. Novembris. (Grecz.)**

List Ulrycha a Jana lantkrabí z Luttmbergku, že sú ciesaři Karlovi, českemu králi, dědičně prodali za V set k. gr. Pražských důchody, které sú v starém městě Pegnic na penězích, obilí, sýřích a jiných věcech.

List Ulrycha a Jana lantkrabí z Luttmbergku, že dobrovolně s radu svých přátel prodali město a tvrz Pegnicz s dvory a jinými věcmi příslušejícími za IX set k. gr. Pražské mince ciesaři Karlovi jakožto českemu (králi), dědicom i budúcim českým králuom a koruně české.

List týchž Ulrycha a Jana, kdež přikazují všem obyvatelům v Pegnici, aby poddání byli a přisahali ciesaři Karlovi českemu králi a koruně české jakožto svým dědičným pánom.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXXX—CLXXXII.*)

**418. Promissio Alberti comitis palatini.**

**1357, 27. Decembris. (Pragae.)**

Albrecht pfalzgraf und herzog in Baiern, verbindet sich für sich und seinen bruder, herzog Wilhelm, dem Kaiser Karl IV. als könige in Böhmen stets treu u. behilflich zu sein gegen jedermann.

(*Arch. S. Wenc.*)

**419. Castri Dittresdorf infeudatio.**

**1357.**

List Theodorika, Wolfarta a Oldřicha bratří z Saczenhoffen, že sú zámek svůj Ditreichsdorf poddali ciesaři K. v manství i budúcim kralom českym.

A jest druhý list v táž slova. (A. K.)

**420. Receptio castri Parkstein et oppidi Weyda ad vitae tempora per episcopum Mindensem.**

**1357 (s. l. et d.).**

List Ditricha biskupa Mindenského, že ze zvláštní milosti ciesař Karel ráčil jest jeho obdařiti zámkem Parksteinem a městem Weydú, a tu zavazuje se, že po jeho smrti beze všech nesnází ten zámek se vším má zase králi českému a k koruně české připadnúti. (A. K.)

**421. Alberti comitis palatini obligatio.**

**1358, 1. Januarii. (Pragae.)**

List Albrechta falckrabí, kdež se, dědice i budúci zavazuje Karlovi českému králi dědicom i budúcim, že nemá hraduov, měst etc. v zemi české kupovati ani kterého usedlého v službu přijímati, bez povolenie zvláštnieho.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXXXIII.*)

**422. Albrecht pfalzgraf u. herzog zu Baiern, verzichtet für sich u. seine erben auf alle ansprüche zu den landen u. fürstenthümern, die zum kön. Böhmen gehören, u. verbindet sich, die könige von Böhmen in denselben freundlich zu fördern.**

**1358, 2. Januarii. (Pragae.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**423. Literae marchionum Misnae et lantgraviorum Thuringiae, quibus promittunt, quod tam ipsi quam heredes eorum perpetuo velint auxilio esse Carolo IV. et Joanni marchioni.**

**1358, 1. Martii. (Pragae.)**

List se třmi pečetmi kniežete Fridricha, Baltazara a Viléma lantkrabí z Durink a markrabí Míšenských, kdež sú se i syé dědice zavázali ciesaři Karlovi i markrabi Janovi moravskému i budúcim kralom českým, že mají pomáhati jim proti každému.

List Fridricha, Baltazara a Viléma lantkrabí durinských, markrabí míšenských, kdež sebe, dědice i budúci věčně zavazují Karlovi králi českému, dědicom i budúcim všem kralom českým pomocni býti.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXXXV. — Brandl IX. 90.*)

**424. Wilhelm landgraf zu Thüringen u. markgraf zu Meissen, gelobt dem K. Karl IV. u. seinem bruder Johann markgrafen zu Maehren, des letzteren tochter Elisabeth binnen acht jahren zur ehe zu nehmen u. ihr 12.000 sch. Pr. gr. zur leibgedinge anzuweisen.**

**1358, 1. Martii. (Pragae.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**425. Albertus Austriae dux tradit antiquas litteras castrum Floss attinentes Carolo regi.**

**1358, 2. Aprilis.**

List Albrechta kniežete rakúského, že ti listové na Flos nikdá jsú v moci nebyli krále Jana českého ani císaře Karla, syna jeho, aniž sú o nich věděli, než že tepruv Albrecht, knieža rakúský, nalezl jest je mezi svými listy a že je po svých raddách králi českému vrátil.

Nos Albertus D. gr. Austriae, Styriae et Carinthiae dux, dominus Carniolae, Marchiae et Portus Naonis, comes in Habsburg et in Kyburg, landgravius Alsatiae, dominus Phretarum. Notum facimus universis, quod infrascriptae literae, quarum tenor et sententia subsequitur, in potestate seu dominio serenissimi ac invictissimi principis domini, d. Caroli R. I. s. a. et B. regis illustris, domini nostri gratiosi, seu recolendae memoriae d. Joannis, quondam Boemiae regis, patris sui, nunquam fuerunt, sed quod apud nos et in nostris scriniis secretorum nostrum nuper et recenter inventae sint, ac domino nostro praefato sub dato praesentis literae assignata per nobiles Burghardum, burggravium Magdeburgensem, et Albertum de Buchheim, fideles nostros, quibus ipsas assignavimus dicto domino nostro deferendas. Tenor autem primae literae talis est:

(*Litterae Friderici II. Imp. ddo. Basileae a. 1212, 26. Sept. [donationes] et Melfiae a. 1231 mense Julio [investitura Wenceslai I. regis]. — Vide C. j. b. I. n. 25 et 34.*)

Igitur in testimonium etc.

Datum Viennae a. D. 1358, secunda Aprilis.

(A. K. — Pelzel K. Karl IV. Urk. CCLVII.)

**426. Castri Kostelec super Nigra Silva infeudatio.**  
**1358, 18. Aprilis.**

Kostelec. List Ješkuov z Kostelce, že zámek a ves Kostelec nad Cernými lesy oddává císaři Karlovi a budúcim kráľom českým pod manstvие.

(A. K. — *Codex j. b. II. 3, p. 43.*)

**427. Permutatio castrorum Kostelec et Veliš.**  
**1358, 1. Maii.**

List pana Jana Wartemberského, že jest freymark učinil s císařem Karlem na zámek Kostelec a jiné vesnice za zámek Veliš i s mestom a jinými vsemi k tomu příslušejícími. (A. K.)

**428. Terrigenarum Egrensum enuntiatio de terrae Egrensis impignoratione.**

**1358, 11. Maii.**

List Rudigra z Sporneku a všech jiných manuov, vyznávající, ač sú koli listové na zástavu Cheba ztraceni, že oni o tom dobře vědí, že sú byli zastaveni: Město Cheb s jinými příslušenstvími ve 40.000 hř. str. čistého a litého, a že se přiznávají k té zástavě a v ní trvati chtějí věrně a pravě se přidržeti králuov a koruny české až do výplaty.

Wir Rüdger von Sparneck, Trost Winchler von Kinsperch, eltel vnd jüngel brüder di Tossen, Chunrat Neyperger von Neyperch, Chunrat Neyperger von Prampuch, Heinrich vnd Engelhart di Raben von Wildstein, Michel vnd Niclas brüder di Förster von selben, Hans vnd Wentzlab brüder di Gözwein von dem Libenstein, gesezzen in dem Egerlande, bechennen offenlich mit disem brif

(*Contextus idem ut in litteris civitatis Egrae ddo. 1354, n. 360.*)

Des haben wir angesehen di redlich gezeuchnüss vnd küntlich vnterweisunge als da vor geschriben stet, vnd da von wir, di obgenanten Rüdger von Sparneck, Trost Winchler, bede Tossen. bede Neyperger, bede Raben, bede Förster und bede Gözwein, gesezzen in dem egenanten Egerlande, mit rat vnd wizzen, vnbetwungen, mit freyer willkür vnd mit wolbedachtem mut, für uns vnser erben vnd nachkommen haben gehuldet, gelobt vnd gesworn, hulden, geloben

vnd sweren dem obgenanten vnserm herren keyser Karln als einem künig zu Behem, sinen erben nachkommen, künigen zu Behem, vnd der cronen des selben künigreichs, dass wir geleicher weis als wir mit der stat vnd dem lande zu Eger vnd mit den vesten Flozz vnd Parkstein semmenthlichen zu einem rehten pfande für die obgenanten virtzigtausent marck silbers versetzt sein als da vor begriffen ist, in getrewe, holt, gehorsam vnd beigestendig sein schüln vnd wellen als vnserm rehtem herren.

Mit vrkünde ditzs brifs versigelt mit vnsern, der obenanten Rüdgers, Trosts, eltels vnd jüngels, Chunrads vnd Chunrads, Heinrichs vnd Engelharts, Michels vnd Niclass insigeln, die daran hangent, vnd mit meinem, des Hansen Hülers, purgers zu Eger, insigel, daz ich auch dar zu gehangen hab für di obgenanten bede Gözwein, di min eninchel sint, der fürmunt vnd pfleger ich bin, wan si selv noch niht insigel haben.

Geben zu Eger, do man zalt von Crists geburt dreutzenhundert iar, dar nach in dem ahtvndfünftzigsten iar, des nehsten freytages nach vnders herren aufgart tag.

List Albrechta Nothaffta a syna jeho také Albrechta, kteríž vyznávají jako svrchupsaní manové o zástavě Cheba. 1358.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Lunig I. n. CLXXXVI* — *Kiirschner VI.*)

**429. Rudolphus, dux Saxoniae, litteras Friderici II. R. I. ddo. 1212, 26. Sept. de castro Vloss etc. et ddo. 1231 mense Julio a ducibus Austriae, in quorum potestate dudum fuerant, Carolo IV. Imp. redditas, transsumit et laudat.**

**1358, 17. Junii. (Nurnberg.)**

(*Arch. S. Wenc.* — *Cf. I. n. 25, 34 et II. 430.*)

**430. Rudolph, herzog zu Sachsen, bekennt, dass die Veste Floss der krone Böhmen rechtes eigen u. nicht in der pfandschaft des Egerlandes mitbegriffen sei.**

**1358, 28. Junii. (Nurnberg.)**

(*Arch. S. Wenc.*)

**431. Acquisitio quorundam reddituum episcopi Bambergensis in Antiquo Pegnicz etc.**

**1358, 28. Junii. (Bambergae.)**

Leupoldus Bambergensis episcopus consentiente capitulo ecclesiae suae fatetur se certos fructus, proventus et redditus in Antiquo Pegnicz, Brun, Haimbrun, Lubenstein, Neuhof, Steinernenreut et Ibentstuck Carolo IV et coronae regni B. 600 sex. gross. Prag. vendidisse.

(*Arch. S. Wenc.*)

**432. Carolus IV. Imperator confirmat litteras Friderici II. Rom. Imp. anno 1212, 26. Sept. Basileae datas respectu donationis castri Floss.**

**1358, 30. Junii.**

Majestat ciesaře Karla, kterýž v sobě zavírá list ciesaře Fridricha o zámku Floss, krajině Milině etc. A ten také list zavírá v sobě list ciesaře Fridricha děda.

Carolus Quartus etc. etc.

Licet clarae memoriae illustres quondam B. reges, progenitores nostri, certa privilegia et litteras super quibusdam castris, terris et rebus aliis, quae specifice exprimuntur in eis, a sacro Romano Imperio praeclaris et acceptis meritis obtinuisse noscantur, sicut hoc in privilegiorum tenoribus manifestius declaratur: tamen, prout assertione illustris Alberti, Austriae, Styriae et Carinthiae ducis, principis et avunculi nostri dilecti, rite comperimus, huiusmodi litterae et privilegia in sua et progenitorum ipsius, ducum Austriae, potestate fuerunt multo jam tempore, nec ad usus nostros seu progenitorum nostrorum, regum B., hactenus pervenerunt; ex eo praecipue, quod clarae memoriae illustris Joannes, quondam Boemiae rex, genitor noster dilectus, in primo accessu suo ad regnum B. praefatum, tanquam advena, jurium, libertatum et conditionum regni B. et status eius ignarus nesciebat, si tales litterae habitae forent in thesauris regni et coronae praedictae, aut in eius tanquam B. regis potestate consisterent, quas tamen praefatus dux Austriae, dictus avunculus noster,

in scriniis suis reperiens, nobis tanquam regi et heredi B., ad quam jure spectabant, assignavit et reddidit amicabiliter et benigne, quarum tenor sequitur in haec verba:

(*Litterae Friderici II. ddo. 1212. 26. Sept. Basileae data  
Cod. j. b. I. n. 25. — Litterae ejusdem Friderici II. Imp. ddo.  
Melfiae 1231. mense Julio. Vid. C. j. b. I. n. 34.*)

Ne igitur heredes et successores nostri, B. reges illustres, et regnum B. et eiusdem regni corona, s. Rom. Imp. membrum nobile et insigne, huiusmodi negligentiis quaevis etiam dispendia piatiamur et potius in nostris juribus pro honore et augmento sacri Imperii debite foveamur: attendentes et industrioce mentis oculis limpidius intuentes, qualiter praefati progenitores nostri, ignari, ut in facti narratione praemittitur et ex litteris praefati ducis Austriae claret apertius, praefati progenitores nostri, B. reges, castri Floss, in praedictis imperialis alibus litteris expressum lucidius, adversus justae et legitimae suae potestatis titulum sibi nomine pignoris pro certis pecuniis sustinuerint obligari.

Ne talis negligentia nobis, heredibus et successoribus nostris, B. regibus, damnum, errorem seu negligentiam adferre valeat quovis modo, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed electorum et aliorum principum s. R. I. accedente consilio, de imperialis potestatis plenitudine ac de certa nostra scientia dicimus, pronuntiamus, declaramus, definimus et hac edictali constitutione rite duximus statuendum:

quod, cum lucide et evidenter appareat in praefatis privilegiis et litteris, qualiter illustres B. reges, progenitores nostri, jure et titulo donationis caesareae justam et liberam proprietatem castri Floss et pertinentiarum eius habuerunt et nos, heredes et successores nostri, B. reges, debeamus habere, et quod a titulo proprietatis huiusmodi nullo quidem jure, sed errore solum declinatum extiterit, quod videlicet praedictae imperiales litterae, quas super castro Floss ac aliis etiam expressis ibidem, per nos, genitores, reges B., a S. Imperio obtinuisse noscuntur, in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis et clausulis, sicut sunt expressae superius, perinde

robur firmitatis obtineant et in sua virtute perdurent, acsi proprietatis, feudi vel alterius juris, in litteris praedictis expressi, conditio nunquam foret errore, negligentia seu alias quomodolibet interrupta.

Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae declarationis, pronuntiationis, diffinitionis seu statuti paginam infringere seu ei quovis ausu temerario contraire, sub poena mille marcarum puri argenti, quas ab eo, qui contra fecerit, toties quoties contra factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus et recipi ac earum medietatem nostri imperialis aerarii sive fisci, residuam vero partem illustrium Boemiae regum usibus applicari.

(Signum serenissimi principis ac domini, d. Caroli IV. R. I. invictissimi et gloriosissimi, B. regis.)

Testes huius rei

Datum Nurnberg a. D. 1358, Indictione XI., secundo Kalendas Julii, regnum nostrorum anno XII., imperii IV.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Pelzel K. Karl IV. n. CCLVI.* — *Brandl IX. 105.*)

List Vilhelma Kolínského (*ddo. Coloniae 1358, 3. Augusti*), Gerlacha Mohutského (*ddo. Erenfels 1358, 20. Augusti*), Boemunda Trieského arcibiskupa (*ddo. Treveris 1358, 22. Julii*), Ruprechta falckrabí na Reynu (*ddo. Germirsheimb 1358 14. Augusti*), dva listy Rudolfa kniežete saského (*ddo. Normbergae 1359, 28. Junii*), Ludvíka bramburského markrabí (*ddo. Pragae 1360, 1. Febr.*), Otty markrabí bramburského (*ddo. Pragae 1360, 2. Febr.*). A ti všichni korfirstové svými listy vyznávají, že ten zámek Flos jest pravé dědictví kraluov českých a ačkolivěk v tom listu, kdež jest Cheb zastaven k koruně české a při tom zmínka jest o tom zámku Flossu, že jest to se stalo z omylu a že to k žádné škodě koruně české nemá býti.

(A. K. — *Lunig I. n. CLXXXVII, CXC, CCVIII, CCIX.*)

### 433. Principum electorum enuntiationes in causa venditionis castrorum Hohenstein, Herspruk et Auerbach.

1358, mense Julio.

List Ruprechta st. falckrabí, že Hohenstein, Herspruk a Auerbach k Říši lénem přísluší a k žádnému jinému. (*ddo. Heidelbergae 5. Julii.*)

(A. K. — *Lunig I. n. CXCI.*)

List Rudolfa kniežete saského, že mu svědomo jest o prodaji Hohensteinu, Herspruku a Auerbachu a že z těch léno běže od Říše. (*ddo. Normbergae 22. Julii.*)

Viléma Kolínského, Gerlacha Mohutského a Boemunda Trierského arcib. listové o prodaji těch zámkuov.

(A. K. — *Lunig I. n. CXCI, CXCIII. — Cf. 358.*)

#### 434. Castri Spremberg acquisitio emptitia.

1358, 20. Augusti. (Sulzbachii.)

List lantkrabi durinského Fridricha, kdež zámek svůj Spremberg prodává císaři K. i jeho budúcím, kralom českým.

(A. K. — *Lunig I. n. CXCIV.*)

#### 435. Literae reversales ducum Olesnicensium de servitio castri Milicz.

1358, 26. Septembris. (Wratislaviae.)

List což se zámku Miliče dotýče, kdež Kunrát knieže Olešnické vyznává za se i za své dědice, že hrad jeho Milič má vždycky otevřen býti kralom českým ke každé potřebě, proti všem lidem, žádného nevymíňujíc.

(A. K. — *Balbin VIII. p. 228. — Grünhagen II. 36.*)

#### 436. Emptio oppidi Bernow ad castrum Floss.

1358, 7. Octobris.

Listové dva Mikuláše opata Waltsasského, že císař K. jako král český vyplatil městečko Bernow i s vesnicemi k zámku Flossu, a to obrátil k koruně české na věčnost.

Nos fratres Nicolaus abbas etc., conventum facientes in nostro monasterio Waldsassen, Cisterciensis ordinis, Ratisbonensis diocesis, notum facimus tenore praesentium universis, quod cum villam Bernaw, quam serenissimus et invictissimus princeps et d., d. Carolus Rom. Imp. s. a. et B. rex illustris, dominus noster gratiosus, nunc in oppidum verti et murari constituit, infra scriptae villae vid. Ehenfeld, Breytenbrun cum desertis Gerbersreut et Steinbach cum suis pertinentiis

ad castrum Floz et jurisdictionem eius dudum et ab antiquo spectaverint et adhuc rite pertineant, et monasterio nostro Waldsassen a clarae memoriae quondam illustribus B. regibus, naturalibus et hereditariis dominis castri praedicti, nomine et titulo veri pignoris pro D sex. grossorum Pragensium usualis et currentis monetae rite fuerint obligatae, sicut easdem obligationis seu pignoris titulo dictum monasterium nostrum Waldsassen possedit et tenuit multis temporibus retroactis; et cum praefatus dominus noster pro se tanquam B. rege, heredibus et successoribus suis, B. regibus, et eiusdem regni corona dictum oppidum cum villis, juribus et pertinentiis memoratis, quae et quas possedit et possidet, a religioso viro domino Francisco, tunc abate et a conventu nostris cum debit is et opportunis solemnitatibus observatis, etiam omnibus, quae de jure vel approbata consuetudine ordinis nostri observanda fuerunt, pro antedictis quingentis sexagenis grossorum Pragensium juste redemerit et centum sexagenas grossorum praedictorum nobis addiderit de gratia speciali, pecuniam ipsam, utpote sexingentas sexagenas grossorum huiusmodi, nobis solvendo intergraliter et complete.

Cum igitur de tali redemptione sic legitime facta constet nobis indubie et pecunia praefata integraliter et sine diminutione soluta fuerit et nostri monasterii congruentibus usibus utiliter applicata: nos ipsam redemptionem seu exsolutionem cum omnibus ab ea dependentibus ratam et gratam habentes, dictum oppidum Bernaw cum supra scriptis villis, scilicet Ehenfeldt, Breytenbrunn ac villis desertis Gerbersreut et Steinbach cum agris, pratis, campis, pascuis, forestis, terris cultis et incultis, decimis, judiciis, censibus, redditibus et proventibus, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis ac omnibus et singulis eorum juribus ac pertinentiis, quaesitis ac inquirendis, quibuscunque nominibus nuncupentur, infra dicti oppidi et villarum et solitudinum praemissarum limites et circumferentias situatis, ad praefatum dominum nostrum Imperatorem tanquam B. regem, heredes et successores suos, reges B., et eiusdem regni coronam voluntarie, animo deliberato ac capitulari consensu remittimus tanquam

ad naturale et hereditarium dominium, nos omnibus titulis, quibus nobis dictorum bonorum possessio competit, penitus exuentes.

Promittentes pro nobis et successoribus nostris in perpetuum, bona fide, sine dolo, dictum oppidum, villas, bona et pertinentias nunquam aliquibus futuris temporibus arrestare, impetrare, postulare seu repetere, quovis ingenio seu colore quaesitis, jure vel facto, directe vel indirecte, publice vel occulte; renuntiantes expresse pro nobis, heredibus et successoribus nostris in perpetuum omni juri, juris actioni, impetioni, quaestioni seu titulo nobis in praedictis oppido Bernaw, villis, bonis et pertinentiis pridem aut nunc competentibus seu competituris in antea, jure vel facto, et omni canonum et legum auxilio, privilegiis, literis, statutis, reformationibus, praescriptionibus et auxiliis quibuscunque; renuntiantes etiam exceptioni non numeratae, non solatae seu pagatae pecuniae, non boni seu legalis auri vel argenti, et aliis omnibus simpliter, quibus dicta pecunia denuo repeti possit seu quomodo libet postulari.

Profitentes expresse, quod omnes et singulae literae et privilegia, si quas aut quae in lucem prodire contigerit, quibus nobis aut successoribus nostris pro antedictis oppido, villis, pertinentiis monitio, impedatio seu arrestatio adversus reges B. posset competere, nullius valoris existant vel existere debeant penitus vel momenti.

In quorum fidem etc.

Actum et datum in monasterio et capitulo nostro Walt-sassen praefato a. D. 1358, septimo die mensis Octobris.

(A. K. — *Pelzel K. Karl IV. n. CCLXV.*)

#### 437. Acquisitio castri Rabenstein emptitia.

1358, 9. Octobris. (Pragae.)

Ulricus, Hynco, Heinslinus et Smilo Pflugones de Rabenstein a Carolo IV. in gratiam recepti eidem atque regno B. fidelitatem, pacem et tranquillitatem perpetuo servare promittunt.

Iidem castrum suum Rabenstein ac bona sua in regno B. sita omnia  
Carolo vendidisse, pecuniamque recepisse fatentur, omniue juri in eisdem  
in perpetuum renuntiant.

(*Arch. S. Wenc.*)

**438. Henrici Rays investitura de castro Stein.**

**1358, 23. Novembris. (Pragae.)**

Jan Henrych Rays z Plavna vyznává, že jest přijal léno na hrad  
řečený Stein od biskupa Mindenského, mocného úředníka císaře K., k JMsti  
ruce jakožto krále českého.

(*A. K. — Lunig I. n. CXCV.*)

**439. Episcopus Wratislaviensis cum capitulo reco-  
gnoscunt oppidum Grotkow tenere se nomine feudi.**

**1358, 29. Novembris.**

List Preclava biskupa Vratislavského a kapitoly, že přijali a při-  
jímají město Grotkov v manství od krále Jana českého, dědicov jeho  
i budúcích a koruny české.

Druhý list téhož biskupa i kapitoly, že město Grotkov přijímají a  
budúcí jich přijímati mají v manství od císaře Karla a budúcích českých  
kralov v táž slova a datum jednostajně.

In nomine Domini Amen. Nos Preczlaus D. gr. epi-  
scopus etc., totumque capitulum Wratislaviensis ecclesiae,  
notum facimus tenore praesentium universis, quod cum b. m.  
illustris princeps, d. Boleczlaus, quondam dux Sleziae et  
dominus Bregensis, dum viveret, oppidum Grotkaw cum terra,  
districtu, munitionibus ac omnibus et singulis greniciis, metis,  
circumferentiis, juribus et pertinentiis suis, quod, quas et quae  
a cl. rec. magnifico et excellenti principe, d. Joanne olim B.  
rege, domino et patrono nostro, tenebat in feudum, animo  
deliberato, sano etiam fidelium suorum accidente consilio,  
nobis et ecclesiae nostrae Wratislaviensi vendiderit et  
nos et ecclesia nostra Wratislaviensis praedicta in posses-  
sione dicti oppidi et pertinentiarum ipsius fuerimus multo  
jam tempore retroacto, ac idem oppidum et eius pertinentias  
a praefato domino nostro, B. rege, velut superiore feudi domino,  
in feudum et justo ac legitimo feudi titulo, jure, more et con-

ditione feudi acceperimus, sibique praestiterimus homagii, obedientiae et fidelitatis debitum juramentum: igitur animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed omnium communi accedente voto pariter et consensu, nobis pluries ob hoc personaliter in capitulum convocatis, praefatum oppidum Grotkaw cum terra, districtu, munitionibus et omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis, nostro et ecclesiae nostrae Wratislaviensis nomine, a serenissimo et invictissimo principe et domino, d. Carolo R. I. s. a. et B. rege illustrissimo, domino et patrono nostro gratioso, tanquam B. rege et regni et coronae B. herede legitimo, in feudum ac veri et justi feudi titulo suscepimus, sibique et coronae regni B. praestitimus, prout veri vasalli vero, ordinario, legitimo et justo feudi domino jure tenentur, obedientiae, subjectionis, homagii et fidelitatis debitum et solitum juramentum.

Promittimus etiam virtute et vigore eiusdem juramenti per nos solemniter et legitimate praestiti pro nobis et successoribus nostris et ecclesiae Wratislaviensis in perpetuum, praefato domino nostro Imperatori tanquam regi B., heredibus et successoribus suis, B. regibus, et eiusdem regni coronae, tanquam veris, ordinariis, naturalibus, hereditariis et legitimis dominis nostris occasione dictorum oppidi, terrae, districtus et dominii Grotkowiensis et pertinentiarum ipsius, tanquam veri et legitimi vasalli parere, obedire et intendere in omnibus simpliciter, ad quae vasalli dominis suis hereditariis, superioribus et legitimis obligari noscuntur.

Promittentes nihilominus virtute et vigore juramenti praedicti pro nobis et successoribus nostris, praefatis dominis nostris et patronis, B. regibus, quod quotiescumque regem B., dominum et patronum nostrum, mori continget, quod tunc episcopus Wratislaviensis, qui pro tempore fuerit, una cum melioribus praelatis ecclesiae, nomine et vice sui et capituli, ad coronationem futuri regis debebunt accedere et ibidem coronato rege statim ab ipso oppidum praefatum, terras, districtum et pertinentias in feudum suscipere et tempore susceptionis huiusmodi innovare juramentum expressatum superius. Ac ipse episcopus, qui pro tempore fuerit, velut

alii principes ligii, capitulum vero velut vasalli regni et coronae B., berna, talliis seu exactionibus ac ceteris gravaminibus exceptis, ad quas et quae non recognoscimus nos teneri, ... facere tenebuntur, toties quoties in morte regis B. seu Wratislaviensis episcopi, casuum mutabilitate poscente, fuerit opportunum.

Praesentium sub nostris sigillis testimonio literarum.

Datum et actum Wratislaviae, tertio Kal. Decembris  
a. D. 1358.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.* — *Sommersberg I.* — *Grünhagen II.* 223.)

**440. Recognitio dominii super ducatibus Sleziae,  
exceptis ducatibus Swidnicensi et Jaurensi, at inclusu  
episcopatu Wratislaviensi.**

**1358, 30. Novembris.**

List Preclava biskupa Vrat. a vší kapitoly, kdež se ciesaři K. jakžto českému králi dědičně a k koruně české seznávají jakžto k dědičným a pravým pánuom, též jej majíce jako někdy krále Jana za svého pána z těch zamkův a měst Vratislavi, Neumarktu, Frankensteinu, Namyslovi. — Druhý list v táž slova.

Nos Preczlaus D. gr. episcopus etc., totumque capitulum Wratislaviensis ecclesiae, notum facimus tenore praesentium universis: Quia serenissimus ac invictissimus princeps et dominus, d. Carolus R. I. s. a. et B. rex illustris, dominus et patronus noster gratiosus, tanquam B. rex, principatus, ducatus, terrarum, districtum et civitatis Wratislaviensis, oppidi Noviforensis et aliorum oppidorum et omnium, quae pertinent ad praemissa, hereditarius, ordinarius ac naturalis dominus et legitimus heres existit, sicut etiam clarae memoriae illustris princeps, d. Joannes, quondam B. rex, ipsius genitor, pro se, heredibus et successoribus suis, regibus B. et eiusdem regni corona, omnia predicta et eorum quodlibet ex donatione piae recordationis illustris principis quondam d. Henrici, sexti et ultimi ducis Wratislaviensis, hereditario, justo et legitimo titulo possedit; et quia omnium

principatum, ducatum, omnium et singulorum principum sive ducum Sleziae et Opuliensis, quibus etiam specialibus appellantur nominibus, ducatu Svidnicensi et Javorensi duntaxat excepto, partim directo, partim vero utili et immediato dominio est, prout universalis habet cunctorum notitia, superior dominus generalis et principatus necnon ducatus praedicti cum omnibus honoribus, juribus et pertinentiis suis ab eo tanquam rege B. et a corona regni praefati in feodum dependent, sicut hoc principes et duces praefati in nostra constituti praesentia, confessione notoria publice fatebantur, profitendo etiam, qualiter praefato domino nostro Imperatori tanquam regi B., heredibus et successoribus, B. regibus et eiusdem regni coronae, tanquam veris, naturalibus, hereditariis et legitimis dominis, pro se ac successoribus suis, Sleziae et Opuliensis ducibus, praestiterint homagii, fidelitatis, obedientiae et subjectionis debitae consueta ac solemnia juramenta, et quod praedicti ducatus Sleziae et Opuliensis, necnon ducatus vel civitas Wratislaviensis et etiam alia oppida, terrae, districtus et pertinentiae cum omnibus dominiis, honoribus et juribus suis regno et coronae B. de communi voluntate, voto et consilio eorundem principum et etiam aliorum, quorum ad hoc requiri debeat assensus, uniti et incorporati ac inviscerati sint et esse debeant, adeo irrevocabiliter et inconvulse, ut a praefatis regni et corona B. scindi, dividi seu alienari non debeant quovis modo, sicut hoc principum praedictorum et aliorum similiter, quorum interesse potuit, est juramentis corporalibus solemniter approbatum.

Et cum episcopalibus sedes seu cathedra ecclesiae nostrae Wratislaviensis noscatur sita in civitate Wratislaviensi, praedictaque civitas, ut praemittitur, regno et coronae B. ac domino nostro Imperatori praefato, tanquam regi B., est immediate subjecta, qui nobis et ecclesiae nostrae praedictae multas speciales munificentias de regia munificantia noscitur contulisse: ob hoc grata vicissitudine sibi, ne tantorum beneficiorum simus ingrati, occurrere cupientes, animo deliberrato, non per errorem aut improvide, sed maturo et communi praecedente consilio, pari omnium nostrum voluntate, voto

pariter et assensu nobis ob hoc pluries personaliter in capitulo congregatis, pro nobis et successoribus nostris in perpetuum recognoscimus et tenore praesentium publice profitemur, quod praefatus dominus noster Imperator tanquam B. rex pro se, heredibus et successoribus suis, B. regibus et eiusdem regni corona, est patronus noster principalis et dominus ratione Wratislaviensis ecclesiae et bonorum ipsius, quae habemus in communi vel in singulari, in terris sive districtibus Wratislaviensi, Noviforensi, Frankensteinensi et Namslaviensi, quas et quos in praesentiarum obtinet et ipse aut sui heredes et successores regni B. (favente Deo) futuris temporibus obtinebunt, quodque ad ipsum, heredes et successores suos, B. reges, regnum et coronam Boemiae tanquam principalem patronum et dominum nostrum tenemur et volumus fidelem habere respectum ac ipsos tanquam principales patronos et dominos nostros juvare fideliter, sicut et expedit, dignis honoribus venerari.

Et licet quaedam alia bona nostra et ecclesiae nostrae praedictae sint etiam hincinde in terris et principatibus ducum Sleziae et Opuliensis, regno B. incorporatis et unitis, ut praemittitur, quia tamen omnes principatus huiusmodi a regno et corona B. in feodum dependent: idcirco fatemur etiam bona nostra eadem, praeterquam ea, quae sunt in Swidnicensi et Jaurensi ducatibus, fore in regno B. ~~instituta~~.

Protestamur tamen expresse, quod bona huiusmodi ad nulla onera pecuniaria, personalia sive realia, sint cuiquam penitus obligata.

Promittentes bona fide nostra, sine omni dolo, praefatis dominis et patronis nostris, B. regibus, pro nobis et successoribus nostris, quod quotiescumque regem B., dominum et patronum nostrum, mori continget, quod tunc episcopus Wratislaviensis, qui pro tempore fuerit, una cum melioribus praelatis ecclesiae, nomine et vice sui et capituli, ad coronationem futuri regis, tanquam ad solemnitatem et gaudium patroni et domini nostri ac Wratislaviensis ecclesiae, tenebuntur et debebunt accedere et ibidem coronato rege statim ab ipso oppidum Grotkaw cum ipsius terra et districtu et omnibus ac singulis

juribus et pertinentiis nomine Wratislaviensis ecclesiae in feodum suscipere et tempore susceptionis huiusmodi jura-mentum homagii, fidelitatis, obedientiae ac subjectionis, quod alias praefato domino nostro Imperatori tanquam B. regi ratione oppidi et terrae jam dictorum praestitimus, solenniter innovare.

Ac ipse Wratislaviensis episcopus, qui pro tempore fuerit, velut alii principes ligii, capitulum vero eiusdem ecclesiae tanquam vasalli regni et coronae B. omnia et singula facient, quae juxta privilegia et consuetudines regni et coronae B. facere tenebuntur, toties quoties casuum mutabilitate poscente in morte regis B. seu Wratislaviensis episcopi fuerit opportunum, berna, talliis seu exactionibus ac caeteris gravaminibus exceptis, ad quas et quae non recognoscimus nos teneri.

Ut etiam respublica regni et coronae B. pro magnifica-  
centia patronorum et dominorum nostrorum, B. regum, et  
subditorum regni praedicti grata salute, felicia quondam in-  
crementa suscipiens, felicibus auctore Deo successibus  
augeatur: promittimus bona nostra fide et sine omni dolo  
pro nobis et successoribus nostris in perpetuum, praefato  
domino nostro Imperatori tanquam B. regi, heredibus et suc-  
cessoribus suis, B. regibus, quod nulli unquam regi, principi  
seu alteri personae vel hominibus, cuiuscunque status, digni-  
tatis, gradus seu conditionis existant, qui regni et coronae  
Boemiae principes, principatus et ducatus, civitatem Wrati-  
slaviensem et alia similiter in nostra Wratislaviensi diocesi  
seu alibi sitos aut sita, nec non dominia, jura, metas seu pro-  
vincias ipsorum impugnare, offendere vel invadere niterentur,  
adversus dominos et patronos nostros, B. reges, qui pro tem-  
pore fuerint, praestabimus et faciemus praestari aut fieri  
sustinebimus a nobis vel nostris subjectis auxilium, consilium  
vel favorem, imo omnes et singulas munitiones nostras et  
ecclesiae Wratislaviensis, nominatim terrae Nysensis, quae  
terra Nysensis (disponente Domino) praeterquam ad super-  
scripta et infrascripta promissa, juvamina et aperturas libera  
semper exstitit et existit, ac alias munitiones, ubique  
fuerint constitutae, adversus invasores, impugnatores seu offen-

sores quoilibet, complices, adjutores et fautores eorum, praefato domino nostro Imperatori tanquam B. regi, heredibus et successoribus, B. regibus, capitaneis, officialibus et hominibus ipsorum, dum et quoties opportunitas illud exegerit, pro detensione patriae, principatum, ducatum, dominiorum, jurium, pertinentiarum et honorum regum, regni et coronae B., qui et quae exprimuntur superius, promittimus, debemus et volumus aperire fideliter et efficere ac procurare per homines, officiales et commissarios nostros, absque cuiuslibet difficultatis obice legaliter aperiri; sic tamen, quod idem dominus noster, heredes et successores ipsius, reges B., non facient cum invasoribus, hostibus et aemulis huiusmodi praeter voluntatem nostram concordiam, vel quod alias reddamur indempnes, ac contra omnes et singulos invasores, oppressores et molestatores nostros, ecclesiae nostra*et* bonorum ipsius, tueantur et pro viribus defendant.

Harum

Actum et datum Wratislaviae, ultima die mensis Novemboris a. D. 1358.

(A. K. — *Lunig I. n. CXCVI. — Griinhangen I. 14.*)

#### 441. Civitatis Plavno homagium.

1358.

List města Plavna, že jest jim pán z Plavna rozkázal, kdyžby jeho Buoh neuchoval bez dědicuov, aby přísahu udělali ciesaři K. a jeho budúcím kralom českým, a tu přísahu hned sú udělali ciesaři Karlovi. (A. K.)

#### 442. Henricus advocatus de Gerow, subdidit se cum castris et civitatibus suis Boemiae regibus.

1358.

List Henrycha foyta z Gerova, kdež najprv kvituje ciesaře Karla, dědice i budúcí z dluhu, kterýmž jemu povinen byl sl. p. král Jan; přitom poddává se dědičně i budúcí své se všemi zámky, tvrzemi, městy, což má nebo mieti bude, ciesaři Karlovi jakožto králi českému, dědicom i budúcim, jim slibuje pomocen býti, zámky své všecky i tvrze etc. otevřítí ku potřebě. (A. K.)

### 443. Castrum Reichenek regi Boemiae cessum.

1358.

List Ludvíka z Hohenloh, kdež píše všem šenkóm a všem manuom, že jest sstúpil zámku Reycheneku ciesaři Karlovi jakožto českému králi a budúcim českým kralom, když by ten ciesař povolenie zjednal od biskupa Bamberského, a tu přikazuje svým poddaným manuom, aby léno od krále a koruny české přijímali. (List bez datum.)

List Lupolta biskupa Bamberského a kapitoly, kdež povolenie dávají ciesaři Karlovi jakožto českému králi, dědicom a budúcim českým kralom na prodaj od Ludvíka z Hohenlohu učiněný zámku Reichneku, též také přivoluji k trhu od téhož ciesaře učiněnému o Velden a třetí stránku lesa Veldnerforst od Ruprechta st. a ml.

Rudolfa kniežete saského, při tom jiných biskupův, proboštov, lantkrabí a jiných vladyk list, že mezi ciesařem Karlem, králem českým, věčně a korunú českú a mezi Lupoltem biskupem Bamberským, trh a směna jest učiněna o zámek Reichnek, městečko Velden a třetí stránku lesa etc. (A. K.)

### 444. Infeudatio oppidorum Burgstadtl et Ardek.

1358 (s. d.).

List Kunráda, Fridricha a Hermana bratří z Weydmburka, že ciesaři K. a budúcim kralom českým a koruně k manství poddávají Burgstadtl, Ardek a jiné vesnice, a že jím za to odpustil na tom Burgstadtl hrad stavěti; a ten má věčně otevřen býti koruně české. (A. K.)

### 445. Patronatus super monasterio monialium de Bergen.

1358.

Klášter Bergen. List abatyše i všeho konventu, kdež se ciesaři Karlovi a budúcim kralom českým v obranu dávají a za to k zámkom Herspruku a Hohensteinu plat dávati mají. (A. K.)

### 446. Arx Grub regibus Boemiae aperta.

1358.

List Konrada z Helegaben, že jeho tvrz, jménem Grub, má otevřena býti ciesaři Karlovi i budúcim kralom českým a koruně české. (A. K.)

### 447. Castri Wilhalmsdorf infeudatio.

1358.

List Jana, Eberharda, Jetřicha a Štěpána bratří z Wilhalmsdorfu, že se s zámkem Wilhalmsdorferm ciesaři Karlovi, budúcim kralom českým a koruně dávají pod manstvie a že ten zámek má otevřen býti k věčnosti. (A. K.)

## 448. Infeudatio arcis Stein renovata.

1358.

List pana Henrycha Raysa z Plavna, že znovu s zámkem svým Stein poddal se i své budúcí pod léno ciesaři K. jako králi českému a jeho budúcím. (A. K.)

List Henrycha vojta Plavenského, jmenovaného Rays, v němž vyznává Karlovi ciesaři a králi českému, že jako otec jeho, bratří také přijímal v léno tvrz Stein blízko Aldenburgka, tak i on přijímá a na té tvrzi, že králové čestí mají mieti otevření. (A. K.)

## 449. Castri Hirschberg super Sala obligatio.

1359, 2. Januarii.

List ciesaře Karla, že zámek Hirschberk vyplatil od pána z Plavna a obracuje k koruně české.

Carolus Quartus etc. Quia castrum Hirsberg super fluvio Sale, Nurembergensis diocesis, situatum, quod de sacri Romani Imperii mero dominio ac utili nec non immediata proprietate constitit, illustri Friderico marchioni Misnensi, principi et consanguineo nostro dilecto, pro mille ducentis marcis puri argenti gravis ponderis et sexingentis sexagenis grossorum Pragensium usualis et currentis monetae obligatum reperit nostra serenitas, quod ipse marchio a spectabili Henrico Longo de Plawen pro suprascriptis etiam pecuniis nuper liberasse dignoscitur, quod etiam multo iam tempore in manibus dicti de Plawen et progenitorum eius nomine pignoris exstitit, qui etiam ex forma obligationis non tenebantur fructus in sorte principali decutere, sicut in literis obligationis huiusmodi expressive continetur, et tamdiu in manibus aliorum persttit, ut videlicet negligentia gubernatorum aedificia collaborerentur et structurae tractu jam vetustatis absumptae ruinam quotidie minarentur, praedia etiam desertari et destrui rite conspeximus.

Propter quod et alias causas legitimas, quae animum nostrum ad hoc faciendum rationabiliter inducebant, animo deliberato, sano principum, baronum et procerum nostrorum accedente consilio, dictum castrum e manibus praefati marchionis pecunia regni nostri B. ad honorem et utilitatem sacri Imperii duximus redimendum et pro rehabitione et recupe-

ratione dicti castri ac pertinentiarum eiusdem eidem marchioni et suis fratribus supra dictas mille ducentas marchas puri argenti gravis ponderis et sexingentas sexagenas grossorum Pragensium usualis et currentis monetae solvimus et expedivimus integraliter et complete.

Ne igitur illustres reges B., heredes et successores nostri, regnum et corona B. impensis huiusmodi fraudari valeant et inde incommoda et jacturas sustineant, unde merito gratiarum actiones et fructum reportare merentur, sed potius eis ab Imperio sacro, cuius in hoc procuratur utilitas, de huiusmodi pecuniis legitime satisfiat, regibus B., heredibus et successoribus nostris necnon regno et coronae regni B. castrum praedictum cum suis pertinentiis, fructibus, utilitatibus et rebus aliis ad haec spectantibus, quibuscumque etiam nominibus valeant appellari, sicut in manibus et possessione dictorum marchionum et de Plawen antea fuisse noscuntur, pro antedictis mille ducentis marchis puri argenti gravis ponderis et sexingentis sexagenis grossorum Pragensium usualis et currentis monetae nomine et titulo justi et veri pignoris auctoritate imperiali praesentibus obligamus ad habendum, tenendum et utifruendum, donec ipsis regibus, regno et coronae B. de praedicta summa pecuniae a sacro Romano Imperio fuerit integraliter et plenarie satisfactum, fructibus in sorte principali non defalcandis, cum sint adeo tenues, quod non sufficient pro dicti castri gubernatione et custodia procurandis.

(Signum serenissimi principis et domini, d. Caroli etc.)

Testes hujus rei etc

Praesentium sub Imperialis nostrae majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Wratislaviae a. 1359 indictione XII., quarta nonas Januarii, regnum nostrorum anno XIII., imperii IV.

Svolení všech korferštov k výplatě zámku Hiršperka k koruně české. Gerlacha (13. April.), Boemunda (13. April.), Vilhelma arcibiskupův (27. Mart.), Rudolfa kniežete saského (22. Mart.), Ruprechta falckrabi z Reynu (25. April.), Ludvíka markrabi bramburského (1360, 1. Febr.).

Ti všickni povolují k výplatě téhož zámku k koruně české.

(A. K. — Pelzel, Karl IV. n. CCLXVIII.)

**450. Episcopus cum capitulo Wratislaviensi marchionem Joannem in eventum accipiunt in regem Boemiae.**  
**1359, 8. Februarii.**

Nos Preczlaus D. gr. episcopus, Petrus de Luna praepositus et capitulo ecclesiae Wratislaviensis, notum facimus tenore praesentium universis et ad mandatum serenissimi ac invictissimi principis et domini, d. Caroli IV. d. f. cl. Rom. Imp. s. a. et B. regis, domini nostri gratiosi, qui nobis hoc tanquam rex paecepisse et iniunxisse dinoscitur, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed sano nobiscum et cum amicis nostris praecedente consilio, pro nobis et successoribus nostris in perpetuum promisimus et bona fide, sine dolo, promittimus illustri principi, d. Johanni, marchioni Moraviae, fratri suo unico germano, quod in eum casum, ubi praefatum dominum nostrum Imperatorem et Boemiae regem non relictis legitimis masculini sexus heredibus seu heredum suorum proheredibus in linea masculina descendantibus ab eodem, mori contigerit, ad praefatum dominum marchionem Moraviae de bonis suis in Wratislaviensi, Noviforensi, Namslaviensi, Frankensteinensi, Glogoviensi, Stynaviensi et Gorensi districtibus et in aliis terris coronae et regno Boemiae utili dominio et immediate subiectis, tanquam ad principalem patronum — de terra vero et oppido Grotkoviensi et eius pertinentiis tanquam ad verum, legitimum, ordinarium, hereditarium et naturalem dominum nostrum, Boemiae regem, et ad neminem alium fide, devotione, homagio, subjectione et obedientia volumus habere respectum, et ei tunc tanquam regi Boemiae vero, legitimo, ordinario, hereditario et naturali domino nostro, nos quidem episcopus supra dictus velut princeps, nos vero praepositus et capitulo praefati velut subditi et devoti regni et coronae Boemiae, fidelitatis, devotionis, obedientiae, subjectionis et homagii praestare et facere debita et solita iuramenta.

Praesentium sub appensis sigillis testimonio litterarum.

Datum Wratislaviae a. D. 1359, feria VI. proxima post diem s. Dorotheae virg.

(*Sommersberg I. — Brandl IX., 119.*)

**451. Conventio inter Carolum Imp., Bolconem  
ducem et Joannem marchionem.**

**1359, 14. Februarii.**

Wir Karl von Gots gnaden Romischer keisir, ze allen zeiten merer des Reichs vnd kunig ze Beheim, vnd wir Bolke herczog von Slesien, herre zu der Swidnicz vnd zum Jawor, vnd wir Johans marcgraf zu Merhern, von den selben Gots gnaden: bekennen vnd tun kunt offenlich mit disem briue allen den, di in sehen odir horen lesen, das zwischin vns allen drien mit rate unsir freunde vnd vnsir getrewen dienern vnd mannen also geteidinget vnd gelobt ist, das vnsir, des egenanten marcgrauen zu Merhern sune, eynir aus den, di wir iczunt haben, welchin wir dar geben, odir der eynir, di wir noch gewynnen, ob di egenanten stuerben, wenn vnsir herre, der keisir, vns darump manet, seyne tochtir, di er iczunt mit der durchleuchten fuerstinn, vnsir frawen, der keiserin, frawen Annen, des egenanten herczogen von der Swidnicz brudir tochtir hat, odir di er noch mit ir gewynnet, ob dise stuerbe, zu rechtir elichir konschaft nemen sol, on alles hindirnuzze ze hant, noch der zeit als sie beidenseiten sulchir iar werden, das sie zu der heiligen ee greiffen muegen. Und das selbe sullen vnd wellen wir, obgenanten fuersten vnd herren, alle drie odir wer vndir vns lebt, ob di andern stuerben, fuerdern, enden vnd vollenfueren, getrewlich, on geuerd, vnd mit ganczem ernstlichem fleizze, ncch allem vnserm vermuegen.

Vnd wer das sache, das wir, der egenante Romischir keisir vnd kunig ze Beheim, also stuerben, das wir eliche leibes erben odir erbes erben mannis geslechte hindir vns nicht liezzen: so sullen di crone, das kunigreich vnd di lant zu Beheim mit allen fuerstentumen, herscheften vnd zugehorungen vff den hochgeboren Johansen, marcgrauen zu Merhern, den egenanten vnsirn lieben brudir, vallen vnd erben; vnd ob sin nicht were, so sullen sie nuer alleyne vff den seynen svn erben, der vnsir tochtir haben wirdet, vnd vff des selben sunes erben vnd erbes erben mannis geslechte vnd di von ir bekomen. Vnd di marcgrafschaft ze Merhern mit iren czuge-

horungen sol werden den andirn vnsirs egenanten brudirs, des marcgrauen, kinden, also das sie alleweg von der cronen vnd dem kunigreich ze Beheim fuerstliches lehen sei, als sie auch vormals gewesin ist vnd noch ist, vnd sol auch dovonnymmer empfremit noch gesundirt werden.

Vnd vff di rede, das die egenante konschaft, di wir vnsir allir drier landen, fuerstentumen vnd herscheften zu frid vnd ze gnaden vnd Gote zu lobe vnd zu dienste geteidiget vnd gelobt haben, zu eynem guten ende bracht werde: so meynen vnd wellen wir allesamt von dem pebistlichem stule dorubir dispensacien vnd laube suchen vnd werben, mit guten trewen vnd mit ganczem steten fleizze etc.

Vnd wir, der obgenant herczog Bolke von den Swidnicz, geloben in guten trewen on geuerd: Sey das sache, das wir von Gots verhenknuzze also verscheiden, das wir eliche leibes erben mannis geschlechte hindir vns nicht lazzen, das denne di durchleuchtigste fuerstyn vnd frawe, fraw Anne, Römische keisirin, ze allen zeiten mererin des Reichs vnd kunigin zu Beheim, vnsir gnedige frawe vnd liebe mume, vnd ires leibes erben, die sie mit vnserm herren, dem keisir, dem vorgenanten, haben wirdit, vnsir herczogtum, fuerstentum, herschefte, land, leute vnd alle zugehoerungen. wo die gelegen sint, di wir iczunt haben odir mit hilfe gotes fuerbas noch gewynnen, erben vnd besiczen sullen, genczlich vngehindert.

Wer abir, das die egenant vnsir frawe, die keisirn, also verschiede, das sie eliche erben mannis geschlechte mit vnserm herren, dem keisir, nicht hette: so sullen di egenanten vnsir herczogtum, fuerstentum, herschefte, land, leute vnd alle zugehorungen, als douor begriffen ist, nuer allein vff den sun vnsirs swagers, des marcgrafen von Merhern, vellen vnd erben, der vnsirs herren, des keisirs, tochtir haben wirdet, di er mit vnsir frawen, der keisirin, iczunt hat odir noch gewynnet, vnd vff des selben svnes leibes erben, di von vnsirs herren, des keisirs, vnd unsir frawen, der keisirin, tochter bekommen werden, vnd vff nymanten andirs in dheynenweis. Vnschedlich doch der hochgeborene fuerstyn, frawen Agnezen, vnsir wirtin, in irem leipgedinge, wann sie alle di obgenanten fuerstentum,

land leute vnd herschefte mit allem nucze haben vnd besiczen sol, nuer zu iren lebetagen etc.

Wer auch, das di egenante vnsir liebe frawe vnd mume, di keisirin, nach vnsirs herren, des keisirs, tode eynen andirn man neme, wi das avch geschee, vnd mit dem selben kindir hette, sie weren toechtir odir suene: di sullen in allen vnsirn egenanten fuerstentumen, herczogtumen, herscheften, landen vnd leuten, wo di gelegen sin, nictes haben in dheinenweis, nuer alleyne vnsirs herren, des keisirs, leibeserben, di er mit der egenanten vnsir lieben frawen vnd mumen, der keisirin, hat odir haben wirdet, di sullen sie erben vnd besiczen, vndnymant andirs, in der mazze, als von svnen vnd von tochtirn douor begriffen ist.

Ouch meynen vnd wellen wir, egenante fuersten alle drie, das alle briue, di wir vormals enander geben haben, vmb welche sache das sei, in iren creften bleiben suellen on also vil als in disen briuen doran verkerit ist; vnd bynamen sol vnsir, des egenanten Bolken, wirtin alles das halden vnd vollenfueren, das sie angehoerit, noch laut vnsir vnd ouch ir selbes briue, di wir vnd sie doruber geben haben.

Vnd di obgenanten teidinge vnd gelubde in alle der mazze als sie dauor begriffen sint, vnt dorczu alle andir vnsir briue vmb alle teidinge vnd sachen, geloben wir alle drie, vnsir ytlichir, dem andern in guten trewen on geuerd gancz stete vnd vnuerukit ze haben vnd ze halden vnd ze uolfueren getrewlich, on widirsprechin vnd on allis hindirnuzze, als verre wir das on geuerd von vnsirm geistlichin vatir, dem pabst, behalden vnd irwerben muogen.

Vnd di egenanten gelubde vnd ir ytliches besundir in allir der mazze, als sie douor begriffen sint, geloben wir alle drie in guten trewen, on geuerd, vnsir allir mannen vnd burgern in allen vnsirn fuerstentumen, landen, steten, vesten vnd herscheften, den di nu leben oder noch sin werden in kunftigen zeiten, das wir sie stete vnd gancz haben halden vnd volczihen wellen, als vorgeschriften ist.

Vnd darubir haben wir alle drie mit gemeynir willekuer zu geczeug vnd ze gedecktnuzze gekorn die nochgeschriben vnsir buerger vnd diener etc.

Vnd wir Anna, von gots gnaden Romische keisirin, ze allen zeiten mererin des Reichs vnd kunigin ze Beheim, geloben in guten trewen, on geuerd, das wir alle di egenanten teidinge vnd sachen in alle der mazze, als sie douor begriffen sint, als verre sie vns berueren vnd vns angeen, gancz stet vnd vnuerukit halden vnd haben wellen vnd sullen vnd di ouch enden vnd vollenfueren noch allem vnsirm vermuogen.

Mit vrchund dicz briues, der mit vnsir allir insigln geuestint ist.

Geben zu Breslaw noch Crists geburt dreuczehenhundert iar in dem neunundfunfczigsten jare, vnsir des egenanten keisirs keisirtum in dem vierden vnd vnsir reiche in dem dreuczehenden jar, an sant Valentinus tak, des heiligen mertereris.

(*Orig. arch. Stat. Mor. — Pelzel K. Karl IV. n. CCLXXXV. — Brandl IX. 121.*)

## 452. Privilegium Stadicense.

1359, 12. Maii.

D. Karolus serenissimus Imp. Rom. et B. rex cum baronibus inveniunt, quod homines hereditarii i. e. dediti villaे Stadicz debent ammodo in perpetuum ab omni solutione census seu alia exactione quacunque liberi esse et absoluti, prout a fundatione et principio dictae villaе exstiterunt, exceptis duntaxat berna generali et defensione terrae, ad quam prout alii terrigenae obligantur. (*Dsky zemské, Quaternus Przisnakanis 1359, 12. Maii.*)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter. Amen.

Carolus IV. d. f. cl. Rom. Imp. s. a. et B. rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter caetera humanae conditionis fragilitatis suffragia, quibus genus mortalium in suis poenalitatibus potissime relevatur, primaevae libertati favor multus debeatur, quae si nonnunquam sublata ex causis ei novercantibus seu quomodo libet impedita pro tempore fuerit, iis tamen cessantibus ipsa ut quaevis res alia ad suam pristinam de facili revertitur naturam: hinc est, quod venientes ad praesentiam nostram dilecti fideles nostri et coheredes, Ludolphus Zyrota et Cunzie Radoste, fratres germani de villa Stadicz, in districtu Bieli-

nensi prope Usk, super flumine Bielina sita, majestati imperiali pariter et regiae nostrae dignitati cum debita humilitate insinuare et supplicare curarunt, quatenus, cum ipsi et progenitores ipsorum sint et fuerint a primordiis incolatus terrae et regni nostri B. heredes liberi, diedici et incolae primi et novissimi villaे dictae Stadicz, terrae et praediorum suorum, quibus usi sunt hereditario jure inconcusse, in nullis prorsus factionibus, censibus seu aliis exactionibus vel angariis quibuscunque, realibus, personalibus atque mixtis, cuiquam obnoxii, prout haec in gestis et libris chronicis terrae et regni B. a temporibus Prziemislai, primi ducis Boemorum inde de post aratro assumpti et in ducem B. magnifice sublimati, latius et plenius continentur, tandem nuper non multis retroactis temporibus praefati heredes et dicta villa cum suis pertinentiis per injuriam et forte ignorantiam forsitan crassam et supinam ab inclyto principe divae memoriae Joanne, B. rege, illustri genitore nostro, olim Henrico de Lippa contra praedictas libertates minus provide fuerint concessa, qui et alii dictam villam sic usque modo occupantes praedictis heredibus contra libertates ipsorum quam plurimas interim oppressiones fecerunt — dignaremur cum eis de solita pietatis regiae benignitate gratiam specialem facere, eos et heredes ipsorum restituere libertati pristinae, ipsosque in suis juribus primaevi gratiosius confovere.

Nos itaque attendentes illorum rationabiles postulationes, praefatas libertates, jura et commoda omnia et singula eorum, quae et quas ipsorum progenitores et ipsi cum quatuor laneis terrae agrisque suis et pertinentiis omnibus pristinis et primaevis in saepe dicta villa Stadicz . . . plene et plenissime restituimus, conferimus et donamus saepe dictis heredibus, liberis et heredibus eorum utriusque sexus ex eis legitime procreatis ; reliquos vero tres terrae laneos ibidem in Stadicz, qui fuerunt dicti Prziemisle, quosque propriis excoluit manibus, pro nobis et successoribus nostris, B. regibus, duximus reservandos.

Eximentes eos et ipsorum liberos et heredes ab omnibus tributis, censibus annuis et solutionibus pecuniarum, grani, frumenti seu cuiuslibet annonae, necnon ab omnibus et sin-

gulis angariis et parangariis, personalibus, realibus et mixtis,  
et praesertim a berna regia et aliis quibusdam factionibus et  
vexationibus eos et liberos ac eorum heredes perpetuo libertamus.

Decernimus tamen et decreto regio sancimus, ut praefati  
heredes ac eorum liberi et heredes virgam illam floridam  
coryli per ipsum Prziemisl de stimulo suo in agro Stadicz  
propagato, continuo foveant, custodiant atque nutriant, in me-  
moriā tantae et talis rei, quae inibi dignoscitur taliter evenisse.

Volumus postremo et statuimus perpetuo, ut praefati  
heredes ipsorumque liberi et heredes omnes et singulas nuces,  
quas dictae virgae coryli produixerint, nobis et successoribus  
nostris, B. regibus, teneantur annis singulis fideliter praesentare.

Nulli igitur fidelium nostrorum liceat hanc libertatis  
nostraē gratiam infringere aut ei ausu temerario quomodo-  
libet contraire; indignationem regiam et poenas gravissimas  
pro motu regio infligendas, si secus quispiam attentare pree-  
sumperit, se noverit incursum

(Signum serenissimi principis et domini, d.  
Caroli IV.)

Testes huius rei sunt

Datum Pragae a. D. 1359, Indict. XIV., quarto Idus Maii,  
regnorum nostrorum anno tertio decimo, imperii vero quinto.

**453. Henricus Longus de Plawen renuntiat juri  
suo hereditario in Plawen.**

**1359, 29. Maii. (Pragae.)**

Heinrich der Lange von Plauen, verzichtet auf den bei verkauf  
der herrschaft Plauen vorbehaltenen erbanfall zu gunsten der krone Böhmen  
u. spricht die manschaft derselben von ihrer lebenspflicht los.

(*Arch. S. Wenc. — Litterae geminae duo.*)

**454. Munitio Tenesberg regibus Boemiae aperta.**

**1359, 20. Junii. (Pragae.)**

Jilge Paulsdorfer von Tenesberg verbündet sich dem K. Karl IV  
mit seiner veste Tenesberg gegen jedermann, mit ausnahme seines vettters  
Heinrich, zu dienen u. sie zu seiner notdurft immer offen zu halten.

(**A. K.** — *Arch. S. Wenc.*)

**455. Bertholdi episcopi Eichstetensis historica  
relatio de primordiis monasterii monialium O. S. B.  
Bergensis.**

**1359, 9. Augusti.**

(A. K. — *Pelzel, K. Karl IV. n. CCLX.*)

**456. Emptio venditio jurium monasterii Bergensis  
in castro Hohenstein et oppido Hersbruk.**

**1359, 25. Septembris. (Bergen.)**

List hlavní abatyše a konventu kláštera Bergen, kdež prodávají všecko právo své, což mají na zámky Hohensteinu a v Herspruku jakožto na gruntiech svých, při tom mleyn, dvě lauky a příslušnost gruntů ke dvoru, kterýž jest na příkopě, a tu se zavazují, že na svých gruntích nemají stavěti ani dopúštěti, což by na překážku nebo k škodě mohlo být témuz zámku nebo městečku. (A. K.)

**457. Emptio venditio castri Spremberg.**

**1359, 9. Novembris. (Pragae.)**

List Jana a Jindřicha bratří, hrabí z Schwarzburka, že všecko právo své, kteréž měli k Spremberku, ciesaři Karlovi a JMssti dědicům a budúcím kralům českým prodávají.

Johann u. Günther gebrüder, grafen zu Schwarzburg, erklaeren, dass sie als kais. burgmanen zu Sparemberg Karl IV. u. der Krone B. stets getren u. gehorsam sein wollen.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Lunig I. n. CCII.*)

**458. Emptio venditio silvae Veldnerforst.**

**1359, 7. Decembris.**

List Lupolta biskupa Bamberského a kapitoly, že sú s dobrým rozmyslem prodali stránku svú lesa Veldnerforstu vedle Pegnicz, jdúce k Sulcpachu, za 200 kop gr. Pr. i slibují za sebe i za budúcí své, že to první chtí zdržeti ciesaři Karlovi, českému králi a koruně české věčně.

Druhý list v táž slova téhož léta.

(A. K. — *Lunig I. n. CCIII.*)

**459. Bolkonis ducis Sleziae excusatio et subjectionis promissio.**

**1359, 29. Decembris.**

Bolco dux Falkenbergensis declarat literas a se Preczlae Wrat. episcopo scriptas coronae B. nullum praejudicium generare debere, seque nullum alium dominum habere nec heredes aut successores suos habere posse praeterquam reges B. et ejusdem regni coronam.

List kniežete Bolka Falkemborského, kdež kněze biskupa Vratislavského připravil před krále polského, jsa jeho nepřítelem, a proti němu mluvil neslušné věci, že to nemá být ke škodě králi českému a koruně. Při tom vyznává, že mimo krále českého žádného pána nemá jiného než Jich Mst, a že o všecky své věci k králi českému hleděti má a ke všem sauduom stávati aneb před těmi osobami, kohož by králové čestí k saudu postavili.

Nos Bolco D. gr. dux Falkenbergensis, notum facimus tenore praesentium universis, quod literas illas, quibus reverendum in Christo patrem, dominum Preczlaum episcopum Wratislaviensem, ad praesentiam regis Cracoviae provocavimus, ipsi episcopo in taedium et displicantiam, cum eo tempore essemus hostis ipsius, et quod nostrae mentis non fuit, quod ex illis literis dominis nostris, regibus et corona regni B., aliquod deberet damnum seu praejudicium generari: notum facimus ac etiam profitemur publice, quod tales literae, quas episcopo praefato seu aliis destinavimus, ac etiam verba, quae diximus in causa praedicta, dominis nostris, regibus B. et ejusdem coronae, nullum damnum afferre debeant quovis modo, quodque nullum alium dominum habemus praeterquam B. regem.

Et promittimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris bona fide, sine dolo, quod coram praedictis dominis nostris, B. regibus seu coram capitaneo regni B., cui vices suas committendas decreverint, cuilibet principi seu in dignitate principis constituto de justitia respondebimus et juri parebimus et ab eis justitiam recipiemus similiter. Si vero cuiquam alteri in nobilitate principis non existenti adversus nos actio seu jus quovis modo competenteret, illi justitiam facere tenebimus in nostra curia et coram vasallis nostris, ea conditione, quod rex B., dominus noster, qui pro tempore fuerit, si causam ad ipsum provocari contingeret, aliquem ex suis ad nostri judicis

audientiam destinare poterit et valeat, qui advertat et rite consideret, si conquerenti de justitia provideatur coram nobis; et in eum casum, ubi relatione talis nuntii destinati clareret, non fore debitam administratam justitiam in nostra curia et vasallorum nostrorum praesentia, ut praefertur, tunc conquerens huiusmodi ab auditorio nostro provocare seu appellare poterit ad judicia dominorum nostrorum, B. regum, qui pro tempore fuerint, et ibidem tali conquerenti justificare tenebimus, et vice versa ab ipso postulare justitiam in causis et negotiis quibuscunque, neque sustinebimus, vitari seu provocari ad cujuscunque alterius domini judicia, quovis modo.

Praesentium sub appenso nostro sigillo testimonio literarum.

Datum Wratislaviae a. 1359, in die s. Thomae Cantuariensis episcopi et martyris gloriosi.

(A. K. — *Arch. S. Wenc.*)

#### 460. Infeudatio pagi Burghartsdort.

1359.

List Jana, Kunráta, bratří z Salešín, kterýž vyznává, že se poddává v manství císaři Karlovi jakožto králi českému a jeho budúcím s tauri Burghartsdorfs a k koruně české k věčnosti. (A. K.)

#### 461. Attestum episcopi et capituli Bambergensis de jurisdictione Sulzbachensi.

1359.

List Lupolta biskupa Bamberského i vší kapitoly, že tyto rychty: nejprve Fluxenbergk, Kapspergk, Boslov, Smickenbruk přísluší k lantrechtu Sulcpachskému, a že věčně nemá tomu překážky ciniti. (A. K.)

#### 462. Castri Wildenow infeudatio.

1359.

List Engelharta a Pezolta bratří z Wildenow, že s zámkem Wildenow se zavazují císaři Karlovi i budúcim kralům českým i koruně české pod manství k věčnosti. (A. K.)

**463. Jus praeresentationis ad capellam in Tarnow.**  
**1359.**

Instrumentum, kdež Preclav, biskup Vratislavský, vyznává, že po různici, kteráž jest byla mezi ciesařem Karlem, českým králem, a kniežetem Henrychem Hlohovským o právo podací kaple v Tarnově, taková jest smlúva učiněna, aby ciesař Karel jakožto český král jednú a knieže hlohovské druhé měli podací, a tak věčně aby obapolní středmě podávali. (A. K.)

**464. Renuntiatio Henrici Longi de Plavno.**  
**1359.**

List Henrycha řečeného Dlouhého z Plavna, kterýž píše rytierstvu a krajině Plavenské, oznamuje, jakož jest udělal nějaké spolčenie s Henrychem mladšiem z Plavna a poněvadž jest to udělal bez povolenie krále českého, že se toho všeho odřieká po vše časy.

Listy jiné dva rovně takové jako svrchní i téhož léta. (A. K.)

**465. Attestum super jurisdictione castrorum Sparmberg et Reichenstein.**

**1359.**

List Henrycha foyta z Gerova, že rychty, kteréž k zámkom Špambergu a Reychensteynu příslušeji, v manství drží od ciesaře Karla a od koruny české. (A. K.)

**466. Acquisitio castri Rotenberg.**

**1360, 20. Januarii. (Plessenberg.)**

List Albrechta a Fridricha, purkrabí Nörnerškých, že sú hrad Rottmberk prodali ciesaři Karlovi jako králi českému a jeho budúcim.

Abrech u. Friedrich burggrafen zu Nürnberg verkaufen an K. Karl IV u. das kön. Böhmen ihr lehenrecht auf der burg Rotenberg, die Heinrich der Wildensteiner von ihnen zu lehen hatte, um 3000 gulden.

(A. K. — Arch. S. Wenc.)

**467. Ludovici et Ottonis marchionum Brandenburgensium in causa castri Floss enuntiatio.**

**1360, 2. Februarii. (Pragae.)**

Ludwik d. Römer, markgraf zu Brandenburg, bekennt, dass die veste Floss des kön. Böhmen rechtes eigen sei u. nicht in die pfandschaft der stadt u. des landes Eger gehöre. Ebenso Otto der marggraf zu B.

(Arch. S. Wenc.)

#### 468. Castri Rotenberg emptio venditio.

1360, 17. Februarii. (Pragae.)

List Henrycha z Wildenstein, kterak prodává Rottmberg ciesaři Karlovi a budúcim jeho, kralom českým, za pět tisíc a za osmdesát kop gr. č.

List Normberských, že Henrych z Wildensteinu seznal před nimi, že jest přijal za hrad Rottmberg 5080 kop gr. č.

List Henricha z Wildenstein, kdež kvituje ciesaře Karla z 5080 kop gr. č., kteréž vzal za hrad Rottmberg.

(A. K. — *Lunig I. n. CCX, CCXI.*)

#### 469. Castri Plesberg infeudatio.

1360, 12. Martii. (Karlst.)

List knieže Hanuše, falckrabi nad Rýnem, že tvrz Pleysberg jest manstvie koruny české.

(A. K. — *Lunig I. n. CCXII.*)

#### 470. Definitio limitum terrae in plaga Tachoviensi.

1360, 15. Maii.

Wir Przemko u. Tibald v. Risemberg u. Buso v. Wilhartiz, radtleute u. scheidleute, erkoren eintrechtliglich von dem a. d. fursten u. herrn, herrn Karl R. kaiser z. a. z. merern des Reichs u. kunige zu Beheim, an einem theil u. herrn Ulrich dem Waldauer an dem andern theil, umb diese nachgeschriebene sachen, darumb in zweitung seien gewest u. uns dieselben empfohlen hant in der kundschaft zu erfahren u. zu entscheiden — bekennen u. thun kunt öffentlich mit diesem brief, allen den, die ihn sehen oder hören lesen, dass wir uns getrewlich erfahren haben an erben leuten, an den edlen manen vom lande, an dem bürger von Tachauf u. an den Choden vor dem Walde u. haben dasselb mit leiblicher ange- sicht empfunden, dass die vesten Schellnberg, die der Waldauer gebauet hat, auf dem theil des kunigreichs zu Beheim gebauet ist, das zu Tachaw gehoret.

Anderwerb umb das dorff Waltkirchen, das die munche von Waldsachsen verkaufft haben dem vorgenandten Waldauer, sprechen wir, die rathseute vorgenandt, dass die münche von Waldsachsen dasselbe dorf Waldkirchen als ander des klosters guth u. erbe wol u. mit rechte verkauffen mochten dem Waldauer vorgenandt, u. was der Waldauer anders guts umb die münche gekaufft hat daselbs in dem gemerke, das gehoret zu dem kunigreich zu Beheim u. zu dem gemercke zu Tachaw.

Anderwerb umb die grenz u. das gemercke zwischen Floss u. Waldkirchen sprechen wir, die obg. rathleut, mit kunt-schafft u. erfahrung als vorgeschrrieben ist:

Was gelegen ist auf jenem theilen des bach- u. des wasserlauffs, genandt „zu dem Brucklin“, dasselbe gehoret alles zu der vesten Floss u. in das gemercke daselbs; und was auf diesem theil der bach- u. des wasserlauffs genandt „zu dem Bruckln“ gelegen ist, das gehoret zu Waldkirchen

Anderwerb umb den hoenstandten waldt daselbs, sprechen wir rathleute obgenandt, das derselbe hoestandte waldt zu Tachaw gehoret u. ist gar der Behem Waldt.

Alle diese obg. sachen etc.

Geben zu Prag nach Chr. geburt dreizehen hundert u. sechzig jar, am freytag nach dem heiligen Non-tag.

(*Lunig I. n. CCIV.*)

**471. Curiae duo in villis Heuchlingen et Weisenbach jure feudi pertinent ad Rotenberg.**

**1360, 4. Julii. (Normbergae.)**

Schultheiss und schöppen der stadt Nürnberg bezeugen, dass zwei höfe zu Heuchlingen und zwei höfe zu Weissenbach zu der veste Rotenberg als böhmische Kronlehen wieder eingelöst werden können.

(*Arch. S. Wenc.*)

**472. Liga Caroli et Joannis marchionis cum Rudolfo duce Austriae.**

**1360, 5. Septembris.**

Carolus IV., Joannes marchio Moraviae et Rudolphus dux Austriae foedus mutuum ineunt ad auxilia sibi invicem ferenda.

Karolus IV. d. f. cl. Rom. I, s. a. et B. rex, Johannes, eadem gratia marchio Moraviae, et Rudolffus D gr. Austriae, Styriae et Karinthiae dux, pro nobis et illustribus Friderico, Alberto et Leupoldo, fratribus nostris, quorum tamquam senior eorum plenam et liberam potestatem habemus, ea conditione, qua nos, predicti Imperator ut B. rex et marchio, in subscriptis pro una persona tantummodo computemur, notumfacimus tenore praesentium universis, quod ob amoris, amicitiae et fidei puritatem, quibus adiuicem iusta ratione ad instar progenitorum respectum habere tenemur, pro speciali consolatione et statu pacifico subiectorum nobis fidelium et ut desideratae pacis amoenitas inter nos iugiter perseveret, animo deliberato, principum, baronum et aliorum fidelium nostrorum sano accedente consilio ac de certa nostra scientia communem pariter colligantiam et unionem fecimus, nosque pro nobis et heredibus nostris perpetuo bona fide et absque omni dolo, sub eo juramento, quod super hoc corporaliter ad evangelia sancta praestitimus, firmae colligantiae fecimus unionem, cuius virtute et vigore mutuo promittimus bona constanti fide:

Quod nos infra metas, granitas sive gades regni nostri Boemiae, marchionatus Moraviae, terrarum et principatum Poloniae, dominii in Sulczbach, et quidquam regnum Boemiae in Almania obtinet, quae cum eodem regno confinat, necnon principatum et dominiorum Austriae, Styriae, Karinthiae, Carniolae, Marchiae Sclavonicae et Portus Naonis et pertinentiarum omnium spectantium ad eadem, in quorum possessione nunc existimus seu auctore domino fuerimus in futurum, nobis inuicem fideliter et amicabiliter suffragari et auxiliari debemus et volumus, ad defensandum praefatos principatus, ducatus, dominia et terras nostras, cum omnibus eorum pertinentiis, sicut superius expressantur, adversus omnem hominem, nemine penitus exceptato, qui ad nostra seu dictorum principatum, ducatum, dominiorum et terrarum nostrarum et pertinentiarum similiter dampna seu dispendia niterentur.

Et dum unius aut plurium ex nobis regnum, principatus, terrae seu dominia in Boemia, Moravia, Polonia, Sulczbach cum aliis, quae regnum B. in Almania obtinet, quae cum eodem

regno confinant, Austria, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia Slavonica et Portus Naonis cum eorum pertinentiis hostiliter inuadi contingeret: tunc alii statim, sicut ammoniti seu requisiiti fuerimus, absque dilatione seu prorogatione quibuslibet, illis corpore, rebus, consilio, auxilio, favore et dilectione fraterna cum omni nostra potentia subvenire volumus et debemus, sub nostris propriis dampnis et periculis, quamdiu vixerimus, adversus unumquemque hominem et personam, cuiuscumque dignitatis, honoris et status existat, etiam si regia fulgeat dignitate, nullo excepto, sicut superius est expressum.

Ad talem nichilominus subventionem nos praedicti Imperator tamquam B. rex et marchio M. illustri Rudolfo Austriae, Styriae et Karinthiae duci et suis fratribus non tenebimus in terris eorum, quas in Alsacia et Svevia tenere noscuntur, neque ipsi viceversa ad haec auxilia in terris Luczemburgensi, Limburgensi et Brabantiae ducatum et eorum pertinentiis obligari debebunt quovismodo.

Ea conditione, quae civitates, castra et munitiones in terris eius vel eorum, qui suffragia postulaverint, expugnatae et obtentae fuerint, absque omni impedimento sint illius vel illorum, in quorum terris et dominiis, ut praemittitur, fuerint acquisiti, res vero mobiles et captivi sint et esse debeant eius vel eorum, qui talia obtainuerit seu obtainuerint suis sollicitudine et labore.

Et in cuius adiutorio nos fuerimus, ille nobis expensas erogare tenebitur, puta panem, vinum et cervisiam iuxta terrarum consuetudinem, toto tempore, quo nos in eius contingit adiutorio permanere.

Volumus etiam sub fide iuramento praefatis, quod omnes aliae colligationes, quas pridem invicem fecimus, praesenti colligationi nullum debeant praejudicium generare.

Quam quidem ligam praesentem, iuramenta et promissiones facta et factas desuper promittimus et volumus firma et inconvulsa servare, bona fide, absque omni dolo, et non contra facere vel venire quovismodo.

Et nos praedicti Imperator Karolus, tamquam B. rex, et Johannes marchio M., qui in praesenti liga una persona repu-

tari debemus, excipimus in liga praesenti serenissimos principes d. Ludovicum Ungariae regem et dominum Kazimirum regem Poloniae, quibus auxiliari pro defensione terrarum suarum volumus et debemus. Et nos, qui supra, dux Rudolfus pro nobis et nostris fratribus consimiliter excipimus in liga praesenti praefatum regem Ungariae, et illustres principes, d. Ludvicum seniorem marchionem Brandenburgensem, dominam Margaretham uxorem suam, et marchionem Meinhardum, eorum filium, quibus etiam auxiliari pro defensione terrarum suarum volumus et debemus.

Praesentium

Datum in campis prope Ezzlingam a. D. 1360, Nonis Septembris, regnorum etc.

((*Arch. S. Wenc. — Orig. arch. stat. Mor. — Brandl IX. 186, resp. 185.*)

**473. Carolus et Joannes marchio renuntiant omnibus juribus sibi in terris Austriae competentibus.**

**1360, 5. Septembris.**

Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus et B. rex, et Johannes, marchio Moraviae, notum facimus tenore praesentium universis, quod nos cum illustri Rudolfo, duce Austriae, Styriae et Karinthiae, genero, principe et avunculo nostro dilecto, super omnibus displicentiis et dissensionum materiis, quae inter nos sunt usque in praesentem diem alterutrum ventilatae, ita sumus invicem reconciliati amicabiliter et uniti, quod nos, Imperator praedictus, ejusdem generi nostri, ducis Rudolphi, esse volumus dominus gratiosus, nos quoque jam dictus marchio Moraviae bonus amicus perpetuo esse tenebimus dicti ducis.

Quam ob rem animo deliberato, sano principum, comitum, nobilium et fidelium nostrorum accidente consilio et ex certa scientia, renuntiamus pro nobis, heredibus et successoribus nostris, regibus Boemiae et marchionibus Moraviae, perpetuo omni juri, impetioni et actioni, quas super ducatibus, princi-

patibus, terris et dominiis Austriae, Styriae, Karinthiae, Carniolae, Marchiae Sclavoniae et Portus Naonis, aliis etiam ducis ejusdem terris, principatibus ac dominiis et eorum pertinentiis universis, ubicunque sitis, quovis modo habuimus, habemus vel habere possemus.

Promittimus igitur bona fide et sine dolo, sub juramento, quod super eo corporaliter ad sancta praestitimus evangelia, eidem duci, fratribus et heredibus suis, quod nos pro praedictis ducatibus, principatibus, dominiis et pertinentiis eorundem nunquam stabimus, verbis vel factis, jure, impetitione vel alio quovis modo, publice vel occulte, sed eos in praemissis perpetuo permittemus pacifice et libere permanere, eisque in defensione ipsorum contra omnem hominem, cujuscunque dignitatis, honoris vel status existat, qui eos in praemissis impedire vel molestare quereret ullo modo, etiam si talis regia dignitate praecelleret, absque dolo nostris auxiliis fideliter assistemus.

(*Herzogtum u. furstentum der lande zu der Swidnitz u. zu dem Jawr, als sint: Swidnitz hus u. stad, Jawr, Rychembach h. u. s., Nymcz h. u. s., Czoboten h. u. s., Stregaw h. u. s., Bonczlow h. u. s., Lewemburg h. u. s., Gryffemberg die stad, Lhen h. u. s., Schonowe h. u. s., Hirsberg h. u. s., Hayn h. u. s., Landeshute die stad, Cliczdorff, Gryffenstein, Kynast, Falkenstein, Cunratswalde, Hornsberg, Kinsberg, Waldenburg.*)

**543. Incolae marchiae Brandenburgensis recognoscunt se in eventum subjectos fore regibus Boemiae.**

**1364, 25. Junii. (Soldini.)**

Die mannen der mark zu Brandenburg, nam. Ludwig Hasse u. Haas gebrüder von Falkenburg, Henning u. Ludik v. Neuenwiedel u. neun andere ritter bekennen, dass sie dem zwischen Karl u. dem markgrafen Otto v. Brandenburg geschlossenen vertrage gemaesz der krone Böhmen anheimfallen u. erblich verbunden sein sollen, sobald die fürstenthümer Schweidnitz u. Jauer dem markgrafen Otto u. seiner gemahlin Elisabeth, des kaisers tochter, überantwortet sein würden. (Arch. S. Wenc.)

Siebzehn städte der mark Brandenburg namentlich Königsberg, Morin, Bernwalde, Schauen, Soldin, Lippen, Neu-Berlin, Arnswalde u. a. leisten dieselbe bürgschaft wie in der vorhergehenden urkunde. (Arch. S. Wenc.)

Fünf städte der mark Brandenburg: Euerswalde, Bernau, Struszberg, Münchberg u. Mittenwalde leisten dieselbe bürgschaft. (1364, 15. Julii Frankofurti. — Arch. S. Wenc. — Riedel II. 2.)

**544. Attestum Ludovici regis Ungariae de pace inter Carolum et duces Austriae inita.**

**1364, 22. Septembris. (Cracoviae.)**

Ludovicus rex Ungariae pacem per Kazimirum regem Poloniae et Bolkonem ducem Svidnicensem inter Carolum IV., Wenceslaum filium et Joannem marchionem Moraviae, fratrem ejus, ab una, atque Rudolphum Albertum et Leopoldum duces Austriae etc. parte ab altera confectam, ratam habet, approbat et praestito corporali juramento observare promittit.

(Arch. S. Wenc.)

**545 Cives de Gubbin, Lukov et Summerfeld recognoscunt marcam Lusicensem venditam esse regibus Boemiae.**

**1364, 11. Novembris. (Lukovae.)**

List města Gubina; seznávají, že po smrti kněze Bolka svídnického mají příslušeti k koruně české.

List měšťan Lukovských, že jsú prodání dědičně králi českému a jeho dědicům, budúcim kralom českým. — List města Lukova, že markrabě prodal lužickú zemi králi Václavovi.

List města Somerfeldu, že markrabstvie lužické prodáno jest králi Václavovi českému. (*Gubbin 15. Nov.*)

(A. K. — *Lunig I. n. CCLX—CCLXII.*)

**546. Renovatio conventionis archiepiscoporum Moguntensium cum regibus Boemiae.**

**1364.**

List Adolfa arcibiskupa Mohutského, v kterémž zavazuje sebe a kapitolu i arcibiskupstvie Mohutské v ten spušob a závazek prve učiněný mezi Gerlachem d. p. arcibiskupem Mohutským, ciesaři Karlovi a Václavovi králi českému dědicón i budúcim. (A. K.)

**547. Castri Tenesberk infeudatio.**

**1364.**

List Jiljího Paulsdorfa z Tenesberka, že zámek T. zavazuje králi Václavovi i budúcim kralom českým a koruně, kteréž manstvie bylo prve k Říši; a to se stalo s povolením ciesaře K. (A. K.)

**548. Enuntiatio fratrum de Rottemstadt de castro Rottemstadt non reaedificando.**

**1365, 14. Januarii. (Pragae.)**

List Gordona, Ondřeje, Wolfganga, Hanuše a Kunráda bratří Zengerů z Rottmstadtu, že s ciesařem Karlem o zámek Rottmstadt, kterýž jest zbořil, smlúvu učinili a že kralov českých z toho napomínati nemají a bez jich vůle zámku zase stavěti nemají.

(A. K. — *Arch. S. Wenc. — Lunig I. n. CCLXIV.*)

**549. Carolus IV. episcopis Olomucensibus confert titulum comitum capellae regalis Boemiae.**

**1365, 1. Martii.**

Karolus IV. D. f. cl. R. Imp. s. a. et B. rex. Venerabili Johanni Olomucensi episcopo, regalis capellae Boemiae comiti, principi et devoto suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Inter alias sollicitudines, quibus circa disponendos honores statuum et dignitatum, qui et quae a felici regno nostro B. et eius insigni corona rite dependent, frequentis diligentiae studio et accurata mentis sollertia semper intendimus, illud nostrae meditationi singulari quadam imagine occurrit utique praecipuum, qualiter ad laudem Creatoris altissimi et ob clarae memoriae illustrium progenitorum nostrorum, quondam B. regum, qui nos praecesserunt feliciter, salutis remedia, auctore Domino, qui cuncta tuetur, cathedralium ecclesiarum, quas antedictum regnum nostrum B. felici gubernatione complectitur, venerabilem statum amplioribus continuo libertatum ac dignitatum honoribus decoremus. Considerantes igitur ecclesiasticos principatus huiusmodi nostrae temporalis dicionis, ut praemittitur, tanto plus honoris et dignitatis suscipere, tantoque latioris securitatis tranquillari fiducia et sub umbra regiae protectionis quiescere, quanto coronae regali B. ac regio diademati de clementis principis bonitate conspicua benigniori fuerint gratia vicinati. Ut igitur Olomucensis ecclesia tua, cui nunc dispensatione divina praeesse dinosceris, nostrae liberalitatis gratia acceptis sublevetur honoribus et dignitatum officiis honoretur, tantoque ipsius praesules, qui pro tempore fuerint, principes nostri, fortius ad nostros, regum et coronae B. animentur honores, subjectionem et fidem, quanto plura se viderint a majestate regia beneficia recepisse: animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed sano principum, baronum ac procerum nostrorum accidente consilio, auctoritate regia B. ac de certa scientia, te, devotum nostrum carissimum, et universos successores tuos, Olomucenses episcopos, praefati regni nostri et coronae B. principes et devotos, ammodo imperpetuum regalis capellae B. comites facimus, ordinamus, constituimus, erigimus, instituimus et creamus.

Volentes et hoc regio B. perpetuo decernentes edicto, quod tu et praefati successores tui, Olomucenses episcopi, qui pro tempore fuerint, se comites capellae regalis Boemiae intitulare, nominare et scribere possint et debeant, cunctis futuris temporibus, et dum in capella regali B. tempore sollempnis celebrationis divinorum praesentes extiterint, etiam si plures ibi forent episcopi, soli dumtaxat clarissimis Boemiae regibus, qui pro tempore fuerint, dominis suis, evangelium osculandum, dum tempus exegerit, et Pacem post tertium „Agnus Dei“ cum debita veneratione ministrent, et si gratiam habuerint, ipsimet divina celebrent, benedictionem erogent; nisi forte venerabilem Pragensem archiepiscopum, regalis consilii Boemiae primatem, principem et devotum nostrum, adesse contigerit, quem in praerogativis praedictis omnibus simpliciter in casu suaे praesentiae volumus anteferri. Igitur, devote carissime, oblatam tibi deliberatione regia regalem gratiam animo grato recipiens, posteritati tuae talis gratitudinis dimittas exempla, ut huiusmodi gratiae nostrae tenor et series in archivis ecclesiae tuae iugiter maneat et discat illa, quae te sequetur, posteritas, quam magnis merito devotionum obligetur affectibus ei regno eique coronae, a quibus tantae dulcedinis gloriosa indicia tam benignis gratiarum affectibus emanarunt.

Praesentium sub nostrae majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1365, Indictione tertia, Kalendis Martii, regnorum nostrorum anno decimonono, Imperii vero decimo.

(*Orig. arch. Kremsirensis. — Pelzel K. Karl IV. n. CCCIV. — Brandl IX. 391.*)

### 550. Promissio de Johanne marchione et marchionatu Moraviae contra adversarios adjuvando.

1365, 25. Martii.

Karolus IV. d. f. cl. Rom. Imp. s. a. et B. rex. Notum facimus tenore praesentium universis, quod attendentes mutui amoris flagrantiam et sincerum dilectionis affectum, quibus ad ea, quae illustris Johannis, marchionis Moraviae, fratris

(et) principis nostri dilecti, magnificentum statum et honoris ipsius augmentum conspiciunt, ferventius inclinamur, promittimus de singulari fraternae pietatis favore et bona fide spondemus praesentibus, sine dolo, dicto fratri nostro adversus principes, barones, nobiles, vasallos et alios quoscumque homines, cuiuscumque praeeminentiae, gradus sive dignitatis existant, nullo penitus exempto, in omni eventu sive casu, quoties necessitas incumberit, et nominatim et expresse ad recuperationem jurium, utilitatum et pertinentiarum, quae de corpore dicti marchionatus quavis occasione seu causa alienata sive distracta noscuntur, adversus barones et vasallos ac caeteros homines eiusdem marchiae, fideles ipsius et subditos, qui occasione praefata non contenti fortassis, quod huiusmodi utilitates, jura et proventus marchiae repetantur ab eis, aut alia intentione quacumque contra praedictum fratrem nostrum calcaneum rebellionis erexerint, quoties et quando per ipsum aut suo nomine requisiti fuerimus, auxiliari, cooperari et assistere fraterno zelo, prout decet, remediis et consiliis opportunis.

Promittimus etiam et sincere spondemus, dictum fratrem nostrum, principatum et marchionatum ipsius cum omnibus suis attinentiis, in omnibus suis juribus, honoribus et gratiis magnifice conservare, ipsumque et principatum eundem cum omnibus suis adhaerentiis, ut praefertur, ab omnibus violentiis, oppressionibus et iniuriis tueri et defendere generose, neque nos de baronibus, vasallis et caeteris subditis suis verbo, facto, persuasione seu consilio intromittere, imo quoties aliquis ex dictis baronibus, vasallis et caeteris suis subditis adversus eundem fratrem nostrum quacumque temeritate per rebellionem aut aliam inobedientiam seu contumaciam quovis ingenio seu colore quaesito surgere praesumpserit, nos una cum dicto fratre nostro temeritatem repungnantis, insurgentis seu rebellantis huiusmodi compescere et refrenare tenebimur et debemus.

Praesentium sub Imperialis nostrae maiestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Pragae a. D. 1365, Indictione tertia, VIII. Kalendas Apr., regnum nostrorum anno decimonono, Imperii vero decimo.

(*Orig. arch. Statuum Mor. — Brandl IX. 395.*)

**551. Archiepiscoporum Pragensium in legatos apostolicae sedis per diocesin Pragensem, Ratisbonensem, Bambergensem et Misnensem perpetua promotio.**

**1365, 28. Maii.**

Urbanus episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Joanni archiepiscopo Pragensi, in Pragensi provincia necnon in Ratisbonensi, Bambergensi et Missnensi civitatibus et dioecesis apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex debito pastoralis officii cupientes, quod subditi et praesertim in sortem Domini evocati juxta piam dispositionem regis pacifici sint pudici, pacifici et modesti, illa libenter statuimus et concedimus, per quae prompta semper ad peccandum humana fragilitas tanto strictius ab illicitis refrenetur et cum excesserit, diligentius corrigatur, quanto pluribus et fortioribus fuerit gubernaculis coarctata. Idque tunc libentius facere delectamur, cum ad hoc mundanorum regum et principum vota ex sincera caritate concurrunt.

Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster, Karolus Rom. Imp. s. a. ac B. rex illustris, coram nobis et fratribus nostris exposuit, quod in Bambergensi, cuius diocesani et ecclesia Bambergensis Romanae ecclesiae immediate subjecti, ac in Ratisponensi, quae de Salzeburgensi, et in Misnensi diocesi, quae de Magdeburgensi provinciis existunt, sint plurima castra, terrae, villae et loca ad regem Boemiae, qui est pro tempore, justis titulis pertinentia, quae per ipsum pro regno Boemiae vel alios pro eo tenentur et pacifice possidentur, et in quibus etiam castris, terris, villis et locis plurimae plebaniae et ecclesiae ac multitudo cleri consistunt, quodque personae ecclesiasticae ibidem existentes sint nimium dissolutae, divinis officiis et honestis moribus non vacantes, pluraque beneficia ecclesiastica se invicem non compatientia insimul dampnabiliter detinentes, ex quibus indevotio populi, animarum pericula, aliaque mala et scandala plurima subsequuntur, ipseque imperator ex illis, quae ab ipsarum personarum diocesani ex superioribus minime corriguntur, plurimum conturbatur.

Quare dictus imperator nobis humiliter supplicavit, ut tam in Bambergensi, Ratisponensi et Misnensi civitatibus et diocesi super praemissa diligenter providendo, quam etiam in tua provincia Pragensi, quae in regno Boemiae consistit, ut ibidem pleniore auctoritate virtutes excolantur et vitia extirpentur et ut etiam Pragensis ecclesia in sua provincia amplius honoretur, te et successores tuos, archiepiscopos Pragenses, qui erunt pro tempore, apostolicae sedis legatos perpetuos ibidem constituere et creare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos itaque praemissis omnibus diligenter attentis ac super his informatione recepta et cum dictis fratribus deliberatione praehabita, ipsius imperatoris in hac parte supplicationibus inclinati, de dictorum fratrum consilio praedictas civitatem et diocesin Ratisbonensem ab omni jurisdictione, dominio et potestate, quae archiepiscopus Salzburgensis, qui est pro tempore et qui in provincia sua Salzburgensi, de qua dicta civitas et diocesis Ratisbonensis, ut praefertur, existunt, apostolicae sedis legatus fore dicitur, in ipsis civitate et diocesi Ratisponensi jure seu ratione dictae legationis habet seu sibi quomodocunque et qualitercunque competunt vel competere possunt, et ab ipsa legatione duntaxat, ex certa scientia et de apostolicae potestatis plenitudine, in totum eximimus et plenarie liberamus, teque et successores tuos, Pragenses archiepiscopos, qui erunt pro tempore, perpetuos apostolicae sedis legatos in eisdem provincia tua ac in Bambergensi, Ratisponensi et Misnensi civitatibus et diocesi auctoritate apostolica facimus, constituimus et creamus, tibi et eisdem successoribus in eisdem tua provincia ac civitatibus et diocesi, ut ibidem evellatis, dissipetis atque plantetis et omnia et singula, quae ad hujusmodi legationis officium de jure pertinent, exercere et facere valeatis, vices nostras et legationis officium perpetuo committentes, necnon contradictores quoslibet et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi facultatem plenam et liberam concedentes; non obstantibus quibuscumque constitutionibus necnon privilegiis apostolicis, gratiis et literis eidem

Salzeburgensi archiepiscopo vel quibusvis aliis sub quacunque verborum forma concessis, etiamsi talia sint, de quibus eorumque totis tenoribus ac propriis personarum et locorum nominibus habenda sit in nostris literis mentio specialis, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae exemptionis, liberationis, constitutionis, creationis, commissonis ac concessionis infringere vel ei ausu contrario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et b. Petri et Pauli, ap. ejus, se noverit incursum.

Datum Avinione V. Kal. Junii, pontificatus nostri anno tertio.

(*Arch. archiep. Pragensis. — Pelzel, K. Karl IV. n. CCLXXXI. — Frind II.*)

### 552. Civitatum Trutnoviae et Curiae atque castri Schatzler oppignoratio.

1365, 23. Octobris. (Pragae.)

Karel IV. knížatům Opolským s Svídnickým za 10.000 k. gr. č zapisuje Trutnov, Dvůr (Králové) a hrad Schatzler.

(*Pelzel, Wenc. III. — Brandl IX. 404, 405.*)

### 553. Attestum archiepiscopi Magdeburgensis super Lusatia.

1365.

O zaplacení a postúpení země lužické: List arcibiskupa Maydbrského Albrechta a jeho kapitoly, že císař K. jest jim za jich právo dosti učinil a všeho svého práva postupují králi Václavovi. (A. K.)

### 554. Concessio ducatus Opaviensis Johanni duci per Carolum IV.

1366, 30. Januarii.

Wir Carl von gottes genaden romischer kayser, zu allen zeitten Merer des Reichs und kunig zu Behaim bekennen

und thun kunt offenlich mit dissem brief allen den, die in sehen oder horen lesen, daz in unser als eines kunigs zu Behaim gegenwertigkeit khumen ist der hochgeborne Wenzlaw, herczog von Troppaw, unser lieber furste und getrewer, etwen herczog Niklas von Troppaw seligen bruder, und hat mit wolverdachtem mutte, unbezwungen und auch mit rechter wissen, dem hochgeborenen Johannsen, herczogen zu Troppaw und Rathibor, seins egenanten bruders sun, auch unsfern lieben fursten und getrewen, alle die anfelle, recht, anspruche und vorderunge, die er als ein rechter erbe und eelicher unsunderter bruder herczog Niklass des egenanten gehabt hat, hat, gehaben oder gewunnen mag zu dem herczogthumb und furstenthumb zu Troppaw und auch landen, steten, burgen, dienern, lauten und guttern, die darzu gehoren, recht und redlichen aufgeben und gereicht in unser hende, als solcher furstenthumb und herschafft recht und gewonheit ist; und dieselben recht haben wir als ein kunig zu Behaim dem egenanten herczogen Hansen und seinen erben durch seiner getrewen dienste willen, die er uns von langen zeitten bisher gethan hat, von unsfern sunderlichen gnaden und mit rechter wissen verliehen, verleihen auch mit kuniglicher macht von Behaim, als wir zu recht sollen.

Mit urkunt dicz briefs versigelt mit unsfern kaiserlichen majestat insigel, der geben ist zu Prag nach Crists gepurt dreiczehenhundert und darnach im sechs und sechzigsten jar, am freitag vor unser frawentag lichtmesse, unser reiche im zwenczigsten und des kayserthumb im eylften jar.

(*Brandl IX. 411. — Grünhagen II. 479.*)

**555. Concessio ejusdem ducatus per Wenceslaum regem.**

**1366, 30. Januarii.**

Wir Wenzlaw, von gotes genaden kunig zu Behaim, marggraff zu Brandenburg and zu Lussicz, herczog zu Luczemburg und zu Slesien und graff zu Sulczbach, bekennen und thun kunt öffentlich mit diesem brieffe allen den, die in sehen oder horen lesen, daz in unser gegenwärtigkeit kommen ist

der hochgeborene Wenzlaw, herczog zu Troppaw, unser lieber furste und getreuer, etwan herczog Niklas von Troppaw seligen bruder, und hat mit wolverdachtem mutte, vnbezwungen und auch mit rechter wissen, dem hochgeborenen Johannssenn, herczogen zu Troppaw und zu Rathibor, seins egenanten bruders sun, auch unserm lieben fursten und getrewen, alle die anuelle, rechte, anspruche und vorderunge, die er als ein rechter erbe und ein elicher ungesunderter pruder herczogen Niclas des egenanten gehabt hat, hat, gehaben oder gewinnen mag zu dem herczogthumb und furstenthumb zu Troppaw und auch landen, stetten, burgen, dienern, leutten und gutten, die darczu gehoren, recht und redlichen aufgeben und gereicht in unser hende, als sollicher furstenthumb und herschafte recht und gewonheit ist; und dieselben recht haben wir als ein kunig zu Behaim dem egenanten herczog Hannsen und seinen erben durch seiner getreuer dienst willen, die er uns von langen zeitten bisher getan hat, von unsren sunderlichen gnaden und mit rechter wissen verlihen und verleihen auch mit kuniglicher macht von Behaim, als wir zu recht sollen.

Mit urkund dicz brieffs mit unserm kuniglichen anhangenden insigl, der geben ist zu Prag nach Christi gepurt dreyzehn hundert jar, darnach in dem sechs und sechzigsten jar, am freytag vor unser lieben frawentag liechtmesse, unsers kunigreichs im dritten jare.

(*Pelzel Wenz. V. — Brandl IX., 412*)

## 556. Investitio Joannis ducis Opaviensis de ducatu Ratiborensi.

1366, 30. Januarii.

Wir Karl v. G g. R. k. z. a. z. m. d. R. u. k. z. Behaim.

Bekennen und thun kunt öffentlich mit dissem brief allen den, die in sehen oder horen lesen, daz fur uns kommen ist der hochgeborene Johannes, herczog zu Troppaw und zu Rathibor, unser lieber furst und getreuer, und hat uns demutiglichen gebetten, daz wir im und seinen erben das herczogthumb zu Rathibor mit allen seinen herschafften, burgen, stetten, landen, leuten und gutten und allen andern rechten und zugehorungen,

die von uns und der cronen zu Behaim zu lehen geen, von unsern sunderlichen gnaden verleihen geruhten. Des haben wir angesehen sein redliche bete und auch die steten getrewen dienst, die uns, der cronen zu Behaim der egenante herczog Hans oft nuczlichen gethan hat und furbas thun wil und mag in kunftigen zeitten, und haben im und seinen erben, mit wolverdachtem mutte und mit rate unser fursten und mit rechter wisse, das egenante herczogthumb Ratibor mit den nachgeschriben burgen, stetten und merckten: Ratibor, Boslaw, Zar, Plessen, Ribnik, Niklaw, Kozel und Glibicz und allen andern herschafften, gerichten, landen, leuten, gutten, nuczen, gelten und zugehorungen, wie man die mit sunderlichen worten benennen mag, in allen iren grenczen, die zu demselben herczogthumb gehoren, als sie etwan herczog Lesko zu Rathibor, des egenanten herczog Hanns oheim, besessen und gehabt hat, und von im vnd seiner schwester Annen, herczog Hannsen mutter, an denselben herczog Hannsen geerbet und gefallen sein, von unsern sunderlichen gnaden genediglich verliehen und leihen auch von unsern handen, als wir das zu rechte thun solten und mochten. Und dieselben herczogthumb, herschafft, burge und stette, land und leute und gut, h̄at er auch von uns als von einem kunig zu Behaim, seinen rechten herrn, wirdiglichen entpfangen.

Mit urkhunt dicz briefs versigelt mit unsren keiserlichen majestat insigel, der geben ist zu Prag nach Christi geburt dreizehenhundert, darnach in dem sechs und sechzigsten jar, am negsten freitag vor unser frawentag liechtmesse, unser reiche im zwenczigsten und des kayssertums in dem eylften jare.

(*Brandl IX. 413. — Grünhagen II. 386. — Similes litterae regis Wenceslai. — Brandl IX. 414.*)

## 557. Unio hereditaria inter Boemiam et Austriam renovata.

1366, 26. Martii. (Pragae.)

Carolus Imp., Wenceslaus rex et Johannes marchio renovant Ordinationem super mutua devolutione inter Boemiam et Austriam.

(*Transsumptum episcopi Bertholdi Brixensis ddo. 1427, 26. Febr. — Goldast de juribus regni B. — Brandl IX. 422.*)

**558. Secundum testamentum Johannis marchionis ddo. Pragae, 24. Martii 1366, a Carolo Imp. auctoritate regia Boemiae confirmatum.**

**1366, 27. Martii. (Pragae.)**

(*Orig. arch. Stat. Mor. inter privilegia 14. — Brandl IX. 423.*)

**559. Castrum Schatzler oppignoratum.**

**1366, 5. Aprilis. (Pragae.)**

List Vladislava a Bolka kniežat Opolských, v němž vyznávají a slibují ciesaři Karlovi a králi Václavovi, když by jim kolivěk zámek Schaczler vysvobodili a v jich rukách jměli, že zámek Potenstein a město Kostelec postúpiti mají.

(A. K. — *Lunig I. n. CCLXV.*)

**560. Joannes marchio M. Carolo IV. promittit se nullum regni B. subditum contra regis voluntatem defensurum.**

**1366, 14. Aprilis.**

Nos Johannes D. gr. marchio Moraviae, notum facimus tenore praesentium universis, quod licet alias serenissimus ac invictissimus princeps et dominus, d. Karolus IV. d. f. cl. Rom. Imp. s. a. et B. rex illustris, dominus noster gratiosus, tamquam Boemiae rex, nobis, heredibus et successoribus nostris legitimis, marchionibus Moraviae, sexus masculini, insignem et illustrem principatum, marchionatum Moraviae cum attinentiis et pertinentiis eiusdem, principatibus venerabilis Olomucensis ecclesiae et illustris Opaviae ducatus dumtaxat exceptis, praeter bernam regiam generalem in bonis episcopalibus dictae Olomucensis ecclesiae, quae ad nos, heredes et successores nostros, marchiones Moraviae, pertinet, prout in aliis litteris desuper editis plenius est expressum, in feudum illustre et insigne concesserit, nosque dictum marchionatum cum suis pertinentiis, ut praefertur, a praefato domino nostro Imperatore ut a rege Boemiae in feudum suscepimus et

fidelitatis, homagii, subjectionis et obedientiae, sicut in susceptione feodorum consuetum est fieri, sibi ut regi Boemiae praestiterimus corporalia juramenta, sicut etiam nostri heredes et successores legitimi, marchiones Moraviae, masculini sexus, eundem marchionatum cum attinentiis eiusdem ab ipso ut a rege Boemiae, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae et a corona regni eiusdem, in feudum recipere tenebimur et habere; ea tamen conditione notanter adiecta, quod idem marchionatus cum pertinentiis suis in eum causum, ubi nos, heredes et successores nostri legitimi, marchiones Moraviae, sexus masculini, sine heredibus legitimis masculini sexus decederemus, ad ipsum ut ad regem Boemiae, heredes et successores suos, reges Boemiae, et ad coronam eiusdem regni inmediate devolvatur, sicut praemissa omnia in aliis litteris desuper confectis plenius sunt expressa.

Nos tamen ex fidelitate et dilectione debitiss, communitatibus dicti domini Imperatoris, heredum et successorum suorum praedictorum providere cupientes, sibi bona fide, absque omni dolo et sub juramento, quod desuper viva voce ad sancta Dei evangelia corporaliter praestitisse dinoscimur, pro nobis, nostrisque heredibus et successoribus, marchionibus Moraviae, promisimus, quod homines ipsorum, feudatarios, vasallos et alios quoslibet subjectos, barones, nobiles et ignobiles, ecclesiasticos et saeculares, contra ipsorum voluntatem et in praejudicium ipsorum in bonis, quae in regno Boemiae obtinent, nunquam defendemus, protegemus, proloquemur, manutenebimus, nec ipsos tuebimur in futurum, sicut etiam ipse, heredes et successores sui praedicti contra nostram, heredum et successorum nostrorum marchionum Moraviae voluntatem et in nostrum praejudicium nostros homines, feudatarios, vasallos et alios quoslibet subjectos, barones, nobiles et ignobiles, ecclesiasticos et saeculares, qui in marchionatu Moraviae bona obtinent, in eisdem bonis defendere, manutener, protegere, proloqui aut tueri aliqualiter non debebunt.

Notanter etiam pro nobis, dictis nostris heredibus et successoribus, Moraviae marchionibus, sibi, heredibus et successoribus suis, Boemiae regibus, animo deliberato et de certa

nostra scientia, bona fide, sine omni dolo, promisimus, et super eo baronum et fidelium nostrorum communicato consilio sano et maturo promittimus per haec scripta, quod nos et dicti nostri heredes et successores, marchiones Moraviae, praefatum regnum Boemiae, attinentias et pertinentias eiusdem singulas a dicto domino nostro, heredibus et successoribus suis praedictis, jure ecclesiastico vel civili aut facto, tacite vel expresse, per nos, alium seu alios, aliqua occasione, ratione vel causa, directe vel indirecte, quovis exquisito ingenio vel colore, nunquam imperpetuum, in toto aut in parte, afferemus nec afferri, quantum in nobis est, sine omni dolo quomodo libet permittemus, nec ipsum regnum Boemiae cum suis pertinentiis nobis vendicabimus, applicabimus aut regnum Boemiae aliqualiter impetemus; nisi in eum casum, ubi dictum dominum nostrum Imperatorem, heredes et successores suos praefatos absque heredibus legitimis masculini sexus decedere contingeret, quia tunc dictum regnum Boemiae cum suis attentiis ad nos, heredes et successores nostros, marchiones Moraviae, esset devolutum. Et nos, heredes et successores nostri praefatum marchionatum cum attentiis et pertinentiis suis ab dicto domino nostro Imperatore ut a rege Boemiae, heredibus et successoribus suis, regibus Boemiae, et a corona regni praedicti in feudum illustre et insigne recipere et omni tempore tenere debebimus, prout in aliis litteris desuper traditis plenius est expressum, quas litteras in omnibus suis clausulis, sententiis, tenoribus et punctis, sicut scriptae sunt, in suo robore per omnia volumus remanere. Et ad omnia et singula praedicta et eorum quodlibet, prout expressantur superius, observanda nos bona fide, absque omni dolo, et in virtute corporalis jura menti praedicti de certa nostra scientia obligamus.

Praesentium sub appenso majori nostro sigillo testimonio litterarum.

Datum Pragae a. D. 1366 in die sanctorum Tiburtii et Valeriani mart.

(*Arch. S. Wenc. — Goldast p. 319. — Brandl IX. 425. — Similes reversales Caroli IV. — Huber Reg. Imp.*)

**561. Installatio ducis Přemyslai Tessinensis.**  
**1366, 21. Aprilis.**

List Přemka kniežete Těšínského, že od císaře Karla přijal své kněžství Těšínské a zavazuje se všem kralom českým budúcim v manství i koruně české, a přísahu na to učinil.

Wir Przymek v. G. g. herczog zu Teschin und zu Buthum bekennen und tun kunt öffentlich mit diesem briefe allen den, die ihn sehent oder horen lesen, daz wir vor etlichen jaren in der stat zu Bresla kumen sein fur den allerdurchleuchtigsten fursten und herren, hern Karl R. k. z. a. z. m. d. r. und k. zu Beheim, unsern lieben gnädigen herren, und haben an yn gemuthet, daz er als ein kunig ze Beheim uns alle unser furstentum, lant, herscheffte und gut, die von dem kungreiche und der cronen ze B. lehen sint, verleihen geruchte, und haben ym dieselben furstentume, lant u. herscheffte benennet, daz ist: daz herczogtum zu Teschin mit seinen zugehorungen, Buthum halb, Tost, Byzenkretzen, Glibycz, Sevor, Czeles, Swyba und waz darzu gehoret.

Des hat er angesehen unser dymutige bete und begerung und hat uns dieselben herczogtum und furstentum mit allen iren herschefften, eren, werden und nutzen nach unser furgabe als ein kunig zu B. recht und redlich verlihen.

Des haben wir in den czeiten, do wir die lehen von ym empfingen, fur uns, unsir erbin u. nachkommen, herczogen zu Teschin und zu Buthum, dem egenanten unsern herren, dem keiser als eynem kunge zu Beheim, seinen erben u. nachkommen, kungen und der cronen desselben kunigreichs bedechticlich u. mit rechter wizzen gehuldet, gelobt u. gesworen als unser rechten, naturlichen, ordentlichen herscheffte u. lehenherren, daz wir ym getrew, gehorsam u. auch untertenig sein wellen u. sullen, iren schaden zu wenden u. iren frumen zu werben, zu allen stunden.

Und dovon hat er als ein kunig ze B. uns u. unsern erben u. nachkommen dieselben lehen bestetiget mit allen iren zugehorungen, als davor geschrieben stet.

Mit urkund

Geben zu Prag nach Christus geburt 1300 jar u. in dem 66sten jar, an dem nehsten dynstage vor Sante Georgen tage.

(A. K. — *Lunig I. n. CCLXIV. — Grünhagen II. 561.*)

**562. Promissio de juribus et libertatibus Austriae servandis renovata.**

**1366, 11. Maii. (Viennae.)**

Carolus Imp., Wenceslaus rex et Johannes marchio promittunt in eum casum, ubi juxta Ordinationem super mutua devolutione in ducatibus Austriae, Styriae et Carinthiae etc. succedere eis contingere, privilegia et libertates harum terrarum conservare.

(*Contextus lat.* — *Brandl IX.* 427. — *Cf. n. 534.*)

**563. Promissio de juribus et libertatibus Boemiae servandis renovata.**

**1366, 12. Maii. (Viennae.)**

Albertus et Leupoldus fratres, Austriae, Styriae, Karinthiae et Carniolae duces, comites Tirolis, promittunt in casu devolutionis regni Boemiae, marchionatus Moraviae et ceterorum principatum libertates et privilegia harum terrarum conservare.

(*Orig. stat. Mor. inter privilegia n. 11.* — *Brandl IX.* 428. — *Cf. n. 535*)

**564. Unio hereditaria inter Boemiam et Austriam renovata.**

**1366, 15. Maii.**

K. Karl IV. stiftet als König v. Böhmen in seinem, seines Sohnes Wenzel u. seines Bruders Johann Namen mit den Herzögen Albrecht u. Leopold v. Österreich eine vollständige Erbeinigung u. bestätigt sie zugleich aus Kaiserlicher Machtvollkommenheit.

Wir Carl Gottes Gnaden römischer Khayser, zu allen Zeiten mehrer des Reichs und Kunig zu Beheimb, bekennen und thun kundt öffentlich mit diesem Briefe allen den, die ihn sehen oder hören lesen:

Wann wir als ein Kunig zu Beheimb, der durchleuchtig Wenzla Kunig zu Beheimb, marggraff zu Brandenburg und zu Lusnitz, unser lieber Sun, und der hochgeborene Johans, marggraff zu Mähren, unser lieber Bruder, des Kunigreichs und der cronen zu Böheimb Fürsten, an einen Theil, und die hochgebohrnen Albrecht und Leopoldt, Gebrüder, hertzogen zu

Oesterreich, zu Steyer, zu Kerndten und zu Krain, herrn auf der windischen Marck, zu Portenau, graffen zu Habsburg, zu Tyroll, zu Pfyrdt und zu Kyburgk, marggraffen zu Burgaw und landgraffen in Obern-Elsasz an dem andern theil, nach ordnung des allmechtigen Gottes beeden seiten unter einander von wegen der natur und der geburt des geschlechts zu einander sipplich gehören, in solcher masze, dasz welcher theil under uns gar abgienge und sturbe ohn ehliche leibs-erben, dasz derselbig theil dem andern aller seiner lande, es sey kunigreich, fürstenthumb, graffschafften oder herschafften, die er hinder im liesse, billich und durch recht günnen soll für allen andern leuten: darumb haben wir und sie, beeden seiten, mit wohlbedachtem muthe, mit rechter wiss und mit rath der unsern, solcher gemächtnüs, ordnung und verainigung gethan recht und redlichen, als hernach geschrieben stehet;

Bey namen:

I. Ob das geschehe (da Gott für sey), dasz wir, derwegen khayser Carl, Wenzla kunig zu Beheimb, und Johannsz marggraffen zu Mehren, und unser aller ehelichen kindt, sün und tochter, die wir nun haben oder hienach gewinnen, abgiengen und stürben ohn ehliche leibs-erben, und auch, ob dieselben unsere kind leibes-erben gewunnen und die auch fürbasz ohne ehliche leibs-erben stürben, also, dasz unsere landt, kunigreich, fürstenthumb und herschafften rechter leibes-erben und erbes-erben, die von unsfern und ihren leiben ehlich bekhemmen, erblos wurde, dasz dann als die vorgenannte unsere landt, kunigreich, fürstenthumb und herschafften, die wir nun haben oder hernach gewinnen, mit allen ihren gerichten, rechten, nutzen, würden, ehren, freyheiten und allen guten gewohnheiten, die darczu gehören, wie die genant sindt, ohn alle hindernüssz erben und erblich gefallen sollen mit gantzem vollkommen recht auf die vorgenannten hertzogen zu Oesterreich und auf ihre beeder leibs-erben, süne und töchter, ob si die mit hülffe Gottes gewinnen, und auf derselben ehliche erbes- erben ewiglich.

II. Geschehe es aber (da Gott für sey), dasz die vorgenannten hertzogen zu Oesterreich, zu Steyer und zu Kärndten,

unsere oheimben, abgiengen und sturben ohn ehliche leibserben und auch ob sie leibes-erben gewunnen, die fürbasser auch ohne leibes-erben sturben, und ihre landt, fürstenthumb, graffschafften und herrschafften also rechter ehlicher leibserben und erbes-erben erblos wurden, dasz dann alle die vorgenannten und andere ihre erbliche landt, hertzogthum, fürstenthumb, marggraftschaften, graffschafften, vesten, stette, leute und guetter, die sy nun haben oder hernach gewinnen, mit allen iren gerichten, rechten, nutzen, würdten, ehren, freyheiten und guten gewohnheiten, die darzu gehören, wie die genant seyn, ohne alle hindernüsz erben und gefahlen sollen mit gantzem und vollkommenen recht auf uns als einem kunig zu Beheimb, Wenzelaen ein kunig zu Beheimb, unsern lieben sun, seine geschwistreiden, Johannsen, marggrafen zu Mähren, unsern lieben brudern, seine kindt, und auf uns und ihr aller eheliche leibes-erben, söhne und töchter, und auf unsere und derselben ehliche erben und erbes-erben ewiglich, die von unsfern und ihren leiben ehlichen kommen mögen, ohn alle gefehrte.

III. Und auf die rede, dasz die ehegenannte vermachung, ordnung, vereinigung der lande ewiglich in ihren crefftēn ungehindert und unverrückt bleiben, so haben der obgenannt Johannsz, marggraff zu Mähren, unser lieber bruder, und andere geistliche und weltliche fürsten, graffen und herren mit sambt der gemeinschafft derselben chronen und königreichs zu Beheimb, mit willen des durchleuchtigen Wenzelaes, khunigen zu Beheimb, unsers lieben suns, irs herren, nach ihrem landt-recht und löblicher gewohnheit, die ehegenannten Albrechten und Leopulden, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyr und Kerndten, zu kunigen zu Beheimb gekhuert, ob es nach laute der ehegenannten vermächtnüs, ordnung und verainigung der lande zufahlen khemme, also dasz wir, die ehegenannten kunig Wenzla, unser sun, Johannsz marggraff zu Mehren, unser bruder, und unser allen eheliche erben und erbes-erben, sün und töchter, abgiengen und stürben, mit solcher beschayden, dasz dieselben unsere und ihr aller landt und leute, beeden seiten, welchen thail sie aus gefahlen, bleiben sollen ewiglich

bey allen den rechten, freyheiten, gnaden und guten gewohnheiten, die sy von alter gehabt und hernach gebracht haben, ohn alle gefehrde.

IV. In dieser vorgeschriebenen vermachung, ordnung und verainigung der lande, haben wir und sy, beden seiten, wissentlich ausgenommen das kunigreich zu Ungarn, mit solcher unterschied, ob es kheinem under uns allen oder unsern erben und nachkommen würdten mit des kuniges und der landt-leuthe des kunigreiche zu Ungarn willen, dasz der oder dieselben wohl dasselbig aufnemen mügen, in solcher geschicht, ob derselbe, dem es also wirdtet, und sein erben oder erbes-erben ohne ehliche leibes-erben stürben, dasz es dann auf den andern theil nicht gefahlen solle von wegen der eheg-nanten vermachung, ordnung und vereinigung der lande, sondern es soll fahlen nach willkhür und gewohnheit der landtherren und des landts zu Ungern.

V. Auch haben wir und sie, beeden seiten, wissentlich für uns selber und für alle unsere erben und erbes-erben, als vorgeschrieben ist, geschworen einen leyblichen aydt zu den heiligen mit angerürten händen auf das heilig evangelium und auch gelobt und geloben mit unsern treuen fürstlichen wirdigkeit, dasz wir, beeden seiten, wider vorgeschrieben vermachung und einigung der landt, mit uns selber noch mit andern leuten, weder mit gericht, noch ohne gericht, noch mit einen andern sachen, des rechten oder gethat, heimlich oder öffentlich, immer gethun sollen noch wollen, und auch niemandt verhengen, gestatten oder gunnen, dasz er darwieder thue, in kheimer weise, ohn alle gefehrte.

VI. Und wer es, dasz unser ainer, beeden seiten, sich vergesse und immer wider die vermachung, ordnung und einigung der landen icht getheten (dasz Gott für sey und dasz wir nicht getrauen) und ob unser einer, beeden seiten, vormals eine brieff geben hätte oder hernach aine andere brieff geben, die wider diese vorgeschrieben vermachung, ordtnung und einigung der landte in einem weeg weren, die sollen irrig, vernichtet, untuglich, todt und ab seyn und kheine krafft haben noch gewinnen, wenn wir, beeden seiten, ie in solcher geschicht

mit diesem brieff wissentlich abnemen, vernichten, tödten und widerrufen gäntzlich, und sollen diese vermachung, ordnung und einigung der lande und alle brieffe, die darüber geben sindt, und ir gleiche gegenbrieffe, in allen ihren mainigungen, buncten und articuln von wort zu worte, als sie begriffen sindt, bey ihnen crefftet ewiglich bleiben.

VII. Und darnach durch mehrer sicherheit und bestättigunge der egenanten sachen, ist für uns als vor einem römischen kayser, seinen hern, willenlich kommen der durchleuchtige Wentzla zu Böheim, unser lieber suhn, für sich, seine geschwiestrigs, erben und nachkommen, künige zu Böheim, mit sambt den genanten Johansen, marggraffe zu Mehrn, der crone und des königreichs zu Böheim fürsten, und andere geistliche und weltliche fürsten, graffen, herren und derselben cronen und des kunigreichs zu Böheim an einem theil, die auch mit willen des egenannten ihres kunigs, nach ihrem landrechte und löblicher gewohnheit, die ehegenanten hochgebohrnen Albrechten und Leupoldten, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyer, zu Kerndten, unser lieben oheymen, zu künige zu Böheim gekorn haben, ob es nach laute der ehgenanten vermachunge, ordnung und verainigung der land zu fahle komme, also, dasz wir, khunig Wenzla, unser suhn, Johannsz, marggraff zu Mehren, unser bruder, und unser aller erben und erbes-erben, sün und töchter, abgiengen und stürben, und haben uns gebetten, dasz wir den ehgenant hertzogen, die sy also erkohrn haben zu kunigen, geruhetn zu verleihen alles, das die crone und das königreich zu Böheim von dem heiligen römischen reiche zu lehen hat, es sey fürstenthum, herrschafften, landt oder leut.

VIII. Und auch sind für uns kommen die hochgebohrnen Albrecht und Leupold, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyer und zu Kerndten, unsere liebe oheimb, für sich, ihr erben und nachkommen und ihr fürstenthum, hertzogthum, graffschafften, herrschafften und lande an dem andern theil, und haben uns auch gebeten, dasz wir den ehgenannten künig Wenzla zu Böheim, unsern sun, Johannsen, marggraffen zu Mehrern, unsern brudern, geruheten zu verleihen die hertzog-

thum zu Oesterreich, zu Steyer und zu Kerndten, zu Tyrol und zu Habsburg die graffschaffte und alles, das sie von dem ehegenanten römischen reich zu lehen haben, es sey fürstenthum, graffschaffen, herrschaften, landt oder leut.

IX. Das haben wir durch sunderlich diemuttiger bette willen der ehgenanten fürsten, beeden seiten, und durch des rechten willen, darumb die nachgeschriebenen fürsten und herren gefraget, eines theils zu Prag und ein theil zu Wien, als sie in beeden stetten in unser gegenwirdigkeit gewesen sindt, zu dem ersten die hochgebohrne Rudolffen, hertzogen zu Sachsen, des heiligen reichs ertz-maschalckh, unserm lieben oheimb und fürsten, Otten, marggraffen zu Brandenburg und zu Lausitz, des heiligen reichs ertz-cämmerer, unsern lieben sun und aydem, und die ehrwürdigen Pilgerim, ertz-bischoff zu Salzburg, Albrechten zu Paszaw, Paulen zu Freysingen, Dieterichen zu Maintz, Lambrechten zu Speyern, Johannes zu Pritzen, Bernhardtten zu Nürnberg, Rudolffen zu Verdten und Petern zu Khur, die bischoffen, und hochgebohrnen Albrechten, hertzogen zu Mechelburg, Otten, landtgraffen zu Hessen, und die edlen, Burghardten. burggraffen zu Magdeburg, unsern hoffmeister, Johansen, landtgraffen zu Luttenburg, Ulrich zu Schamberg, Otten zu Ortemburg, Hermann zu Cyli, die graffen, und andere des heiligen reichs fürsten, prälaten, graffen, frey-herren und getreuen, ob wir solche lehen beeden seiten nach der ehgenanten bette billich und durch recht thun und leihen möchten und solten; und dieselben allesamt gemaigniglich haben uns, mit wolbedachtem muthe, khundtlich unterweiset und mit recht und urtel erfunden und ertheilet, dasz wir solche lehen durch recht leihen möchten und sollten, in aller der masse, als davor ihr bette und begehrung geschrieben stehet.

X. Und davon um solche redtliche bette, als die vor-genannten kunig Wenzla, unser lieber sun, Johannes marggraff zu Mehren, unser lieber bruder, en einem tail, und die hoch-gebohrnen Albrecht und Leopoldt, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyer und zu Kerndten, unsere liebe oheimen und fürsten, an dem andern tail, uns als ein römischer kayser, ihren

herrn, als gleiche, gemeine, verainte und ungesunderte warter gemeiner anfahle nach laut der ehegenanten vermachung, ordtnung und verainigung der lande diemutigklich gebeten und an aus durch recht gefordert haben und durch desselben rechten willen, dasz darumb in unser khayserlichen gegenwirdigkeit in gericht und urtheil beide zu Prag und zu Wien funden ist, und bey name darum, dasz der ehgenannt Johannsz, marggraff zu Mehren, unser bruder, und andere geistliche und weltliche fürsten, graffen und herren mit sambt der gemainschafft der cronen und des königreichs zu Boheim, die vorgenannten hochgebohrnen Albrechten und Leupolden, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyer und zu Kerndten, unsere liebe oheimen, mit willen des durchleuchtigen Wenzlaes, khunig zu Böheim, unsers lieben suns, ihres herrn, nach recht und lóblicher gewohnheit des landes zu kunigen zu Böheim einmüthigklich und willigklich erkhoren haben, ob es nach lautung der ehegenannten machung, ordtnung und verainigung der lande zu fahle komme, also, dasz wir, künig Wenzla, unser sun, Johannsz, marggraff zu Mehren, unser bruder, und unser aller erben und erbes-erben, sühne und töchter abgiengen und stürben.

XI. Und auch umb das solche vermachung, ordtnung und verainigung der lande entzwischen den genannten fürsten beiden seiten eine ewige sühne und freundschafft bringet, zu ehren, zu dienste und zu würden dem heil. römischen reich, zu gemainen nutze und auch zu trost, zu friede und zu gnaden der gemeinen christenheit:

XII. So haben wir für uns, römischer khayser und künig, unser nachkommen, mit wort, gunst, wissen und willen der churfürsten des heiligen reichs, mit wohlbedachtem muthe, mit rechtem wissen und mit volkhummenheit khayserlicher macht dem ehegenannten könige Wenzela, unserm lieben sune, seinen geschwisteren, erben und nachkommen, königen zu Böheim, Johannsen, marchkgraffen zu Mähren, unsern brudern, seinen kindern, erben und nachkommen, marggraffen zu Mehren, an einem theil und Albrechten und Leupoldten, hertzogen zu Oesterreich, zu Steyr und zu Kerndten, iren erben und nach-

khommen an dem andern theil, mit einander samentlich und ewiglich verlichent und verleihen alle der andern fürsten-thum, herzogthum, marggraaffschafften, graffschafften, herr-schafften, landt und leut als gleichen, gemeinen, verainten und ungesunderten wartern gemainer anfälle, nach laute der ehge-nanten vermachung, ordnung und verainigung der lande, als davor begriffen und beschrieben ist.

XIII. Und bestetten auch, confirmiren und befesten wir für uns, römische kheyser und könige, unser nachkkommen, mit wort, gunst, wissen und willen der churfürsten des heiligen reichs als ein römischer kheyser ewi klich die vorgeschrifte vermachung, ordnung und verainigung der lande, in allen ihren mainungen, sinnen, puncten und articuln von wort zu worte, als davor geschrieben stett. Und ob einerley gebrechen des rechten oder gethat, der zierheit und schönheit, die man durch recht in diesen sachen billich gethan und gehalten, helle und lichte, versinnet were, oder durch finsternüsse oder unvernehmlichkeit der sinne und der worte, oder sonst in einer weisz in diesen vermachungen, ordnungen und verainigungen der lande were, den erfüllen wir von sonderlichen gnaden.

Mit urkundt dicz briefs versigelt mit unserm khayser-lichen insiegel, der geben ist zu Snoyme nach Christi geburdt dreyzehenhundert jahr, darnach in dem sechs und sechzigsten jahre, an dem nechsten freytage nach dem heiligen auffahrt-tage, unser reiche in dem zwantzigsten und des khayserthums in dem zwölften jahre.

(*Arch. S. Wenc. — Orig. duo arch. caes. Vindob. — Brandl IX. 431.*)

### 565. Enuntiatio Caroli IV. super positione margra-vorum Moraviae.

1366, 19. Maii.

Wir Karl von gotes gnaden romischer keiser, czu allen czeiten merer des reichs und kunig zu Behem, bekennen und tun kunt offenlich mit diesem brieue allen den, die yn sehen oder horen lesen:

